UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Constitutiones Pontificiæ Et Romanarum Congregationum Decisiones Ad Regulares Cujuscunque Ordinis Etiam Militaris Spectantes In Tres Tomos Distributæ

Pittoni, Giovanni Battista

Venetiis, 1719

Constitutiones Ac Decisiones Ad regulares Cujuscunque Ordinis Etiam Militaris Spectantes, Editæ Annis, Diebus, & Mensibus, Ut Infra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63727

Visual Library

CONSTITUTIONES
AC DECISIONES
AD REGULARES
CUJUSCUNQUE ORDINIS ETIAM MILITARIS SPECTANTES,
EDITÆ
ANNIS, DIEBUS, & MENSIBUS, UT INFRA.

Anni | Nume i

1590. 12. Febr. — MOnachi in Visitatione non judicialiter puniuntur, sed tantummodo ad morum correctionem, ut ex *cap. 1. §. sanè, de censib. lib. 6. cap. placuit* 10. *qu.* 1. Specul. *de inquisit. §. 2. num. 6. & 9.* Pau. *in tract. de Visitat. par. 2. qu. 7. num.* 12. dixit Rota *in Cæsaraugustana Exemptionis coram* Orano, *decis. recent. par. 1. decis.* 20. | 1123

1590. 14. Mar. — Litteras Abbatis Casinensis Acceptationis gratiæ de Alternativa Mensium à Sixto Quinto concessa Archiepiscopis & Episcopis ac Abbatibus jurisdictionem omnimodam Episcopalem habentibus, in Dataria recipit *Cardinalis Datarius S. R. E. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit.* 451. *quæ incipit* Die decima quarta. | 1124

1590. 20. Mar. — Dicto Abbati Monasterii Casinensis facultas conceditur erigendi Seminarium Puerorum sibi subditorum, juxta formam & Decreta Concilii Tridentini: Possit itidem Abbas pro Fabrica ejusdem Seminarii & pro dictorum Puerorum alimentis ac Præceptorum mercede Taxam ali- | 1125

aliquam ſuper fructibus Beneficiorum tam Sæcularium quàm Regularium in ſuis Locis imponere, & alia ſimplicia Beneficia eidem Seminario unire, ac cætera agere Archiepiſcopis & Epiſcopis in talibus ab eodem Concilio conceſſa. *Sixtus V. apud* eund. *ibid. Conſtit.* 452. *qua incipit* Cùm ſicut.

1590. 4. Maii. —— In Beneficiis Monaſterio unitis non poteſt Epiſcopus deputare Vicarios perpetuos, ſed debet permittere quod deputentur Vicarii Presbyteri Sæculares ad nutum Superiorum Regularium amovibiles, approbati tamen ab Ordinario, ut declaravit *Congregat. Concil. in Aſſiſien.* & antea *in Aurien.* 1576. 24. *Jul.* ac etiam *in Peruſina* 1578. 18. *Jan. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Parocho, *pag. mihi* 218. ¶ Notandum, quod Synodo Diœceſanæ intereſſe non tenetur Abbas Monachus, cujus Eccleſiæ vel Monaſterio imminet Cura Animarum, ſi illi deſervire faciat per Vicarium Sæcularem ab Epiſcopo approbatum, quia ſufficit mittere dictum Vicarium, cùm per ipſum Curam exerceat, ut ex Sel. refert Barboſa *in Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *num.* 27. 1126

1590. 7 Maii. —— Nulli Religioſo cujuſcunque Ordinis (Superiore cui Monaſterii ſeu Domus cura incumbit, Viſitatore vel Viſitatoribus, Confeſſarioque Ordinario & Extraordinario dumtaxat exceptis) liceat abſque licentia expreſſa Sacræ Regularium Congregationis accedere ad Monaſteria ſeu Domus quarumcunque Monialium vel Sororum ſive ſui ſive alterius cujusvis Ordinis, ad colloquendum ſive tractandum cum eis: Religioſi quoque de mandato ſui Superioris ad prædicandum vel celebrandum in earum Eccleſiis ſive Oratoriis exterioribus miſſi, nullo quæſito colore eas intra Clauſuram degentes alloqui poſſint: Confeſſarii non pernoctent nec alios pernoctare faciant vel ſecum retineant in Ædibus Monaſterii ſive Monaſterio cõtiguis, nec in eis extra tempora generalium Confeſſionum comedant, & tunc temporis etiam cum ſua habitatio ſive 1127

Mo-

Monasterium à Monialium Monasterio distet, nisi tamen & eo casu contrarium specialiter constitutum sit: hæc omnia sub pœnis privationis Officiorum, ac vocis activæ & passivæ ipso facto incurrendis observentur, ac etiam sub aliis pœnis quas arbitrio suo infliget *Congregat. Episcopor. & Regular. de mandato expresso Sixti V. apud* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Monasteria Monialium, *pag. mihi* 348. & referunt etiam Barbosa *de potest. Episc. par. 3. allegat.* 102. *num.* 72. Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. circa Constit. 6. Pii V.* §. 1. *num. 6. pag.* 197. Tamburin. *de Jure Abbatissar. disput.* 25. *quæsito* 4. *num.* 1. Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 1. num.* 16. *pag.* 81. ac Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 4. tract. 6. quæst. 5. num.* 1. ¶ In hoc Decreto non comprehendi Provinciales aut Ministros Provinciarum aut alios Superiores pro Monasteriis Monialium sibi subjectis declaravit *ead. Congregat. in Mediolanen. anno* 1592. 23. *Nov. apud* d. Tamburin. *ibidem, num.* 5. ex Barbosa *de Jur. Eccles. lib. 1. cap.* 43. *num.* 164. & refert etiam Matthæucc. *in Offic. Cur. Reg. tom. 1. cap. 5. num.* 28. ¶ Vide infra, 1623. 24. Nov.

1590. 18. Maii. —— Episcopus, in cujus Diœcesi Beneficia erecta & reparatione indigentia reperiuntur, potest sequestrare fructus eorumdem Beneficiorum, etiamsi sint Militum Hierosolymitanorum, ut respondit *Congregat. Concil. in Hieracen apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 15. form. 1. num. 28. pag. mihi* 203. 1128

1590. 23. Maii. —— Fratres Milites S. Stephani, etiam Bigami, & absque Habitu Clericali incedentes, annuas Pensiones Ecclesiasticas (revocata quoad hoc Constitutione Pii Quinti supra posita & edita 1568. 9. Sept.) usque ad summam ducatorum ducentorum auri de Camera retinère & transferre possint. *Sixtus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 2. Constit.* 104. *quæ incipit* Circumspecta; *& meminit etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. pag. mihi* 425. ¶ Hanc facultatem confirmat, & etiam ad illegi- 1129

timos usque ad summam quadringentorum ducatorum extendit Paulus V. anno 1608. 18. Jun. apud d. Cherubin. *ibid. tom.* 3. *Constit.* 46. *quæ incipit* Dum generosa.

1590. 2. Jul. —— Ubi non adsunt Conventus Monachorum Casinensium vel sunt positi extra mœnia, concedenda est Confessariis Monialium dictis Monachis subjectarum Domuncula à muris Monasterii Monialium penitus disjuncta : Dicti etiam Confessarii possunt pernoctare in dicta Domunculà etiam in Locis ubi adsunt Monasteria Casinensia, si distent vel sint in Civitate & Moniales extra muros: Regulares denique etiam Fratres carnales prohibentur visitare Moniales, sed indigent licentia *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 333. *quæ incipit* Illustrissimo. ¶ Quoad Monialium allocutionem, vide infra 1623. 20. Nov. 1130

1590. 3. Jul. —— Licet Visitatoribus Monialium Casinensium, etiam extra actum Visitationis, ad Monasteria dictarum Monialium simul accedere, non autem sejunctim, prout declaravit *Congregat. Concil. apud* eund. *ibid. Constit.* 237. *quæ incipit* Concedendo. 1131

1590. 15. Jul. —— Decretum Tridentini *sess.* 7. *cap.* 7. *de reform.* dans facultatem Ordinariis visitandi Beneficia Curata unita Monasteriis, intelligitur de Beneficiis extra Monasterium, quo casu *ex cap.* 11. *sess.* 25. *de Regular.* visitant tantùm Personas inibi Curam Animarum exercentes, & cumulativè, non autem privativè ad Abbatem, ut dixit *Rota in Piscien. Jurisdictionis, apud* Barbos. *in Concil. sess.* 7. *cap.* 7. *de reformat. num.* 10. & ex eo Murga *in tract. de Benefic. Eccles. quæst.* 2. *artic num.* 92. *pag. mihi* 35. 1132

1590. 8. Dec. —— Abbati Monasterii Ss. Trinitatis Cavæ Ordinis S. Benedicti de Congregatione Casinensi, nullius Diœcesis in Provincia Salernitana confirmatur Synodi congregatio, Examinatorum Synodalium electio, institutio Concursus pro Paro- 1133

Parochialibus Ecclesiis etiam in Mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, Rectorum dictarum Ecclesiarum à se electorum examinatio & approbatio, Oeconomorum in eisdem deputatio, collatio Sacramenti Chrismatis prius tamen à Catholico Antistite consecrati, commissionum Gratiarum Apostolicarum tam justitiam quàm gratiam & etiam dispensationes Matrimoniales concernentium ac dicto Abbati seu ejus Vicario Generali directorum debitæ executioni demandatio, prout litteras Sixti Quinti ob ejus obitum non confectas convalidat *Gregorius XIV. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 238. *qua incipit* Æquum reputamus.

1591. 18. Febr —— Omnia & singula Privilegia, quibus Congregatio Clericorum Regularium Theatinorum fruitur & frui poterit quomodolibet in futurum, Congregationi Clericorum Regularium Minorum (æque & pariformiter, perinde ac si dictis Clericis Regularibus Minoribus specialiter & expressè ac principaliter concessa fuissent) communicat *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 2. *Constit.* 2. *qua incipit* Romanus Pontifex, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 374. ¶ Privilegia hactenus eisdem Clericis Regularibus Minoribus concessa confirmat Clemens VIII. anno 1592. 1. Jun. 1134

1591. 15. Mar. —— Abbas Monasterii Ss. Trinitatis de Cava Ordinis S. Benedicti omnimodam habet jurisdictionem Episcopalem, nec alicui subditus est, sed immediatè subjectus Sedi Apostolicæ, nulliusque est Diœcesis, & proprium habet Territorium, prout declaravit *Congregat. Concil. testante Cardinali Matthæjo, apud* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Concilium Provinciale, *pag. mihi* 192. & ex eo Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 3. *quæsito* 4. *num.* 18. 1135

1591. 15. Mar. —— Constitutiones Sixti Quinti supra positas & editas 1587. 26. Nov. & 1588. 21. Octobris, in ea parte qua cavetur, ne Illegitimi ex 1136

certo inibi expresso damnato thoro vel complexu ad quamcunque Religionem, neque ad Habitum aut Professionem Regulares, sed tantùm ad Habitum Conversorum aut Famulorum in Monasteriis & aliis Locis Regularibus servientium admittantur, sub nullitate Professionis: & in altera parte, in qua illegitimè geniti etiam ante ipsas Constitutiones professi, vigore Privilegiorum Apostolicorum cuivis Ordini & ejus Superioribus concessorum etiam ipsi per ingressum Religionis vel per eosdem Superiores legitimati, seu ad gradus & honores ac dignitates habilitati seu integrati, ab eisdem honoribus & gradibus ac dignitatibus quibuscunque (non obstantibus Privilegiis) excluduntur, & dispensationes quæcunque aut legitimationes non suffragantur, neque in futurum cum his nisi à Sede Apostolica dispensatur, ad terminos Juris reducit & modetatur *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 3. quæ incipit* Circumspecta, *& referunt etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Monasteria & Conventus, *pag. mihi* 316. Confett. *de Privileg. Regular. pag.* 224. Barbosa *de potest. Episc. allegat.* 101. *num.* 41. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 6. quæsito 6. num.* 17. *pag.* 90. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. par. 1. tract. 2. Constit. 3.* ac Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit.* 239. ¶ Vide infra, 1602. 2. Apr.

1591. 15. Mar. —— Omnes dispensationes & habilitationes vigore Privilegiorum Apostolicorum cuivis Ordini & ejus Superioribus concessorum, quæ tempore Constitutionum Sixti Quinti (de quibus supra, 1587. 26. Nov. & 1588. 21. Oct.) usu receptæ erant, in pristinum statum & validitatem restituuntur: & ideo illi, qui quovis modo Illegitimi procreati fuerint, ad Habitum & Professionem Regulares admitti possint, quemadmodum admitti poterant, si prædictæ Constitutiones editæ non fuissent; ita tamen, ut cùm de recipiendis illegitimè natis ad Habitum & Professionem Ordinum quorum. 1137

rumcunque agetur, ii, ad quos hujusmodi receptio spectat, præter alia de quibus ex dictarum Constitutionum præcepto circa quoscunque etiam legitimos disquirere debent, diligenter eorum vitam & mores inquirant, & ita recipiant si bona indoles & merita suppleant Natalium defectum: dummodo tamen Filius illegitimus in Religione, in qua Pater sive ante sive post nativitatem dicti Filii professus fuerit, ipso Patre vivente non admittatur, quod expresse prohibet *Gregorius XIV. apud* eosd. *ibidem*. ¶ Vide infra, 1602. 2. Apr.

1591. 15. Mar. —— Liceat Generali aut Provinciali singulorum Ordinum vel Cõgregationum sive Hospitalium, ad quos dispensatio Illegitimorum spectat juxta tenorem Privilegiorum eis concessorum (quæ dummodo usu recepta revalidantur in hac parte) cum Illegitimis, quos aliàs dictus Generalis aut Provincialis cum Generali vel Provinciali seu intermedio Capitulo & non aliàs (suffragantibus meritis) dignos judicaverint, ad honores & gradus ac dignitates dispensare, perinde ac si Constitutiones Sixti Quinti supra positæ & edictæ 1587. 26. Nov. & 1588. 21. Oct. non emanassent: Ad Superiorem autem Monasterii, in Locis seu Monasteriis ubi fit Filiatio, de consensu sui Capituli receptio Illegitimorum pertineat, servatis tamen aliis Ordinum consuetudinibus, quæ in receptione legitimorum servari solent. *Gregorius XIV. apud* eosd. *ibidem*. ¶ Vide infra, 1602. 2. Apr. 1138

1591. 13. Apr. —— Decretum Concilii Tridentini *sess.* 24. *cap.* 14. *de Regularib.* quoad delicta Regularium punienda, instante Episcopo, comprehendit & procedit etiam in Equitibus Hierosolymitanis, ut censuit *Congregat. Concil. in Mediolanen. laudante Sanctissimo, die* 17. *Jun. ejusd. anni, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatelli, par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 308. 1139

1591. 17. Apr. —— Hospitali Fratrum S. Joannis de Deo in Alma Urbe, ac aliis ab eo dependentibus 1140

Hos-

Hoſpitalibus, eorum Superioribus, cæteriſque Miniſtris & Officialibus omnia & ſingula Privilegia à Summis Pontificibus conceſſa confirmat: eiſque omnia & ſingula Indulta, quibus Hoſpitale S. Spiritus & alia Urbis Hoſpitalia fruuntur, communicat: nec non Majori Confratri dicti Hoſpitalis S. Joannis de Deo pro tempore exiſtenti, ut quæcunque alia Hoſpitalia in tota Italia & aliàs ubilibet inſtituta & instituenda aggregare ac dicta Privilegia communicare poſſit, facultatem impartitur *Gregorius XIV. in Conſtit. quæ incipit* Cùm Romanum, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. diſput. 17. quæſito 1. num. 41. pag. mihi 251.*

1591. 23. Apr. —— Rationaliter carcerati fuerunt Prior & Fratres S. MARIÆ ab Archiepiſcopo, eo quod pulſarunt Campanas in Sabbato Sancto ante Metropolitanam, prout reſpondit *Congregat. Concil. in Capuana, apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jac. Pignatelli, par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi 298.* ubi limitat, niſi conſuetudo in contrarium eſſet legitima, vel Eccleſiæ multùm diſtarent, *ex Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Surrentina 1601. 16. Jul.* & poſtea *in Theleſina 1622. 15. Febr.* 1141

1591. 25. Apr. —— Commiſſarii Generales Indiarum de Ordine Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia à Miniſtro Generali pro tempore ex veteri ejuſdem Ordinis conſuetudine deputati, perdurare debeant cum auctoritate uſque ad novorum Commiſſariorum in illas partes adventum, & non uſque ad complementum Officii dicti Miniſtri Generalis, ideoque omnes ipſarum partium Fratres & Religioſi dicti Ordinis, toto eo temporis ſpatio obedientiam dictis Commiſſariis & reverentiam exhibere debeant, ipſique Commiſſarii illos viſitare & corrigere, atque ad obedientiam præſtandam pœnis Eccleſiaſticis & aliis remediis valeant coercere juxta Ordinis ipſius Conſtitutiones. *Gregorius XIV. apud* Roderic. *in Collect. Privilegior. Regular. tom. 2. Bulla 1. quæ incipit* Religioſorum, *pag. mihi 514.* 1142

15. Maii.

1591. 15. Maii. —— Cùm Regulares ad Eccleſias Cathedrales promovendi fuerint, ne fraus ulla ſubrepere poſſit in eo quod Tridentinum Concilium ſtatuit, ut Regulares à ſuis Superioribus ſufficientis doctrinæ teſtimonium habeant, declaratur, nomine Superiorum eos dumtaxat intelligendos eſſe, qui nullum ſui Ordinis Superiorem agnoſcunt, ſive ii cujuſvis Ordinis Abbates, Magiſtri, aut Miniſtri, Præpoſiti Generales, aut quarumlibet Congregationum Præſidentes, ſive Definitores Capitulum generale repræſentantes, ſive alii quocunque vocabulo nominentur, & in eorum abſentia ipſorum Vicarii ſeu Commiſſarii Generales, vel in Romana Curia Procuratores Ordinum aut Congregationum Generales in hac parte ſuccedant: & nihilominus præter Superiorum teſtimonium qui fidem facient ejuſmodi Regulares ad alios docendos idoneos eſſe, ea etiam ſerventur quæ ſervanda ſunt de iis qui publicum ſuæ doctrinæ ab aliqua Academia teſtimonium habent, ut videlicèt ſeriò inquiratur an Regulares ad Cathedrales Eccleſias promovendi, eos progreſſus in Studiis fecerint, qui in futuro Antiſtite requiruntur. *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. 2. Conſtit. 6. qua incipit* Onus, *& referunt etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Electio, *pag. mihi 226.* ac Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. diſput. 8. quæſito 1. num. 1. pag. 69.* 1143

1591. 15. Maii. —— Inquiſitiones, quæ fieri debent de promovendis ad Eccleſias Cathedrales, ad eos etiam pertineant atque in eorum promotione ſervandæ ſunt, qui nominati vel præſentati aut electi fuerint ad Dignitates Abbatiales ac Prioratus ſeu Præpoſitatus ac ad Monaſteriorum regimina aut alias Regularium cujuſvis Ordinis Præfecturas, de quibus Conſiſtorialiter provideri contigerit, atque ad eos præſertim, quibus præter curam & regimen Monachorum aut Canonicorum Regularium, annexa eſt in Populum juriſdictio ſpiritualis vel temporalis, excepta tamen ætate circa quàm nihil innova- 1144

novatur: Qui à Sede Apoſtolica jus habent nominandi vel præſentandi aut etiam eligendi Epiſcopos vel Abbates, hortantur ad idoneos nominandos vel præſentandos aut eligendos: De nominandis verò aut præſentandis ſive eligendis ad Regulares Dignitates, præter alia quæ obſervanda ſunt, illud adiicitur, ut nominationis vel præſentationis aut electionis jus habentes, eos eligere ſtudeant qui non modò eundem Ordinem ſint profeſſi, ſed in eodem etiam ſatis diù laudabiliter verſati; neque enim decet, ut Magiſtri aliorum eſſe incipiant qui non fuerint Diſcipuli, & Subditis imperare præſumant qui prius non didicerint Superioribus obedire. *Gregorius XIV. apud* eoſd. *ibidem*.

1591. 24. Maii. —— Omnibus etiam Monaſteriorum Prælatis cujuſvis Ordinis Regularibus præcipitur, ut Laicos publicos Latrones & Viarum Graſſatores, qui itinera frequentata vel publicas Stratas obſident ac Viatores ex inſidiis aggrediuntur, aut ſunt depopulatores Agrorum, & qui Homicidia & mutilationes Membrorum in Eccleſiis & earum Cœmeteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint, aut Aſſaſſinii vel hæreſis aut læſæ Majeſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei ſunt, ad eorum Eccleſias vel Monaſteria aut Domos & alia Loca Sacra Religioſa confugientes, quando à Curia Sæculari fuerint requiſiti, tradi & conſignari curent & faciant Miniſtris & Officialibus dictæ Curiæ, abſque Irregularitatis nota aut alicujus Cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu, cum expreſſa tamen licentia Epiſcopi vel ejus Officialis & cum interventu Perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis. *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 2. Conſtit. 7. quæ incipit* Cùm aliàs, *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 4. num. 2.* 1145

1591. 27. Maii. —— Religioſi Ordinum Capuccinorum & Minimorum S. Franciſci de Paula tranſeuntes ex uno ad alium contra formam Conſtitutionis 1146

nis Pianæ (de qua supra, 1567. 6. Oct.) ipso facto pœnam privationis vocis activæ & passivæ ac etiam omnium Officiorum incurrunt, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. jussu Gregorii XIV. apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *disputat.* 7. *quæsito* 2. *num.* 11. *pag. mihi* 139. ex Passarello *in Compend. Privilegior. fol. sibi* 116.

1591. 28. Maii. — Omnibus & singulis utriusque sexus Ordinis Cistercienſis Abbatibus, Monachis, Monialibus, & Personis ejusdem Ordinis quibuscunque confessis ac Sacra Communione refectis, qui Monasteria, Prioratus, Grangias, eorumque Ecclesias, & alia quæcunque dicti Ordinis Loca in quacumque Mundi parte consistentia in die Festivitatis S. Bernardi vigesima Augusti à primis Vesperis usque ad occasum Solis ejusdem diei devotè visitaverint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam perpetuò concedit *Gregorius XIV. in Constit. quæ incipit* Salvatoris, *apud* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg.* 47. *pag. mihi* 355. & habetur etiam *in Libro Privileg. de Alcobatia in Portugallia, pag.* 32. 1147

1591. 31. Maii. — Constitutio de Abortu à Sixto Quinto edita & supra posita 1588. 28. Novembris sic moderatur, ut à peccato & Excommunicatione ibi lata quilibet Presbyter tam Sæcularis quàm cujusvis Ordinis Regularis ad Christifidelium Confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per loci Ordinarium deputatus, plenam & liberam in foro Conscientiæ tantùm absolvendi habeat potestatem, eandem prorsus quam dictus Sixtus sibi ac suis successoribus reservavit: Quoad verò pœnas quomodolibet procurantium Abortum Fœtus inanimis vel juvantium aut consulentium inibi contentas, Constitutio præfata in ea parte ubi de his agit, ad terminos Juris Communis ac Sacrorum Canonum & Concilii Tridentini dispositionem perpetuò reducitur, perinde ac si eadem Constitutio in hujusmodi parte nunquam emanasset, quam tamen quoad reli- 1148

reliqua omnia in suo robore permanere vult *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 8. quæ incipit* Sedes Apostolica, *& referunt etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb. Abortus, pag. mihi* 4. ac Lezana *in Sum. Quæst. Regular. tom. 3. sub eod. verb. numer. 3. pag. 9.*

1591. 1. Jun. —— Nullus Congregationis Capuccinorum Ordinis Minorum S. Francisci Religiosus possit & debeat in Laicorum utriusque Sexus & Clericorum Sæcularium (quacunque Dignitate & Præeminentia atque Auctoritate suffulti sint) Confessionibus occupari, vel Confessiones eorum audire, etiamsi ad id faciendum à Superioribus Ordinis aut Protectore aut etiam à Romano Pontifice ac à Sede Apostolica quomodolibet & sub quacunque verborum forma licentias hactenus obtinuerint, quas auctoritate præsentium revocat & cassat ac annullat *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 6. quæ incipit* Decet. ¶ Vide infra, 1602. 3. Febr. 1149

1591. 9. Jun. —— Cardinalibus ex Ordinibus Regularium assumptis usum rubri Bireti perpetuò deferendi more aliorum (Habitu in cæteris nihil immutato) concedit *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 2. Constitut. 9. quæ* incipit Sanctissimus, *ubi habentur Nomina quatuor Cardinalium Regularium, qui primò Biretum hujusmodi receperunt.* ¶ Hanc Constitutionem refert etiam Lezana *in Summa Quæst. Regular. cap. 17. sub numer. 9. pag. mihi* 88. 1150

1591. 10. Jun. —— Licèt Episcopus possit visitare & corrigere Regulares degentes extra Claustra occasione docendi Doctrinam Christianam (ex resolutione in Manilensi) hoc tamen non habet locum in Patribus Societatis JESU, qui munere docendi Doctrinam Christianam funguntur, dum tamen habeant illis in locis Superiores qui curam ipsorum gerant & apud quos se recipiant, juxta Regulæ Institutum viventes, ut refert Barbosa *decisum in Limen.* in Collect. *ad Concil. sess. 6. cap. 3. num. 5.* ¶ Jesui- 1151

suitas non esse impediendos, ne docere possint Doctrinam Christianam etiam in Ecclesiis Ordinario subjectis, modò in eis prædicare nolint, resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular.* 1609. 13. *Apr. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Doctrina Christiana, *numer. 9.*

149 1591. 18. Jun. —— Officia Funeralia in Ecclesiis Casinensibus facienda sunt ab eisdem Monachis tantùm, non verò ab aliis, dummodo non adsit consuetudo in contrarium, nam eo casu juxta eam est observandum, & non aliter, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & postea *die* 1. *Oct. ejusd. anni* 1591. *apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 241. & 242. utraque incipit Italicè *All' Illustrissimo.* 1152

1591. 20. Jun. —— Congregationi S. Bernardi Hispaniarum Regularis Observantiæ de Ordine Cistercienſi communicantur omnia & singula Privilegia, cum Conservatoriis, ac alia Indulta spiritualia & temporalia, tam Cistercienſi quàm S. Benedicti ac quibusvis aliis Ordinibus & Religionibus concessa. *Gregorius XIV. in Constit. quæ incipit* Romanus, *apud* Roderic. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *Bulla* 3. *pag.* 518. ac Murga *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. post Constitut.* 16. §. 12. *num.* 114. *pag. mihi* 391. 1153

50

1591. 26. Jun. —— Liceat Abbatibus Congregationis Cistercienſis S. MARIÆ de Alcobatia in Regno Portugalliæ facultatem de Jure aut ex Privilegio Apostolico habentibus, Tonsuram & minores Ordines sibi Subditis Regularibus tantùm conferre, quemadmodum liquet ex Concilii Tridentini Decretis: hujusmodi autem ordinati, si quid aliud non obstiterit, legitimè possint & debeant ab Episcopis (servatis iis, quæ juxta dicti Concilii formam servari debent) ad reliquos Sacros Ordines promoveri: & propterea pro tempore existentes dicti Regni Episcopi hoc Decretum perpetuò & inviolabiliter observent, nec dictos Abbates facultatem 1154

51

tem hujusmodi habentes possint prædicti Ordinarii contra ipsius Decreti continentiam & tenorem molestare. *Greg. XIV. in Constit. quæ incipit* Romanum, *in Libro Privileg. d. Congreg. de Alcobatia, pag. mihi* 35.

1591. 28. Jun. —— Laudabile Societatis JESU Institutum, ejusque Constitutiones cum aliquarum impugnationum rejectione, ac omnia & singula Privilegia etiam per communicationem concessa iterùm approbantur & confirmantur: Nomen Societatis JESU, quo laudabilis hic Ordo nascens à Sede Apostolica nominatus est & hactenus insignitus, perpetuò in ea retineatur: Religiosi hujus Societatis, emissis Votis, ad quemvis alium Ordinem Mendicantium & non Mendicantium (excepto Carthusiensium dumtaxat) transire minimè liceat: Laici vel alii non Sacerdotes ad Sacerdotium, vel iidem aut qui Sacerdotes sunt ad Professionem aut cujusvis alterius gradus mutationem aspirare non debeant. *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 2. *Constit.* 10. *quæ incipit* Ecclesiæ Catholicæ, *& habetur etiam* in Corpore Institutor. d. Societ. *tom.* 1. *pag. mihi* 147. ac refert Roderic. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *Bullæ* 2. *pag.* 514. 1155

1591. 2. Jul. —— Monachi & quæcunque utriusque sexus Congregationis S. Bernardi de Regulari Observantia in Regnis Hispaniæ Regulares Personæ intra Monasterium existentes, quocunque Anni tempore absque Cuculla super Vestes à dicta Congregatione constitutas, cum parvo Scapulario *Breve* nuncupato, albo vel nigro, cum Capucio aut sine illo incedere vel dormire possint: In infirmitate autem constituti, aliis Vestibus dimissis, cum intima Tunicella ex speciali Abbatis seu Superioris licentia tale Scapularium album vel nigrum, cum Capucio vel sine illo deferant. *Gregorius XIV. in Constit. quæ incipit* Quamquam, *apud* Henriq. *de Privileg. hujus Ordin. Privileg.* 49. *pag. mihi* 360. & habetur etiam *in Libro Privilegior. Congregat. Cisterc. de Alcobatia in Portugallia, pag.* 47. 1156

6. Jul.

1591. 6. Jul. —— Fratres, qui Reformati Minorum Conventualium S. Francisci dicuntur, ubique locorum existentes, ut verè & realiter à Capuccinis distinguantur & dignoscantur, præter Capucium penitus rotundum, & colorem Berettinum vel subcinericium, etiam Mantellum longius ad Conventualium longitudinem deferre, & Mozzettam latam & longam non sub Mantello sed supra gestare teneantur sub Excommunicationis latæ sententiæ eo ipso incurrenda pœna: Ab eisdem Reformatis ipsi Capuccini admitti vel recipi non possint, sub eadem Excommunicationis sententia ipso facto tam ab ipsis Capuccinis receptis quàm à Reformatis recipientibus incurrenda: Alii quoque, qui sub Eremitarum vocabulo nominantur, vagi--aut profugi, sub nullius obedientia viventes, imprimis ab Habitu Capuccinorum distingui & dignosci debeant, aliter per carcerationem & alia oportuna juris & facti remedia compelli possint ab Ordinariis locorum. *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar Rom. tom.* 2. *Constit.* 11. *quæ incipit* Beati Francisci. ¶ Vide infra, 1621. 9. Dec. 1157

1591. 12. Jul. —— Omnia & singula Privilegia Congregationi Fratrum Cruciferorum hactenus concessa confirmantur & innovantur, quatenus in usu sint & Decretis Concilii Tridentini non adversentur: Privilegia quoque omnia & singula, quibus Religiosi Ordinum Mendicantium & non Mendicantium quomodolibet gaudent & gaudebunt, eisdem Fratribus Cruciferis & eorum Locis æquè ac principaliter & sine ulla prorsus differentia, perinde ac specialiter concessa fuissent, communicat *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 2. *Constit.* 13. *quæ incipit* Romanus Pontifex, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 375. 1158

1591. 30. Aug. —— Societati JESU conceditur, ut tam in Novitiis etiam cujusvis generis illegitimis admittendis, quàm in dispensationibus eorum- 1159

dem ad quælibet officia & gradus ac dignitates ejusdem Societatis concedendis, formam & rationem in Privilegiis sibi concessis & in Constitutionibus & Regulis expressam liberè & licitè prosequi & retinère valeat, non obstantibus iis, de quibus supra 1587. 26. Nov. & 1591. 15. Martii. *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 15. quæ incipit* Exponi, *& habetur etiam* in Corpore Institutor. d. Societ. *tom. 1. pag. mihi* 156. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.

1591. 6. Sept. —— Omnia & singula Privilegia Monachis Ordinis Cistercienſis de Congregatione S. Bernardi in Italia regularis observantiæ hactenus concessa confirmat & innovat, & ad eos Privilegia quoque omnia & singula Ordini Cistercienſi quomodolibet concessa & concedenda extendit & communicat *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 16. quæ incipit* Romanus Pontifex *& refert etiam* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg. 5. pag. mihi* 408. 1161

1591. 20. Sept. —— Monasterium Beatæ MARIÆ de Alcobatia Ordinis Cistercienſis in Regno Portugalliæ existens ab omni contributione Seminario Puerorum Ecclesiasticorum in Civitate Ulixbonenſi instituto (etiamsi ad hoc nominatim se obligaverit) eximit & liberat, omnemque obligationem super hoc factam & transactionem inter dictum Monasterium & Seminarium forsan initam cassat & annullat *Gregorius XIV. in Constit. quæ incipit* Decet, *in Libro Privilegior. d. Congregat. de Alcobatia, pag. mihi* 49. 1161

1591. 21. Sept. —— Regula Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis sub viginti paragraphis comprehensa approbatur & confirmatur: Dicta Congregatio sub Sedis Apostolicæ protectione suscipitur, eique licentia conceditur quatuor substantialia Paupertatis & Castitatis ac Obedientiæ & perennis Ministerii Ægrotantium Vota emittendi, alios recipiendi ad Religionem, & con- 1161

& condendi Statuta pro tempore neceſſaria: Præfecto Generali & aliis Perſonis ac omnibus Locis dictæ Congregationis omnia & ſingula communicantur Privilegia, quibus omnes Ordines Regulares fruuntur & fruentur, dummodo ſint in uſu, non revocata, nec Decretis Concilii Tridentini & ipſius Congregationis contraria; Dicti Clerici Regulares à quibuſcunque maluerint Catholicis Antiſtibus ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines, ſub titulo Paupertatis Congregationis hujuſmodi promoveri (de licentia tamen Præfecti ſeu alterius Superioris) & ipſi Antiſtites conferre valeant: Alia Loca recipi poſſint, & Eccleſiæ noviter receptæ cum ſuis Cœmeteriis per quoſcunque Epiſcopos benedicantur ſeu conſecrentur & quovis modo polluta reconcilientur: Appellatio à correctione Regulæ hujuſmodi prohibetur, & impetratio Prælaturarum extra dictum Ordinem vetatur: Ad quemvis alium Ordinem (excepto Carthuſienſium dumtaxat) non poteſt tranſitus fieri, & aliter egreſſi ac alii ejuſdem Congregationis Apoſtatæ à Præfecto Generali & aliis inferioribus Præfectis per ſe vel per alios poſſint excommunicari, capi, incarcerari, & coercèri: Congregationes Laicorum pro piis charitatis operibus fieri queant: Miſſæ & Divina Officia in Oratoriis Ordinis celebrari & Eccleſiaſtica Sacramenta recipi valeant; Dictos denique Clericos Regulares & eorum Bona ab omni Ordinariorum & Epiſcoporum juriſdictione (ſalva tamen diſpoſitione Concilii Tridentini) eximit & liberat *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 2. Conſtit. 17. qua incipit* Illius, qui, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Caſinen. tom. 1. Conſtitut. 376.* ¶ Vide infra, 1600. 29. Dec. & 1603. 23. Jul. ac 1604. 7. Dec. & 1606. 16. Maii.

1591. 21. Sept. —— Præfecto Generali Congregationis dictorum Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis pro tempore exiſtenti conceditur, ut per ſe vel per alios ad id per eum deputatos

valeat omnes & singulos dictæ Religionis Socios ab omnibus & singulis eorum peccatis, nec non a quibusvis Excommunicationis vel Suspensionis aut Interdicti, aliisque Ecclesiasticis & Sæcularibus sententiis & Censuris ac pœnis à Jure vel ab Homine (non tamen nominatim) latis, & hujusmodi sententiis innodatos aut in Locis Ecclesiastico Interdicto suppositis Divina Officia celebrantes vel Ordines suscipientes, aut sic ligatos Irregularitatem (præterquàm Homicidii voluntarii, Bigamiæ, ac Membrorum mutilationis) incurrentes in foro Conscientiæ tantùm absolvere, & cum eis etiam cum rehabilitatione & absterſione inhabilitationis & infamiæ maculæ dispensare, ita tamen quod sic absoluti & dispensati pro tempore, si de Ordine egrediantur, eo ipso in pristinas sententias & Censuras reincidant: Dicto Præfecto Generali seu de illius licentia Præfectis inferioribus aliorum Locorum seu Provincialibus & illorum Vicariis ac Locatenentibus itidem conceditur, ut cum ejusdem Congregationis Personis defectum Natalium etiam ex Adulterio vel Sacrilegio aut Incestu & quovis alio nefario & illicito coitu provenientem patientibus valeant dispensare, ut defectu hujusmodi non obstante possint ad Ordines etiam Sacros promoveri, & in illis ministrare, nec non ad quascunque administrationes & officia eligi atque assumi: Quilibet autem ex Sociis Congregationis præfatæ peccata sua proprio Præfecto vel ab eo deputatis confiteri debeat, nisi super hoc à dicto proprio Præfecto alium Confessorem eligendi facultatem habeat. *Gregorius XIV. apud* eosd. *ibidem*. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.

1591. 21. Sept. — Decreto Concilii Tridentini 1164
cap. 13. *sess.* 25. *de reformat.* non comprehenduntur Monasteria ædificata à quadraginta annis citra, vel quæ in dies ædificantur, præsuppositio quod sint ejus Religionis, cui à Sede Apostolica indultum sit, ut Quartam funeralem non teneantur solvere

Episc-

Episcopo, prout declaravit *Congregatio Concil. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Quarta, *sub num.* 3. *pag. mihi* 464.

1591. 24. Sept. —— Omnia & singula Indulta Erè- 1165
mo, & ejusdem Erèmi Congregationi ac S. Michaelis de Murano Ordinis Camaldulensis hactenus à Summis Pontificibus concessa confirmantur & innovantur: ac Eremitis & eorum Locis omnia & singula Privilegia, quibus quicunque alii Regularium Congregationum Ordines gaudent & gaudebunt, (æquè & principaliter perinde ac si dictis Eremitis & Locis specialiter concessa essent) communicat, & Prælatorum numerum ejusdem Monasterii professorum auget *Gregorius XIV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 2. *Constit.* 18. *qua incipit* Ex injuncto *& habetur in Libro* Privileg. d. Relig. pagin. mihi 103. *ac refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 377. ac meminit Murga *disquis. moral. tom.* 2. *disquis.* 4. *num.* 59. *pag. mihi* 210.

1591. 2. Dec. —— Abbates Regulares verè ac pro- 1166
priè sunt Ecclesiæ Prælati, quia in Monasteriis ipsi propriè præferuntur aliis Monachis & eisdem reverà præsunt, & quia jurisdictionem ordinariam habent, ut dixit *Rota in Acherontina Fructuum coram* Pamphilio, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 1. *quæsito* 3. *num.* 3. *ubi num.* 4. *ait quod* etiam Abbas Commendatarius, maximè perpetuus, hodie est Prælatus, cùm habeat plenariam administrationem Abbatiæ in spiritualibus & temporalibus.

1591. 17. Dec. —— Monachus, vel Religiosus de 1167
Mendicantibus, vel strictioris non mendicantis Religionis, non potest esse Vicarius Episcopi, quia dedecet eos extra Claustra degere, & inconveniens est ut Justitia administretur à Theologis qui non sunt Jurisconsulti, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Caputaquen. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *in princip. num.* 5. *ubi tamen ait, quod* potest tamen Monachus vel Religiosus esse Vicarius cum consensu Abbatis vel Superioris, si habeat

licentiam Apostolicam degendi extra Claustra, ut resolvit *ead. Congregat. in d. Caputaquen.* 1591. 17. *Nov.* & referunt etiam Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. tit. 28. de offic. Vicar. Gener. num.* 4. ac Antonell. *de regim. Eccles. Episcop. lib. 6. cap.* 10. *num.* 10. nec non Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 345. & denique Leuren. *de Vicar. tract.* 1. *cap.* 1. *quæst.* 50. & 51.

1591. 14. Febr. —— Omnibus & singulis Congregationis Cistercienſis S. MARIÆ de Alcobatia in Regnis Portugalliæ existentibus Religiosis & Conversis ac Novitiis pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis, qui Ecclesiam Monasterii, in quo Capitulum generale & intermedia pro tempore celebrabuntur, visitaverint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem perpetuò concedit *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Cùm sicut accepimus, *in Libro Privilegior. d. Congregat. de Alcobatia, pag. mihi* 50. ¶ Vide infra 1606. 23. Maii. 1168

1592. 2. Mar. —— Ad prædicandum Monialibus mitti potest quilibet Regularis, modò non alloquatur seperatim aliquam ex ipsis Monialibus, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Jeracen.* & antea *in una Montisflasconis* 1591. 25. *Mar.* etiam pro sermonibus spiritualibus ad Crates, prout respondit *ead. Congregat. in Terracinen.* 1608. 5. *Mar.* vel ad loquendum Moniales in communi de rebus spiritualibus, sive ad Crates sive ad Coilocutorium, ut dixit *ead. Congregat. in Sebenicen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Prædicator, *num.* 13. 1169

1592. 5. Mar. —— Ad instantiam Congregationis Cistercienſis Beatæ MARIÆ de Alcobatia Portugallensi approbantur sequentia Decreta à Sacra Congregatione Concilii emanata, videlicèt: Liceat Abbatibus benedictis, vel quibus à Sede Apostolica concessum est Privilegium ea omnia faciendi quæ possunt Abbates benedicti, Tonsuram & minores 1170

nores Ordines suis subditis Regularibus tantùm conferre, ac alia Pontificalia hujusmodi Abbatibus competentia in sui Ordinis Monasteriorum Ecclesiis & limitibus exercere: taliter autem ordinati (si quid aliud non obstiterit) legitimè possint à quibuscunque Ordinariis ad ulteriores Ordines promoveri: Monachi verò à Diœcesanorum superioritate & jurisdictione exempti, absque illorum litteris dimissoriis à quibuscunque locorum Ordinariis cum testimonialibus litteris suorum Superiorum tantùm, ad omnes etiam Sacros & Presbyteratus Ordines admitti debeant: In Parochialibus Ecclesiis alicui Monasterio unitis, quibus per sæculares Sacerdotes & Ministros deservitur (cùm examen per Concursum minimè instituendum sit) constituantur Vicarii idonei perpetui vel ad nutum amovibiles, ab Episcopo approbandi & à Præfectis Monasteriorum nominandi, ac in portione eisdem Vicariis assignanda observetur Constitutio Pii Quintii (de qua supra, 1567. 1. Nov & per extensum in mea Collectione de Vicariis sub eodem Anno) de Vicariis perpetuis edita, neque ab ea recedatur: In illis autem Ecclesiis Parochialibus unitis quibus per Regulares Ministros deservitur, Monachus eisdem Ecclesiis præficiendus non aliter constituatur quàm ad nutum suorum superiorum amovibilis, ab Ordinario tamen prævio examine approbatus cum portione arbitrio suorum Superiorum assignanda; quì Monachus ibidem unà cum alio Monacho dumtaxat habitare debeat: Hæc omnia confirmat, & per quoscunque locorum Ordinarios perpetuò observanda statuit *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Ut ea, quæ, *in Libro Privilegior. d. Congregat. de Alcobatia, pag. mihi 56.*

1592. 8. Mar. —— Concessio Professoribus Ordinis Prædicatorum à Pio Quinto anno 1571. 21. Junii facta, quod in Locis, in quibus soliti erant Processionem celebrare in die Dominico infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi, illam singulis annis 1171

celebrare, cum inhibitione aliis Presbyteris ac Fratribus aliarum Religionum, ne dicto tempore & hora Processionem facere aut cum eis concurrere audèrent, extenditur ad omnes Domos fabricatas & fabricandas in omnibus Locis, ita ut Priores in quibuscunque Mundi partibus Processiones dicto die per Vicos & Plateas ac Loca ab eis electa & semel tantùm eligenda, soli absque ullo impedimento celebrare possint, prout concedit *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Dum felicis, *apud* Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. par. 2. tract 13. quæst. 82. num. 3.* & habetur etiam *in Bullar. Confraternit. Ordin. Prædicator. pag. mihi* 202.

1592. 19. Mar. —— Revocantur quæcunque à Sede Apostolica concessæ deputationes Judicum Conservatorum, quì qualitates non habent à Bonifacio Octavo requisitas *in cap.* 11. *de rescript. in 6.* & qui etiam in Conciliis Provincialibus aut Diœcesanis electi & designati non sunt juxta Decretum Concilii Tridentini, obtentæ ad instantiam quorumcunque Conventuum, Capitulorum, Militiarum, Universitatum, Collegiorum, Ordinum, ac in favorem quorumvis Monasteriorum & Hospitalium ac aliorum quorumvis piorum tam Sæcularium quàm cujusvis Ordinis aut Instituti Regularium Locorum quantùmvis exemptorum: Omnes deinceps Litteræ Conservatoriæ hujusmodi per Sedem Apostolicam concedendæ, ad Conservatores & Judices dumtaxat dirigantur, qui dictas qualitates habeant & in præfatis Conciliis electi & designati sint. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 3. quæ incipit* Sanctissimus, *& refert etiam* Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. par. 2. tract. 17. quæst. 1.* ¶ Vide infra, 1621. 20. Sept. 1172

1592. 19. Mar. —— Omnibus & singulis utriusque sexus Regularibus Personis Congregationis Cisterciensis S. MARIÆ de Alcobatia in Portugallia existentibus, quæ dictæ Congregationis Monasteriorum vel Grangiarum aut aliorum Locorum Ecclesias 1173

clesias ibidem consistentes die festo S. Benedicti Abbatis (vel alio quovis die, ad quem Festivitas ipsa quandoque transferatur) à primis Vesperis usque ad occasum Solis ejusdem diei singulis annis visitaverint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem perpetuò concedit *Clemens VIII in Constit. quæ incipit* Domini & Salvatoris, *in Libro Privileg. d. Congregat. de Alcobatia, pag. mihi* 53. ¶ Vide infra 1606. 23. Maii.

1592. 14. Apr. —— Fratribus Minoribus de Observantia in Hispania tantùm conceditur, ut quocunque tempore etiam extra Capitulum possint recipere Novitios juvenes ad prædictum Ordinem venientes, de consensu quatuor Definitorum vel quatuor Fratrum ex antiquioribus illius Domus in qua juvenes sunt recipiendi: nec non ut coram Notario vel per Fratres ad hoc muneris deputatos inquisitio fieri possit, vocando Testes & ab ipsis recipiendo juramentum. *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Arctissima, *apud* Barbos. *de potest. Episc. par. 3. allegat. 101. num. 41.* 1174

1592. 20. Apr. —— Consuetudinem, quam ab immemorabili tempore habet Ordo Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, omnes tam Religiosos quàm Sæculares in Ecclesia præsentes & genuflexos absolvendi & benedicendi post confessionem à Sacerdote coram omnibus recitatam in diebus S. Catharinæ Virginis & Martyris ac Cinerum & Cœnæ Domini approbat & de novo concedit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 4. quæ incipit* Infirma. ¶ Hanc absolutionem & benedictionem in dictis tribus diebus confirmat, & ad alios duos dies nempe S. Laurentii Martyris quo Ordo prædictus fundatus fuit, ac S. Antonii Abbatis quo extitit à Gregorio Nono confirmatus, extendit idem Pontifex anno 1601. 24. Julii, *ibid. Constit. 79. quæ incipit* Cùm nos aliàs. ¶ Communicarionem verò Indulgentiarum in prædicto Ordine certis anni diebus fieri solitam (exclu- 1175

si

sa absolutione) tantummodò Confratribus & Sororibus ejusdem Ordinis præsentibus in Ecclesiis præfatæ Religionis cum forma à Vicario Papæ anno 1600. 20. Maii (correctis aliquibus verbis) probata & reformata à Sacrorum Rituum Congregatione, & sic etiam communicationem bonorum operum cum forma assignata faciendam esse statuit, Populique invitationem ad consequendam utramque prædictam communicationem per appositionem cedularum impressarum in Plateis & Locis publicis prohibet idem Pontifex anno 1602. 9. Julii, *ibid. Constit. quæ incipit* Cùm ad uberes, *post d. Constit.* 79. ¶ Consimilem formam Ordini Fratrum Ss. TRINITATIS Redemptionis Captivorum præscripsit idem Pontifex anno 1602. 9. Maii, *ibid. Constit.* 85. *quæ incipit* Decet.

1592. 27. Apr. —— Abbates, qui habent facultatem conferendi Tonsuram & minores Ordines subditis sibi Regularibus, non possunt stante Decreto Concilii Tridentini *cap.* 10. *sess.* 23. conferre Tonsuram ac minores Ordines Personis sæcularibus habentibus litteras dimissorias à suis Ordinariis: quamvis enim de jure communi, ante Concilii dispositionem, Abbates ex Privilegio Apostolico habentes Jura Episcopalia possent conferre primam Tonsuram & etiam Ordines minores saltem usque ad Lectoratum ex sententia Glossæ *in cap. Abbates, in verb. Tonsuram, de privileg. in 6.* non solùm Monachis & Conversis suis, sed etiam puris Laicis nec conversis nec convertendis, dummodò in eos Episcopalem Jurisdictionem obtinerent, per text. tradit Glossa *in d. cap. Abbates, in verb. quasi Episcopalem*, tamen Concilium restringere voluit hanc facultatem ad Regulares subditos tantùm: Et potest sententia confirmari ex eo quod prohibetur, ne Abbatibus litteræ dimissoriæ aliquibus Clericis sæcularibus, ut ab aliis ordinentur, concedantur; cùm enim ejusdem sit potestatis ordinare vel litteras dimissorias concedere, *cap.* 1. *dist.* 72. satis apparet, eis adimi pote- 1176

sta-

ſtatem dandi dimiſſorias, quia neque etiam ordinare poſſunt, prout dixit *Rota coram* Seraphino, *apud* Murga *in Commentar. ad Conſtit. Apoſtolic. poſt Conſtit.* 16. §. 19. *num.* 220 *pag. mihi* 409. & refert etiam Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 2. *diſput.* 2. *quæſito* 7. *num.* 9. ¶ Vide infra, 1641. 23. Nov.

1592. 27. Apr. —— Abbates præfati non poſſunt Subditos alienos etiam cum dimiſſoriis proprii Epiſcopi ordinare, nam quemadmodum Papa non poteſt dare licentiam ei, qui ordinatus non eſt, conferendi Ordines Sacros, ut tradit Innoc. *in cap. Quanto, de conſuetudine*, ita nec per dimiſſorias ſuas poteſt Epiſcopus dare facultatem ei, qui ea facultate ex diſpoſitione Concilii caret: prout etiam videmus, quod conſecratio Suffraganei ab Archiepiſcopo committi debet ei, qui aliàs ejus muneris obeundi ſit capax, *cap. quoad Sedem, de offic. Ordin.* & ſimiliter audientia Confeſſionis poteſt demandari ab inferiore à Papa, dummodò Perſonæ idoneæ & poteſtatem audiendi Confeſſiones habenti demandetur, ut tradit Stephanus de Gaeta *in Repertor. cap. ad limina*, §. 5. *num.* 257. *quæſt.* 5. quod eo magis in hoc Decreto Conciliari ſtatuendum eſt, cùm veniat addendo & immutando reſpectivè diſpoſitionem juris communis, ut patet ex illis verbis, *non liceat in poſternum*: cùm itaque ex juris communis diſpoſitione ipſi Epiſcopo non liceret alienum Subditum ordinare ſine dimiſſoriis, *cap. nullus Epiſcopus, de tempor. Ordinat.* videretur ſuperflua hæc prohibitio Concilii reſpectu non ſubditorum, niſi intelligeremus etiam in caſu, in quo Ordinandi haberent litteras dimiſſorias, ut ſequitur *Rota coram* d. Seraphino, *apud* eoſdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1641. 23. Nov. 1177

1592. 29. Apr. —— Prædicatores & Lectores, qui ſuum non exercent officium, non gaudent Privilegiis; debetque imponi pœna ipſo facto incurrenda Superioribus localibus, qui Decretum hoc obſervari non faciunt, prout in una Dominicanorum reſpondit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Nicol. 1178

in

in Floscul. verb. Privilegium, *num.* 5. *ubi etiam* modò non impediantur absque culpa sua: quare Diffinitor injustè impeditus gaudet Privilegiis, ut resolvit *ead. Congregat.* 1647. 27. *Mar.* sicut & quilibet Officialis absque sua culpa impeditus ab exercendo officia, ut dixit *ead. Congregat.* 1650. 10. *Mar.* ¶ Vide infra, 1601. 20. Mar.

1592. 15. Maii. —— Confirmatur Constitutio Innocentii Octavi, in qua dicitur: Monasteria & Loca ac Personæ Ordinis Cistercienſis alia Visitatione non indigent, quàm illa quæ per eorum Patres Abbates seu Commissarios ac alios suos Superiores ad id pro tempore deputatos fieri consuevit, qui optimè de his quæ pro Visitatione hujusmodi sunt necessaria, instructi habentur: & propterea per alios quàm per prædictos & alios juxta Regularia Instituta visitentur, revocatis omnibus & singulis Litteris Pontificiis quovis modo concessis super hujusmodi Visitationibus: Hæc denique Constitutio Innocentiana & omnia in eis contenta (quatenus in usu sint, ac Sacri Concilii Tridentini Decretis non adversentur) sic perpetuò confirmata, ad Congregationem Cistercienſem S. MARIÆ de Alcobatia in Regnis Portugalliæ existentem extenduntur, ita ut à nemine, præterquàm ab ejusdem Congregationis Abbate & Reformatore Generali aut ejus Commissario ac propriis Congregationis prædictæ Visitatoribus ullo tempore Visitatio fieri debeat. *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Romanum, *in Libro Privilegior. d. Congreg. de Alcobatia, pag. mihi* 54. 1179

1592. 8. Jun. —— In virtute sanctæ obedientiæ mandatur, ac sub Excommunicationis Papæ reservatæ sententia ipso facto incurrenda, & perpetuæ privationis vocis activæ & passivæ (ad quam solus Papa restituere possit) nec non perpetuæ inhabilitatis & infamiæ ac amissionis proprii & debiti pro antiquitate Religionis gradus ad dignitates obtinendas, mancipationisque carceris ad sex menses ipso facto incurrendis pœnis prohibetur omnibus & singulis 1180

utriusque sexus Regularibus Personis Congregationis Cistercienſis S. MARIÆ de Alcobatia in Regnis Portugalliæ existentibus, ne eorum aliquis quovis modo pro se vel alio Prælaturas & Administrationes dictæ Congregationis audeat procurare, vel Personas extra Ordinem ad id rogare. *Clemens VIII. in Const. quæ incipit* Religiosorum *in Libro Privileg. d. Congregat. pag. mihi 62.*

1592. 14. Jun. —— Vicariæ omnes Monasteriorum tam S. Claræ quàm Tertii Ordinis S. Francisci, expleto Vicariatus tempore, ad Abbatissatus aut Ministeriatus officium immediatè assumi non possint nec debeant, sed dicto Vicariatus tempore completo, saltem per biennium integrum vacare teneantur; quo bienuio elapso, liberum erit Monialibus eas quoque in Abbatissas vel Ministras eligere: Præcipitur ergo omnibus Provincialibus Ministris, aliisque dicti Ordinis Prælatis sub pœna privationis suorum officiorum, quod hoc Decretum inviolabiliter observent & observari faciant, prout præcipit *Hieronymus Matthæjus Cardinalis, dicti Ordinis Protector, apud* Tamburin. *de Jur. Abbatiss.* 1181

1592. 15. Jun. —— Potest Episcopus prohibere, ne in Ecclesiis Monialium celebrentur Missæ non tantùm à Sæcularibus, sed neque à Regularibus Sacerdotibus: quod procedit etiamsi illis ex præcepto Testatoris reperiretur injunctum, nam tunc onus esset transferendum ad illorum Ecclesiam vel alibi, prout prohibitionem laudando rescripsit Venetiarum Patriarchæ *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 1. form. 3. num. 6.* 1182

1592. 30. Jun. —— Regulares non tenentur expectare tempus Missæ Parochialis, ut celebrent in suis Ecclesiis, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Regularium Jura sub Episcopo, *numer.* 30. *& refert etiam* Barbosa *de potest. Parochi, par. 1. cap. 11. numer. 21.* 1183

1592. 12. Jul. —— Si aliqua Monasteria Monialium Civitatum Neapolis & Salerni, ob angustiam loci aut 1184

aut ob nimiam paupertatem non possent ita statim extruere Infirmariam, Ordinarius sive Superior visitet Monasterium & illis præscribat certum locum, & assignet spatium temporis intra quod omninò debeat exequi, & quoad impensam necessariam pro Fabrica videat idem Ordinarius, ut per eleemosynas aut per alios sibi benevisos modos ei provideatur, & quamprimùm de his quæ egerint, Congregationem certiorem faciant: Solæ Moniales Officium Divinum in suis Ecclesiis celebrent, ita ut nulla Regularis vel Sæcularis aut alia quælibet laica Persona ad id quomodolibet se ingerat, sed tantùm Sacerdotes & Clerici deputati vel deputandi ab Ordinario sive Superiore pro celebrandis Missis in die Solemnitatis Monasterii & pro Benedictionibus & similibus, quæ per Moniales expediri non possunt, accedant, prout perpetuò observari mandavit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Quaranta *in Summa Bullar. verb.* Monasteria Monialium, *pag. mihi* 351. *numer.* 17. & 25. & refert etiam Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 4. *tract.* 3. *quæst.* 5. *num.* 2.

1592. 12. Jul. —— Quia in quibusdam Monasteriis Monialium dictarum Civitatum Neapolis & Salerni quamplurimæ Missæ celebrari debent ex testamento vel relictis & aliis dispositionibus, & nihilominus ob defectum Capellanorum aut Monasteriorum paupertate vel alia de causa omittuntur, Ordinarii & Superiores huic rei provideant juxta Decreta Concilii Tridentini & Provincialis Synodi Neapolitanæ aut alia meliori ratione consulentes, ac referant Sanctæ Sedi: Si quis, vel si qua intra vel extra Monasterium sanctum victæ communis usum quomodolibet exturbare præsumpserit, Superiores in eum vel eam maledictionem æternam & Excommunicationis sententiam etiam ipso facto incurrendam comminari & infligere possint: In Monasteriis, in quibus retinentur hactenus provisiones & subventiones, & non omnia in communi conferuntur, concedatur licentia accipiendi aliquam subventionem, 1185

nem, de manibus tamen Abbatissæ sive Præfectæ sive Depositariæ pro suis religiosis necessitatibus, & quæ supersunt, Abbatissa erogare teneatur in communes usus Monasterii, ac Ordinarii sive Superiores Monasterii quotannis exigant rationem & in transgredientes graviter animadvertant, ut perpetuò observari mandavit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* eosdem, *ibid. num.* 27. 45. & 46.

1592. 22. Aug. —— Nulli omninò Personæ Congregationis Cisterciensis S. MARIÆ de Alcobatia Portugallienſi liceat appellare, nisi ab eorum Superioribus ordinariis ad Abbatem Generalem, & ab illo ad Capitulum intermedium, ac ab isto ad Capitulum generale, à Capitulo verò generali ad Sedem Apostolicam, prout sic observandum esse statuit *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Pastoralis, *in Libro Privilegior. d. Congregat. de Alcobatia, pag. mihi* 65. 1186

1592. 4. Sept. —— Congregatio Fulienſis de Ordine Cistercienſi, ejusque Vicarius Generalis, Abbas & Monachi de Monasterio Beatæ MARIÆ Fulienſis (in quo primùm hujus Congregationis Regularis Observantia & Reformatio introducta extitit) aliique universi eorum Abbates, Monachi, & Religiosi, ac Loca præsentia & futura ab omni jurisdictione Generalis & aliorum Prælatorum Ordinis Cistercienſis perpetuò liberantur, & sub Sedis Apostolicæ protectione suscipiuntur: Eisdem quoque omnia & singula Privilegia communicantur, quibus dictus Ordo Cistercienſis quomodolibet gaudet & gaudebit: Monachi dictæ Fulienſis Congregationis ad alia præfati Ordinis Cistercienſis Instituta non obligentur, sed tantùm Ragularem Observantiam ac Constitutiones proprias observare teneantur: & ideo ad prædictum Ordinem Cistercienſem transire non debeant seu præsumant. *Clemens VIII. apud* Cherubin, *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 12. *quæ incipit* Pastoralis *& refert etiam* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg.* 3. *pag.* 418. ¶ Hæc 1187

exem-

exemptio comprehendit etiam Moniales hujus Congregationis, prout declaravit Paulus V. anno 1608. 14. Aug. *ibid. in margine*, sed hæc Constitutio videtur esse illa, quam edidit dictus Paulus V. anno 1606. 10. Oct. *ibid. Constit. 29. quæ incipit* Quæ regulares. ¶ Vide infra, 1606. 11. Jul.

1592. 30. Sept. —— Omnia & singula Privilegia tam Monasterio Beatæ MARIÆ de Monteserrato quàm Congregationi Regularis Observantiæ S. Bernardi de Ordine Cistercienſi Regnorum Hispaniæ ac eorum Monasteriis & Locis concessa (etiamsi talia forent, quæ specialem ac individuam requirerent mentionem seu particularem insertionem) communicantur Monasterio S. Benedicti Vallisoletani ac aliis & singulis de ejus Observantia Monasteriis Virorum & Mulierum, dummodo non sint revocata & non adversentur decretis Concilii Tridentini, & quatenus etiam sint in usu. *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Romanus, *apud* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. post Constit.* 16. §. 12. *num.* 15. *pag. mihi* 391. & refert etiam Roderic. *in Collect. Privilegior. Regular. tom.* 2. *Bulla* 22. *pag.* 561. 1188

1592. 12. Oct. —— Si Episcopus, seu Superior aliquam nominaverit Abbatissam ratione discordiæ inter Moniales, priusquàm illam deputet sic electam, tempus competens Monialibus ad se accordandum assignet, quo elapso, ad deputationem poterit devenire, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatissar. disput.* 28. *quæsito* 6. *num.* 5. 1189

1592. 29. Oct. —— Constitutio Gregorii Decimitertii (de qua supra, 1579. 1. Nov.) quoad reductionem Monachorum Ordinis S. Basilii in unam Congregationem & sub regimine unius Abbatis, nec non gesta & gerenda à Protectoribus dictæ Congregationis, ac Statuta pro bono ejus gubernio in Capitulis generalibus hactenus à Monachis edita & approbata confirmantur & innovantur: Unicuique Priori seu Prælato cujuslibet Monasterii vel Prioratus 1190

tus seu Domus aut Loci Regularis & Conventualis dicti Ordinis conceditur, ut de consilio & consensu duorum aliorum ejusdem Congregationis Priorum seu Prælatorum viciniorum, Novitios etiam sexdecim annis majores alioquin tamen habiles quandocunque ad Habitum Regularem ejusdem Ordinis S. Basilii recipere & admittere possint, etiam Capituli Provincialis vel Generalis vel cujusvis alterius licentia vel approbatione aut consensu non requisito, non obstantibus Constitutionibus Sixti Quinti supra positis & editis 1587. 26. Nov. & 1588. 21. Octobris. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 14. quæ incipit* Quæ ad restituendos. ¶ Vide infra, 1603. 23. Sept.

1592. 14. Dec. —— Nullus Prælatus, præter Episcopum, etiam quod Jurisdictionem quasi Episcopalem contentiosam & voluntariam habeat, potest Clericis sæcularibus litteras dimissorias pro Ordinibus suscipiendis impertiri, prout dixit *Rota in Urbinaten. Parochialis coram Blanchetto*: nisi hujusmodi Prælatus esset Ordinarius privativè ad Episcopum, ac haberet jus visitandi & Synodum congregandi, contra quem non intrat dispositio Concilii Tridentini *sess. 23. cap. 10.* ut decisum fuit à dicta *Rota in Salamantina Jurisdictionis* 1594. 9. *Maii coram* Seraphino, *apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 2. quæsito 26. num. 1. & 2.* 1195

1593. 22. Jan. —— Monitiones & capitula revelationum non possunt decernere, nec condere Abbates & alii Prælati inferiores quasi Episcopalem Jurisdictionem exercentes, sed pro illis obtinendis debent eorum Subditi Sedem Apostolicam adire, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 15. num. 13.* 1192

1593. 27. Jan. —— In Parochiali Ecclesia unità alicui Monasterio Monachorum possunt ipsi Monachi in Vicarium nominare unum ex eis ad ipsorum nutum amovibilem, cum quo alius dumtaxat Monachus habitare debeat: Episcopus autem tenetur illum 1193

lum deputare, præviis tamen examine & ejus approbatione, prout resolvit *Congregat. Concil apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constitut.* 243. & 244.

1593. 4. Febr. —— Seminario contribuere tenentur Ecclesiæ Sæculares, quæ non sunt de Mensa Monasteriorum, tametsi ad earum institutionem & collationem pertineant: imo etiam Beneficiati Beneficiorum collationis Monachorum, si intra fines Diœcesis sunt, ut declaravit *Congregat. Concil. in Caputaquen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag. mihi* 387. *& refert etiam* Barbosa *in Concil. sess.* 23. *cap.* 18. *num.* 22. ex Aldan. *tit.* 18. *num.* 16. 1194

1593. 15. Febr. —— Universis & singulis Ordinis Fratrum Servorum Beatæ MARIÆ Personis utriusque sexus Regularibus præcipitur, eisque sub Excommunicationis latæ sententiæ (reservata Papæ absolutione) nec non privationis perpetuæ Officiorum obtentorum & inhabilitatis ad illa & ad alia quæcunque exercenda ac vocis tam activæ quàm passivæ eo ipso incurrendis pœnis districtiùs committitur, ut si se à Prælatis gravari prætendant, ad Priorem Generalem ipsius Ordinis seu illius Protectorem aut Viceprotectorem sive ad Romanum Pontificem supremum in Ecclesia Dei Judicem recurrant, unde illis brevi manu Justitia ministrabitur. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 119. *quæ incipit* Quoniam, *& meminit etiam* Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap.* 9. *sub numer.* 4. *in fine, pag. mihi* 42. 1195

1593. 6. Mar. —— In Congregatione Casinensi Visitatores eligi non possint ejusdem Monasterii cum Definitoribus, quorum officium simul cum Capitulo generali terminatur, professi; hac moderatione adhibita, ut tam in Dietis quàm in Capitulo generali, non solùm dum agitur de ipsis in Dietis seu Definitorio intervenientibus, sed etiam de eo promovendo ad quamcunque dignitatem aut assumendo ad 1196

aliquod officium, qui sit eorum alicujus professus, ut liberiùs ea de re tractari & deliberari possit, ii, de quibus vel eorum comprofessis sic agetur, extra locum Dietæ vel Definitorii exeant, & ne suffragia
1194 conferant, nec cæteris suffragantibus intersint; & quod de Consanguineis in examine Casinenses Constitutiones Monasteriorum præscribunt, id etiam ad comprofessos extenditur: In promotionibus autem ad Abbatiam & Prioratum liceat pro bono dictæ Congregationis tempus à præfatis Constitutionibus præscriptum, omnium Definitorum consensu dispensare: Monasteriis prætereà vacantibus, usque ad Septuagesimam provideat dicti Ordinis Regimen
1195 in Dietis; à dicto tempore citrà, Definitores Capituli generalis: Præscribatur insuper numerus certus Decanorum, quem augere vel minuere nunquam liceat: Nemo verò ad Decanatum promoveri possit, qui præter vitæ integritatem aliquid etiam ad vulgare specimen prudentiæ non exhibuerit, & doctrinæ congruentis adjumenta non habeat, Casibusque saltem Conscientiæ egregiè instructus non sit, de cujus sufficientia & meritis Visitatores (medio ipsorum juramento) fidem faciant. *Clemens VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 245. *quo incipit* Commissum.

1593. 6. Mar. —— A' membrorum administratione 1197
Decani Casinenses removeantur, nec posthac deputentur, sed in Monasteriis in regulari disciplina pro sui muneris debito exerceantur, iis exceptis, qui ob ætatem vel imbecillitatem ad onera regularia &
1196 ad munera graviora subeunda parum idonei existimantur, quibus hujusmodi administratio demandari poterit cum onere, ut iis eam regularis disciplinæ observantiam curent exerceri, quæ Constitutionibus Casinensibus præscribitur: Priores deinde Claustrales & Decani ab officiis & dignitatibus ea etiam una ratione removeantur, quod disciplinæ regulari nec ipsi incumbunt, & alios ad eam amplectendam excitare negligant; ideoque quotannis in Capitulo

generali subiiciantur electionis judicio, & pro singulis suffragia ferantur, ac si nunquam antea fuissent electi, ut eo pacto in officio retineantur: In omnibus itidem Monasteriis Casinensibus par modus ac forma vivendi servetur, ut in regulari disciplina æqualiter Monachi exerceantur ad Regulæ & Constitutionum præscriptum; quod si in communibus Regulis ex causa aliqua videatur ex parte dispensandum esse, id singulis annis auctoritate Definitorum Capituli generalis dumtaxat fieri possit, habita ratione tum Locorum tum Personarum indigentiæ, & cum magno moderamine, prout iisdem Definitoribus expedire videbitur: Abbates autem, qui Definitorum præscriptum immutare auferint, & in curanda disciplina regulari admodum negligentes aut dissimulantes deprehensi fuerint, hac una de causa arbitrio Casinensis Regiminis suspendi ac etiam à titulo & administratione removeri possint. *Clemens VIII. apud* eundem, *ibidem*.

1593. 6. Mar. —— Monachi Congregationis Casinensis non mutentur in posterum, nisi per consensum Præsidentis aut Visitatorum in actu Visitationis ad præscriptum Constitutionum Casinensium, cognita & expressa causa, exceptis Officialibus & iis quos pro bono dictæ Congregationis Regimen judicaverit esse mutandos: Expensæ autem mutationum pertineant ad Monasteria, è quibus discedunt Monachi; quare mutatis Fratribus, eorundem Monasteriorum Superiores quamprimùm necessaria subministrent, & itineris viam litteris patentibus præscribant, à qua non liceat deflectere, sub pœna privationis quorumcunque Officiorum ac Dignitatum & vocis activæ & passivæ ac etiam Carceris, arbitrio ejusdem Regiminis, pro qualitate culpæ: Si qui verò Monachi ob petulantiam & depravatos mores à Prælatis omnibus recusentur, in Carcerem recludantur, donec resipiscant & emendentur, & quousque inveniant benevolos receptores: Non permittant Prælati Casinenses sub pœna privationis 1198

quo-

quorumcunque Officiorum & munerum ac vocis activæ & passivæ, ut quovis colore Animarum Curam exerceant Monachi, nec Sæcularium & Affinium aut Consanguineorum negotia tractent sine expressa licentia Definitorum Capituli generalis, re benè cognita & maturè examinata, & maximè ne eorum causa coram Judicibus compareant, ut omnis vagationi & proprietati occasio præcludatur: In administratione autem rerum temporalium ea cautio adhibeatur, ne Prælati ipsi per se eam exerceant, sed per Cellerarios à Definitoribus vel Ordinis Regimine deputatos. *Clemens VIII. apud* eundem, *ibidem*.

1593. 6. Mar. —— Pecuniæ omnes quacunque ex causa ad Monasterium Casinensis Congregationis provenientes deponantur penes Monachum à Definitoribus vel hujusmodi Ordinis Regimine eligendum, aut apud probatum & fidelem Telonarium, cujus ea præcipuè cura sit, eas diligenter describere: earum certè ne obulum quidem expendat aut alicui quovis prætextu mutuet, nisi de mandato Cellerarii, & hujusmodi mandata in præparato codice describantur & manu ipsius Cellerarii subscribantur, expressa in iis summa pecuniæ, cui & qua de causa sit persolvenda: Rationes dati & accepti, creditæ ac debitæ pecuniæ juxta Ordinis Constitutiones reddantur, quibus Prælatus & Prior ac Cellerarius & Decani non solùm subscribant, sed etiam juramento confirment veras esse & nihil fraudis continere: quod si qui defraudasse inventi fuerint & veritatem proventuum & expensarum non expressisse, ab officiis & dignitatibus ac administrationibus sine ulla provocatione removeantur, & insuper tanquam perjuri puniantur: Eligantur quoque in Capitulo generali à Definitoribus tres, qui rationes proventuum & expensarum singulorum Monasteriorum exactissimè videant & examinent, & ea omnia exequantur quæ in hac parte per Ordinis Constitutiones Auditoribus Causarum sunt commissa:

Ne autem Monasteriorum redditus & fructus in alios, quàm par sit, usus convertantur, munera & largitiones prohibentur, exceptis iis minusculis quæ in esculentis modici valoris ad comparandam Monasteriis benevolentiam certis quibusdam temporibus fiunt: Invitationes quoque sumptuosæ penitus eradicentur, *Clemens VIII. apud* eundem, *ibidem*.

1593. 10. Mar. —— Confessarii Regulares exempti sunt à Monasterii & Religionis oneribus pro eo tempore dumtaxat, quo Confessiones excipiunt, prout declaravit *Gongregat. Episcopor. & Regular. apud* Barbos. *in Concil. sess. 25. de Regular. & Monial. cap. 10. num. 15.* ex Sel. *in Select. Canon. cap. 3. num. 16.* & referunt etiam Ascan. Tamburin. *de Jur. Abbatiss. disput. 16. quæsito 1. num. 4.* ac Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 4. tract. 13. quæst. 25.* 1200

1593. 14. Apr. —— Acta in Capitulo generali Mantuæ celebrato & in Dieta generali Congregationis Monachorum Eremitarum S. Hieronymi de Observantia sub Regula S. Augustini confirmantur & approbantur, quatenus tamen Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis ac Regularibus Institutis Congregationis præfatæ sint conformia: Reformantur multa circa electionem Præpositi Generalis & aliorum Prælatorum ejusdem Congregationis: Monachi recurrentes ad Personas extra Ordinem pro obtinendis ejusdem Ordinis Dignitatibus vel Officiis, obtentis privantur & ad illa ac alia obtinenda inhabiles declarantur, ac vocis activæ & passivæ eo ipso pœnam incurrunt. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 21. quæ incipit* Quæ ad prosperam. ¶ Plura ad totius hujus Ordinis bonum regimen spectantia, sub viginti septem paragraphis comprehensa reformat idem Pontifex anno 1596. 24. Apr. *ibid. Constit. quæ incipit* Sanctissimus, *post d. Constit. 21.* 1201

1593. 26. Apr. —— Omnia & singula Privilegia Congregationi Clericorum Regularium S. Majoli aliàs de Somascha ac ejus Personis quomodolibet con- 1202

concessa, nec non Constitutiones in universa Congregatione præfata hucusque editæ sed licitæ & honestæ ac Sacris Canonibus & Concilio Tridentino minimè contrariæ perpetuò approbantur & confirmantur: Præpositus Generalis dictæ Congregationis cum voto ejus Consiliariorum à Capitulo generali deputatorum valeat cum quibusvis ejusdem Congregationis professis defectum Natalium patientibus dispensare ad omnes etiam Sacros & Presbyteratus Ordines suscipiendum ac in eis ministrandum & ad quamcunque ipsius Congregationis administrationem vel dignitatem recipiendum; Idem Præpositus Generalis & Visitatores (quoties judicaverint) Orphanotrophia & Loca Puerorum & Puellarum sub cura dictæ Congregationis existentia visitare sine præjudicio jurium Episcopi, & reformanda circa disciplinam & regimen spirituale reformare valeant: Ipsa Congregatio & singula illius Collegia & Loca ac eorum Superiores & alii liberantur ab onere audiendi Confessiones ordinarias quarumcunque Monialium, præterquam Orphanarum, nec non ab omnibus aliis curis servitutem Orphanotrophiorum & Seminariorum ac disciplinæ regularis impedientibus: Liceat quoque dicto Præposito Generali facultatem admittendi ad Professionem cuilibet Præposito vel Rectori inferiori ejusdem Congregationis demandare, servata in reliquis forma Constitutionis Sixti Quinti supra positæ & editæ anno 1587. 26. Novembris. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 22. quæ incipit* Decet, *& habetur etiam in Libro Privileg. d. Relig. pag. mihi* 48. 1200 1201

1593. 21. Maii —— Omnes & singuli Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo, qui ad Personas de gremio dicti Ordinis non existentes pro assequendis Ordinis ejusdem Prælaturis ac dignitatibus & administrationibus recurrerint, vel aliis minimè legitimis & honestis rationibus eas obtinère quæsiverint, aut etiam spontè oblatis & mi- 1203 1201

nimè conquæsitis usi fuerint, ad omnia Officia in ipso Ordine obtinenda perpetuò inhabiles sint, obtentis eo ipso priventur, & sic privati careant voce tam activa quàm passiva: In virtute Sanctæ Obedientiæ ac sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna omnes dicti Ordinis Fratres & Superiores ac Prælati etiam Generalis nullum ad instantiam talium Personarum extra Ordinem existentium ad dictos honores promoveant vel pœnas aliquas remittere audeant. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 23. *quæ incipit* Quoniam, *& refert etiam* Lezana *in Summa quæst. Regular. cap.* 10. *sub numer.* 17. *pag. mihi* 52.

1593. 24. Maii. —— Omnia & singula Privilegia & Indulta Congregationi Monachorum Ordinis S. Benedicti Vallisoletani de Observantia Hispaniarum sub perpetua clausura degentium, ejusque Generali & aliis Abbatibus ac cæteris utriusque sexus Personis & Locis per Romanos Pontifices ac alios quomodolibet concessa vel extensa aut confirmata sive innovata (quatenus sint in usu, & Decretis sacri Concilii Tridentini non adversentur) perpetuò approbat & confirmat, illisque perpetuæ inviolabilis firmitatis robur adiicit *Clemens VIII. apud* Roderic. *in Collect. Privilegior. Regular. tom.* 2. *Bulla* 23. *hujus Pontific. quæ incipit* Cùm inter alios, *pag. mihi* 540. 1204

1593. 26. Maii. —— Regularium Superiores non possunt sibi reservare, nisi omnes & solos vel aliquot ex sequentibus undecim Casibus, quorum I. -- Veneficia, Incantationes, Sortilegia: -- II. Apostasia à Religione, sive habitu dimisso, sive retento, quando eò pervenerit, ut extra sepia Monasterii seu Conventus fiat Egressio: -- III. Nocturna & furtiva è Monasterio seu Conventu egressio, etiam non animo apostatandi facta: -- IV. Proprietas contra votum Paupertatis, quæ sit peccatum mortale: -- V. Juramentum falsum in Judicio regulari seu legitimo: -- VI. Procuratio, auxilium, seu con- 1205

consilium ad Abortum faciendum post animatum fœtum, etiam effectu non secuto: -- VII. Falsificatio manus aut Sigilli Officialium Monasterii aut Conventus: -- VIII. Furtum de rebus Monasterii seu Conventus: -- IX. Lapsus Carnis voluntarius opere consumatus. -- X. Occisio aut vulneratio seu gravis percussio cujusque Personæ: -- XI. Malitiosum impedimentum aut retardatio aut aperitio Litterarum à Superioribus ad inferiores & ab inferioribus ad Superiores. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. post Constit. 28. Urbani VIII.* & referunt etiam Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 246.* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Casus reservati, *pag. mihi 154.* Peyrin. *de Privileg. Regular. pag. 295.* Bissus *in Hierurg. tom. 2. litt. R. num. 189.* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 23. nu. 53. pag. mihi 250.* Potest. *in Exam. Ecclesiast. par. 4. cap. 5. de Ministr. Sacr. Pœnit. num. 3301. pag. 352.* ac etiam Murga *in Tract. de Benefic. Eccles. quæst. 2. num. 572. pag. 199.* nec non Novar. *Commentar. 35. num. 1. par. 2. pag. 283.*

1593. 26. Maii. —— Si quod aliud præterea peccatum grave pro Religionis conservatione aut pro Conscientiæ puritate reservandum fuerit, id non aliter fiat, quàm generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia matura discussione & consensu: Non liceat tamen Regularium Superioribus Confessiones Subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsimet Subditi spontè ac proprio motu id ab eis petierint: Superiores autem in singulis Domibus deputent duos aut plures Confessarios pro Subditorum numero majori vel minori, iique sint docti & prudentes ac charitate præditi, qui à non reservatis eos absolvant, & quibus etiam reservatorum absolutio committatur quando Casus occurrerit, in quo eam debere committere ipse in primis Confessarius judicaverit. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Notandum, quod licèt non sit 1206

neces-

necesse, ut Confessariis assignatis Superior tribuat facultatem absolvendi à reservatis permanenter & habitualiter, ut ostendit Castropal. *par.* 4. *tract.* 23. *pun.* 15. §. 5. *num.* 8. est tamen indubitatum, quod (si velit) possit dare hujusmodi facultatem absque eo quod aliam licentiam debeant pro occasione nata petere à Superiore, prout Bissus *in Hierurg. tom.* 2. *litt. P. num.* 184. §. 22. & 23.

1593. 26. Maii. —— Tam Regularium Superiores pro tempore existentes, quàm Confessarii, qui postea ad Superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissimè, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in Confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur: Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graves quibusdam peccatis etiam non reservatis à Confessariis imponendas, quæ Subditos ab hujusmodi patrandis cohibere possint. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem.* ¶ Notandum primò, quod frangit Sigillum Superior localis alicujus Monasterii, qui dicit Generali seu Provinciali, in ea Domo æpè postulari facultatem absolvendi à peccatis reservatis, ut habet Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 38. *de pœnit. & remiss. num.* 31. *pag. mihi* 167. ¶ Notandum secundò, quod Confessarius cæteroquin debet imponere Pœnitenti satisfactionem proportionatam peccato, juxta vires Pœnitentis & secundùm quod suggesserit prudentia spiritus, ex Concilio Tridentino *sess.* 14. *cap.* 8. nec pro peccatis occultis quantumvis gravibus manifestam pœnitentiam Confessarius imponat, ut ex Rituali Romano ait Campioni *in Instruct. Confessar. par.* 1. *cap.* 7. *num.* 25. 1207

1593. 29. Maii. —— Amoventes & subtrahentes ex Bibliothecis Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo Libros & monumenta sive impressa sive manuscripta, Excommunicationis sententiæ ipso facto incurrendæ (à qua ab alio, quàm à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi non possint) subjacent. *Clemens VIII. apud* Cherubin. 1208

rubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Conſtit.* 24. *quæ incipit* Quæ ad tuenda, §. 1.

1593. 23. Jun. —— Capuccini Galliæ non comprehenduntur in Decreto de acceſſu ad Moniales (de quo ſupra 1590. 7. Maii,) prout cenſuit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Tamburin. *de Jur. Abbatiſſar. diſput.* 25. *quæſito* 4. *num.* 5. *pag. mihi* 160. *ubi etiam quod* neque locum habet dictum Decretum in præfacta Gallia, ubi Moniales Clauſuram non obſervant, & ideo Fratres alloquentes in eo Regno Moniales extra Clauſtra, pœnas non incurrunt, ut declaravit *ead. Congregat.* ex Barboſa *de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 164. 1209

1593. 30. Jun. —— Regularibus nullibi præſcribi poteſt ab Epiſcopo Hora cantandi vel privatim celebrandi Miſſam, ut reſolvit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Concordien.* niſi ex auctoritate Sacræ Congregationis, alternativè, ut vel expectent poſt Miſſam Parochialem, vel publicent Feſta, Vigilias, Excommunicationes, & Matrimonia, prout inſtabit, ſeu ſignificabit Parochus, *ex ead. Congregat. in una Minimorum Mantuæ* 1643. 4. *Dec.* & *in altera S. Ambroſii* 1642. 9. *Maii, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Miſſa, *num.* 30. 1210

1593. 5. Jul. —— In Ordine Fratrum Eremitarum S. Augiſtini duo ex ejuſdem Ordinis Patribus in Prioris Generalis Aſſiſtentes perpetuò deputari debeant in Capitulo generali; eorum verò alter Citramontanus & alter Ultramontanus ac uterque Sacræ Theologiæ Magiſter & Sacerdos ac in quadrageſimo ſaltem ætatis ſuæ anno conſtitutus, quorum conſilio dictus Prior Generalis aſſiduè utatur, ipſique Aſſiſtentes in decernendis Ordinis negotiis perpetuò eidem aſſiſtant & illum comitentur quocunque jerit: Eorum officium ad ſexennium duret, quo finito alii duo in dicto Capitulo eligantur, ſed ſi intra ſexennium alter deceſſerit vel ejus officium vacare contigerit, ejus ſubrogatio uſque ad futurum Capitulum ad Papam ſpectet: Durante horum officio, 1211

ficio, subjecti sint Sedi Apostolicæ, & si crimen aliquod comiserint, Processus informativus à Priore Generali de licentia Cardinalis Protectoris factus ad Romanum Pontificem transmittatur: Exacto verò officio, remaneant immediatè subjecti Priori Generali: In negotiis Ordinis votum habeant consultivum, & pro illorum expeditione Prior Generalis bis in Hebdomada ipsis Assistentibus negotia hujusmodi communicet & eorum consilium super illis requirat: In quibusdam tamen gravioribus casibus, veluti in Vicarii Generalis nominatione, Provincialium privatione, aut Legum & Statutorum ac Decretorum ad totum Ordinem spectantium promulgatione, in Commissariis Generalibus alicubi instituendis, Visitatoribus Provinciarum deputandis, pœna triremium & carceris ultra annum aut exilii ultra biennium irroganda, aut vocis activæ & passivæ privatione, aliisque similibus, si Assistentes prædicti fuerint concordes & in voto contrario Prioris Generalis, tunc sine retardatione executionis voti ipsius Prioris Generalis, cognitio ejus rei ad Sedem Apostolicam devolvatur: Si verò contingat vota esse diversa, tunc ea sententia præferatur, quæ à Generali magis probabitur. *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* De prospera, *inserta in confirmatoria edita à Paulo V. anno 1614. 27. Nov. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 93. quæ incipit* Provisionis.

1593. 5. Jul. —— Dicti duo Assistentes Priori Generali Fratrum Eremitarum S. Augustini assignati, dum eo munere funguntur, in quibuscunque locis & actibus ejusdem Ordinis locum habeant immediatè, præsente Priore Generali, ante omnes alios Priores Provinciales & etiam Procuratorem Generalem Ordinis: absente verò Priore Generali, locum habeant post ipsum Generalem Procuratorem, sed ante omnes alios habere debeant: *finito verò officio*, habeant locum immediatè post Assistentes pro tempore existentes: Eisdem denique Assi- 1212

stenti-

stentibus, dum in officio fuerint, congrua ad eorum sustentationem stipendia ex communibus Provinciarum & Domorum Ordinis redditibus per Cardinalem Protectorem & Priorem Generalem Ordinis prædicti stabiliendis assignari debeant, & per eos exigi ac in eorum usus & utilitatem converti possint. *Clemens VIII. apud* eundem, *ibidem*. ¶ Clausula suprapositа, *finitò verò officio*, intelligenda est ut post sexennium, finito eorum officio, præcedere debeant omnes & quoscunque Fratres, exceptis Priore Generali ab ejus officio absoluto, Procuratore totius Ordinis suum officium actu exercente, Provincialibus in sua Provincia cum effectu existentibus, Diffinitoribus actu in suo Diffinitorio permanentibus, ac Prioribus localibus Conventuum generalium Priorales actus in suo Conventu pertractantibus: Stipendia verò ea lege & hac conditione exigi possint ac in suos usus & utilitatem converti, dicto sexennio durante, dummodo eorum officio finito, in Capitulo generali de habitis & receptis ac expensis per eos factis fidelem computum reddant dicti Assistentes, cum reliquorum satisfactione & effectuali consignatione eorum, quæ supererunt, ut declaravit dictus Clemens VIII. vivæ vocis oraculo facto Cardinali Saulio ejusdem Ordinis Protectori, anno 1593. 9. Nov. *ibid. Constit. quæ incipit* Cùm aliàs, *post d. Constit.* 93. *Pauli V.* ¶ Tam Pater totius dicti Ordinis Vicarius Apostolicus, quàm Patres Assistentes post abdicationem officiorum, jus habeant ferendi suffragium in Comitiis generalibus, & loco post electos potiantur, ut decrevit Capitulum generale ejusdem Ordinis Recineti celebrato, *anno* 1602. *apud* d. Cherubin. *ibidem*. ¶ Vide infra, 1626. 25. Nov.

1593. 5. Jul. —— Abbas Generalis Reformator declaratur & constituitur Superior ordinarius, immediatus ac verus Prælatus singulorum Monasteriorum utriusque sexus, tam erectorum & unitorum quàm erigendorum & uniendorum Congregationi 1213

Regu-

Regularis Observantiæ S. Bernardi de Ordine Cisterciensi in Regnis Hispaniæ: Prædicta idcircò Monasteria & eorum Bona ac Personæ dicto soli Generali Reformatori subsint, & nulli alteri Ordinario vel Superiori Regulari Prælato, etiam Abbati & Capitulo generali, & ideo ab alterius cujuscunque superioritate & obedientia ac visitatione separat, eidemque Generali Reformatori subiicit *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Vota Fidelium, *apud* Henriqu. *de Privileg. hujus Ordin. Privileg. 56. pag. mihi* 371.

1593. 6. Jul. —— Non potest Episcopus Missam cantare in Ecclesiis Regularium, ipsis invitis, nec eos cogere ad Processiones non generales, prout pro Olivetanis respondit *Congregat. Rit. in Ferrarien. apud* Margarin *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 307. quæ incipit italicè* Illustre, *& quoad primam partem idem referunt* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Functiones Episcopales, *num. 2. in additione*, ac Nicol. *in Flosc. verb.* Missa, *num. 17.* & intelligendum est ubi non est solitum, nam ubi est solitum, potest & Baldachinum erigere, ut patet ex inferius dicendis 1603. 10. Jun. 121

1593. 9. Aug. —— Episcopus Ordinator non potest dispensare super Interstitiis cum non Diœcesano, nisi hoc in Dimissoriis expressè concedatur, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Antonell. *de regim. Eccles. Episc. lib. 2. cap. 3. §. 1. num. 1. ubi tamen quod* cum Regularibus non Prælatus Regularis, sed Episcopus ordinans in hoc dispensat, qui tamen quoad causam dispensationis judicium formare debet ex attestatione Prælati Regularis, *ex plurib. Auctorib. hoc loco citatis.* 1215

1593. 23. Aug. —— Prædicatores à suis Superioribus Regularibus approbati, non possunt ad Examen cogi, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Avenionen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Examen, *num. 10. ubi verb.* Prædicator, *num. 11. ait, quod* Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ 1216

non

non sunt suorum Ordinum, possunt ab Episcopo examinari, *ex ead. Congregat. in Vicentina* 1622. 12. *Jan.* ¶ Vide etiam infra, 1670. 21. Jun.

1593. 23. Aug. —— Nemo admittatur ad alloquendum Moniales, nec ad ingrediendum hujusmodi Monasteriorum Regularibus subjectorum clausuram, absque expressa licentia in scriptis Ordinariorum, præter aliam obtinendam à Superioribus Regularibus, non obstante quacunque Lege vel Statuto aut Consuetudine temporis immemorabilis, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 19. *num.* 9. 1217

1593. 6. Sept. —— Inhonestæ Mulieres prope Conventus Regularium habitantes, sunt expellendæ, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Viterbien.* & antea *in Marsicana* 1588. 14. *Junii*: & idem dicendum, si habitent prope Monasteria Monialium, ut censuit *ead. Congregat. in Ternen.* 1618. 6. *Mar. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 13. *pag. mihi* 90. 1218

1593. 20. Sept. —— Omnia & singula Privilegia Ordini Præmonstratensi Provinciæ Hispaniarum quomodolibet concessa seu communicata & extensa (quatenus sint in usu, & Decretis Concilii Tridentini non adversentur, & non sint revocata) perpetuò approbantur & confirmantur, & de uno Monasterio ad aliud extenduntur: Prædictis denique Monasteriis ejusdem Ordinis & utriusque sexus Indulta spiritualia & temporalia usu recepta & similiter non revocata aut dictis Decretis non adversantia, quibus Congregatio Regularis Observantiæ S. Bernardi Hispaniarum de Ordine Cistercienſi quomodolibet gaudet, concedit & communicat *Clemens VIII. apud* Roderic. *in Collect. Privilegior. Regular. tom.* 2. *Bulla* 20. *hujus Pontific. quæ incipit* Romanus, *pag. mihi* 536. 1219

1593. 22. Oct. —— Cùm Ordinis Fratrum Servorum Beatæ MARIÆ prima institutio in Monte Sena- 1220

Senario prope Florentiam originem duxerit, ibique Conventus tenuis redditus & angustus dudum extructus fuerit ubi ttes soli Fratres dicti Ordinis commorari solent, conceditur facultas augustiorem Domum & Ecclesiam extruendi & illuc septem Fratres professos cum aliquot aliis Fratribus conversis annum vigesimumquintum excedentibus perpetuò introducendi, accedente tamen Ordinarii loci consensu & sine cujusquam præjudicio: Huic Domui seu Conventui conceditur denominatio Sacræ Erèmi de Monte Senario Ordinis Servorum Beatæ MARIÆ, & membrum Conventus Annunciatæ de Florentia dicti Ordinis declaratur, à quo singulis bienniis provideatur de Vicario dictæ Erèmi: Fratres hìc nullo tempore carnibus, sed lacticiniis tantùm vesci possint, secunda & quarta ac sexta feriis totius anni jejnnent, sed in ipsa sexta semper & in reliquis secunda & quarta feriis hujusmodi in Adventu & Quadragesima Jejunium cum pane & aqua tantùm facere teneantur, & sint illis omnia communia: Fratribus hujusmodi in eadem Erèmo pro tempore degentibus victum & vestitum ac alia necessaria subministret dictus Conventus Annunciatæ, cujus Superioribus ac Priori Provinciali Tusciæ & Priori Generali totius Ordinis subsint. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 80. quæ incipit* Decet. ¶ Vide infra, 1600. 29. Dec.

1593. 27. Oct. —— Abbas Commendatarius non utitur Habitu & Insignibus Episcopalibus, prout declaravit *Crngregat. Episcopor. & Regular. in Messanen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Abbas, *numer.* 13. 1221

1593. 27. Oct. —— Monachos Congregationis Casinensis Reliquias Sanctorum in Ecclesiis vel Sacrariis dictæ Congregationis asservatas donare, absque Sedis Apostolicæ assensu, prohibet *Clemens VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Const. 247. quæ incipit Italicè* Molto Reverendo. 1222

1593. 8. Nov. —— Licèt Nuncii Apostolici sint Judices 1223

dices Appellationum pro locis exemptis, non tamen recipere debent Appellationes Regularium, sed relinquere gradatim à suis Superioribus cognoscendas, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Florentina*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Appellatione, *pag. mihi* 24.

1593. 8. Nov. —— Ordinarius non potest præcipere renunciari sibi numerum locorum vacantium in Monasteriis Monialium Regularibus subjectarum, quia in his non potest se ingerere, nisi circa ea quæ respiciunt Clausuram & administrationem Bonorum, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Casalen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Gubernator, *num.* 10. *ubi num.* 11. *ait*, *quod* Ordinarius non potest cedere Regularibus gubernium Monialium sibi commissarum, *ex ead. Congregat. in Silvanecten. anno* 1604. 13. *Jul.* 1224

1593. 1. Dec. —— Regularis deducens intra quinquennium nullitatem Professionis, tenetur eam probare conjunctim coram proprio Superiore Regulari illius Monasterii, in quo Professionem emisit, & coram Ordinario illius Loci, ubi existit Monasterium, ut decisum refert Barbosa *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 17. *num.* 21. *ubi etiam quod* Superior autem, cui commissiones super hujusmodi nullitate ex præscripto Concilii directæ sunt unà cum Ordinario, intelligitur de Superiore Monasterii, non verò Religionis, *ex alia Decisione in Pleten. & Romana* 1629. 7. *Apr.* 1225

1593. 6. Dec. —— Non potest Episcopus ponere Puellas ad explorandam voluntatem in Monasteriis Monialium Regularibus subjectarum, nec aliis licentiam ingressus dare sine consensu Superioris earum, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Rhegien.* & antea *in Pisana* 1582. 22. *Maii*, *ac in Ferrarien.* 1581. 12. *Dec. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 97. *& refert etiam* Nicol. *in Flosc. verb.* 1226

verb. Clauſura, *num.* 16. *ubi num.* 17. *ait, quod* Licentiæ acceſſus vel ingreſſus in Monaſteria Regularibus ſubjecta, Perſonis ſæcularibus dandæ, debent etiam ab Ordinariis ſubſcribi, *ex eod. Congregat.* 1594. 24. *Aug.*

1593. 17. Dec. —— Privilegia Monaſterii Beatæ MARIÆ de Monte Serrato confirmat, eidemque Monaſterio Privilegia Congregationum totius Ordinis S. Benedicti communicat *Clemens VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Caſinen. tom.* 2. *Conſtit.* 568. *qua incipit* Romanus Pontifex.

1593. 20. Dec. —— Fratres Diſcalceati Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo in Regnis Hiſpaniarum exiſtentes jam à Gregorio XIII. (pront ſupra, 1580. 22. Jun.) à Mitigatis ſeparati & in unam Provinciam de per ſe reducti, deinde ob complura Monaſteria & Loca in plures Provincias diſtributi per diſtinctos Provinciales regendas, & in unam Congregationem redacti ab uno Vicario Generali in Capitulo dictæ Congregationis eligendo & Prioris Generalis totius Ordinis officium gerente gubernandam, cum Decreto etiam hujus ſeparationis facto in Capitulo generali totius Ordinis, approbantur & confirmantur & ſub Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipiuntur: Dictus Vicarius Generalis nominetur Præpoſitus Generalis Ordinis Diſcalceatorum per ſexennium duraturus, qui ſex Conſiliarios ſeu Aſſiſtentes habeat cum voto deciſivo: Defuncto vel infirmo aut abſente dicto Præpoſito Generali, fiat electio Vicarii Generalis ex eiſdemmet Conſiliariis ſive Aſſiſtentibus, qui durabit vel uſque ad Capitulum generale intra ſex menſes congregandum, vel donec acceſſerit Præpoſitus Generalis. Omnia denique Privilegia, quibus totus Ordo Carmelitarum gaudet & gaudebit (dummodo primitivæ Regulæ & Ordinis Conſtitutionibus ac Regulari Obſervantiæ non repugnent) eiſdem Diſcalceatis communicat & extendit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Conſtit.* 25. *qua incipit*

cipit Paſtoralis. ¶ Vide infra, 1600. 13. Nov.

1594. 4. Jan. —— Ad Parochum ſpectat decernere viam, per quam exportandus eſt Defunctus uſque ad Portam Eccleſiæ Regularium, in qua eſt ſepeliendus, prout declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Caſtellanen. apud* Barboſ. *de poteſt. Parochi, cap. 26. num. 74.* & referunt etiam Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 4. num. 51. pag. mihi* 333. ac Murga *in tract. de Benefic. Eccleſiaſt. quaſt. 2. ſect. 3. num. 708. pag.* 239. 1229

1594. 10. Jan. —— Poteſt fieri Decretum, ſed ſine adjectione pœnarum, ut Confeſſarii Regulares adhibeant ſaltem Stolam, ut reſpondit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Tranen. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Confeſſarius, *num.* 18. *ubi etiam quod* neque Stolam in caſibus moralis neceſſitatis pro infirmis vel aliis, præſertim extra Eccleſiam adhibendam eſſe dixit diverſis Regularibus *ead. Congregat.* 1642. 11. *Apr. &* 1645. 22. *Sept.* 1230

1594. 17. Jan. —— Eremitæ non ſubſunt Ordinario, ſi vivant in communi, ut reſolvit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Fundana, apud* del Bene *in addit. verb.* Eremitæ, *citatum à* Petra *in Commentar. ad Conſtit. Apoſtolic. tom. 1. Conſtitut. unic. Alexandri II. ſect. 2. num. 4. pag. mihi* 297. *ubi quod* hoc intelligendum, quatenus vivant ſub aliqua Regula approbata à Sede Apoſtolica, & Religio ſit exempta ab Ordinario, ut reſpondit *ead. Congregat. in Aſſiſien.* 1633. 7. *Jan.* 1231

1594. 17. Jan. —— Dicti Eremitæ, ſi deputati ſint certæ Eccleſiæ, uti Perſonæ Eccleſiaſticæ ſubſunt Ordinario, prout expreſsè declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in d. Fundana relata à* del Bene *apud* d. Petram, *ibid. num.* 18. *pag. mihi* 299. *ubi etiam quod* poſſunt tamen deſerere Habitum, & aſſumere Sæcularem; & ſi ſunt Sacerdotes poſſunt induere Sæcularem Presbyteralem, *ex ead. Congregat. in Anglonen.* 1602. 9. *Jun.* 1232

1594. 18. Jan. —— Conſervatoriæ Regularibus con- 1233

cessæ, quas Concilium Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 5. *de reformat.* salvas esse voluit, non sunt sublatæ ex Decreto ejusdem Concilii *cap.* 20. *sess.* 24. prout decisum refert Barbosa *in Concil. loc. cit. num.* 3. ex Aldan. *in Compend. Canon. resolut. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 10.

1594. 11. Febr. —— Si Capella, in qua exercetur Cura Animarum, existat intra Monasterium, tunc jus visitandi datum Ordinario, intelligitur solùm respectu Personarum exercentium Curam Animarum in Capella, non autem quod possit visitare ipsam Capellam, ut dixit *Rota in Civitaten. Visitationis coram* Seraphino, *& antea in iscien. Jurisdictionis coram* Plato, *apud* d. Barbos. *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 11. *num.* 26.

1594. 7. Mar. —— Salarium Organistarum & Lectorum non datur Fratribus, sed Conventui, prout Dominicanis respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Beneventana, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Pauper, *num.* 2 *ubi num.* 3. *ait, quod* ususfructus Fratri relictus acquiritur Monasterio, quod necessaria subministrare debet Religioso, *ex ead. Congregat. in una Conventualium* 1602. 4. *Sept.* Dispensatur tamen cum Religiosis Religionis Militaris vel Hospitalariæ, ut frui possint usufructu Bonorum quæ per ipsos obvenirent Religioni, secundùm eorum usum, *ex eod. Congregat. in Burgen.* 1594. 6. *Dec.*

1594. 21. Mar. —— Monaci Olivetani alicujus Monasterii, cui reperitur annexa quædam Ecclesia Sæcularis simplex, non tenentur ad Synodum accedere, nec aliquem eorum nomine mittere: Sed si Ecclesia est Parochialis, ille accedere tenetur, qui Curam exercet, ut declaravit *Congregat. Concil. in Bituntina, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignal. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 277.

1594. 23. Mar. —— In alienatione Bonorum ad Monasterium spectantium requiritur consensus Conventus vel Congregationis generalis, ut dixit *Rota in Romana Casalis coram* Seraphino, *apud* d. Pascucc. *in d.*

in d. Compend. par. 1. *tit.* de Alienatione rerum Ecclesiasticarum, *pag. mihi* 17.

1594. 25. Mar. —— Ubi adest Vicarius perpetuus, onera Parochialia spectant ad illum, nulla ex parte ad Ecclesiam vel Monasterium seu Locum pium, quibus unita est Parochialis, ut pro Monachis Montis Cassini declaravit *Congregat. Concil. in Capuana, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 23. *num.* 7. & refert resolutum *in Eugubina* Barbosa *in Collect. ad Concil. Trident. sess.* 7. *cap.* 7. *num.* 34. ex Aldan. *in Compend. Canonic. resolut. lib.* 3. *tit.* 2. *nu.* 20. 1238

1594. 30. Mar. —— Ad contribuendum Seminario Ordinarii cogi non debet Abbas, qui in suo Territorio & Jurisdictione prius Seminarium proprium erexerat & provisum retinebat, prout resolvit *Congregat. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatell. par.* 2. *tit.* de Seminario, *pag. mihi* 387. *& refert etiam* Barbosa *in Sum. Apostolic. Decis. verb. Abbas, num.* 7. ex Sel. *in Select. Canon. cap.* 10. *num.* 7. 1239

1594. 31. Mar. —— Præposito & Religiosis de Congregatione Clericorum Ministrantium Infirmis perpetuò conceditur, ut in qualibet eorum Domo ubicunque locorum existente, tres ex antiquioribus Patribus à Capitulo Conventuali deputari possint, qui eandem facultatem & potestatem habeant in admittendis Novitiis, quæ commissa fuit Capitulis Generalibus & Provincialibus & aliis deputandis juxta Constitutiones Sixti Quinti supra positas & editas 1587. 26. Nov. & 1588. 21. Octobris, dummodo in reliquis earundem Constitutionum formam servent. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 121. *quæ incipit* Assidua. ¶ Vide tamen infra, 1600. 29. Dec. 1240

1594. 17. Apr. —— Sanctum Hyacinthum Polonum, Professorem Ordinis Prædicatorum S. Dominici in numerum Sanctorum Confessorum refert, ejusque Festum die decima sexta Augusti celebrari jubet *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom.* 1241

tom. 3. Constitut. 27. qua incipit Benedictus, *& refert etiam* Roderic. *in Collect. Privilegior. Regular. tom. 2. Bulla 24. hujus Pontific. pag. mihi 541.*

1594. 28. Apr. —— Abbas habens Jura Episcopalia, exercet jurisdictionem pro suo Territorio etiam posito intra limites Diœcesis Episcopalis, Gemin. *in cap. cùm Episcopus, num. 4. de offic. Ordin. in 6.* ut dixit *Rota in Burgen. Jurisdictionis S. Joannis ad Monasterium pertinentis coram* Orano, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, decis. 42. num. 2. pag. mihi 327.* 1241

1594. 9. Maii. —— Si Abbas ex consuetudine concedit litteras dimissoriales, ei non obstat Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 10. de reform.* cum hujusmodi consuetudo censeatur confirmata, uti consuetudo tribuens jurisdictionem, non autem exemptionem: nec ideo obstat *cap. cùm nullus, de temporib. Ordinat. in 6.* non enim hoc jus ita Episcopo vel Episcopali Dignitati competit exclusivè ad alios, ut non possit consuetudine præscripta induci, ut tradit Gloss. *ibid. in verb. Indultum*, prout dixit *Rota in Salmanticen. Jurisdictionis coram* Seraphino, *apud* d. Tamburin. *ibid. decis. 117. num. 5. pag. mihi 412.* 1242

1594. 13. Jun. —— Censetur legitimè ac simpliciter approbatus ille Regularis, quem Examinatores, quod ipsis esset cognitus, noluerunt examinare, ideoque non potest amplius sub illo Episcopo examinari, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. num. 10. vers.* Et nota, *pag. mihi 163.* 1243

1594. 19. Jun. —— Universis & singulis cujuscunque Ordinis Bona immobilia & redditus certos possidentis (non tamen Militiæ) Regularibus Personis utriusque sexus interdicitur omnis & quæcunque largitio & missio munerum, & ideo nemo unquam quovis modo, nisi in generali Capitulo aut alia generali Congregatione re maturè discussa unanimi consensu omnium & Superiorum permissu causa approbata fuerit, quidquam tale attentare valeat: Excipiun- 1244

cipiuntur tamen leviora esculenta aut poculenta seu ad devotionem vel religionem pertinentia munuscula, communi tantùm & non particulari nomine (ubi Superiori de consensu Conventus videbitur) tradenda; neque quispiam ab hac generali prohibitione se excusare valeat, etiamsi munera miserit cuivis Personæ Laicæ vel Ecclesiasticæ cujuscunque dignitatis, etiam proprio loci Ordinario, etiam ex occasione benedictionis vel susceptionis Habitus Regularis, aut Tonsuræ, vel Professionis Monialium tam sibi subditarum quàm non subditarum, aut ipsi etiam proprio Ordinis Protectori vel Provinciali aut cuivis Regulari Superiori, ita ut inter ipsos quoque Religiosos quæcunque largitio munerum (nisi rerum minimarum, & de licentia expressa & in scriptis Superiorum) sit penitus interdicta. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom* 3. *Constit.* 28. *quæ incipit* Religiosæ, *& referunt etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Munerum largitio, *pag. mihi* 261. Tamburin. *de Jure Abbatissar. disput.* 9. *quæsito* 1. *num.* 1. *pag.* 53. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 15. *in principio*, Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *post Constit.* 323. Novar. *Comment.* 90. *num.* 1. *par.* 2. *pag.* 402. Lezana *tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 54. *pag.* 152. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice*, *pag.* 403. ¶ Vide tamen infra, 1640. 16. Oct. ubi & hæc Constitutio mandatur legenda à Regularibus.

1594. 19. Jun. —— Nunquam Regularibus liceat 1246
ullas pecunias erogare in alicujus etiam Benefactoris aut Protectoris vel Ordinarii honorem etiam ratione transitus vel primi Ingressus, seu pro prædictis lautè & opiparè excipiendis, seu pro quibusvis Conviviis cuivis exhibendis, vel pro comessationibus aut compotationibus cuicunque Personæ tam ejusdem Ordinis quàm extranei largiendis, nisi sumptus fiant pro Divino cultu & veris Christi pauperibus de consilio & consensu Superiorum sublevandis, aut in rebus licitis & per Capitulum Generale aut Provincia-

vinciale non prohibitis vel taxam ibi forsan præscriptam non excedentibus: Hospitalitas tamen erga pauperes & peregrinos non prohibetur, præsertim in locis desertis: Si quos verò ditiores occasione transitus vel ex devotionis aut necessitatis causa eò divertere contigerit, eos sanè decèret Refectorio cummuni cum Religiosis, mensaque & ferculis communibus nequaquàm distinctis à cæteris contentos esse: verùm omnino ipsi Religiosi in hospitibus hujusmodi potentioribus excipiendis ita se gerant, ut in eis frugalitas & paupertas religiosa prorsus eluceat: Recipientes aliquid contra hanc prohibitionem, ipso facto teneantur ad restitutionem non Religioso donanti sed Monasterio faciendam, aliter neque etiam in foro conscientiæ absolvi possint: Si quis autem Regularis fuerit transgressor, omnibus per eum obtentis dignitatibus & officiis eo ipso privatus, & ad illa ac alia obtinenda perpetuò inhabilis, ac perpetua infamia & ignominia notatus existat, & præterea privationem vocis activæ & passivæ ipso facto incurrat, nec non tanquàm contra furti & Simoniæ reum procedi & inquiri ac condignis suppliciis affici debeat, pœnis aliis à Jure statutis vel per Constitutiones Apostolicas aut cujusvis Ordinis Statuta contra aliquid præmissorum committentes forsam inflictis in suo robore permansuris. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1594. 28. Jun. —— Ex pluribus enunciativis Privilegiorum antiquorum probatur, Prioratum esse Membrum Monasterii, & sic Abbatem dicti Monasterii videri habere fundatam suam intentionem respectu collationis illius Prioratus, & non Episcopum: & enunciativæ duæ antiquæ habent vim famæ, ut dixit *Rota in Parmensi Prioratus S. Jacobi coram* Litta, *apud* Murga *in tract. de Benefic. Ecclesiast. quæst. 4. num. 219. pag. mihi 643.* 1247

1594. 3. Aug. —— Abbates & Priores Camaldulenses electi tantummodò & nominati, licèt munus Benedictionis non sit eis impensum, possint liberè & li- 1248

& licitè quatuor minores Ordines suis Subditis Regularibus conferre juxta Decreta Concilii Tridentini, prout quatenus opus sit & pro majori cautela eisdem Abbatibus & Prioribus sic electis & nominatis Ordines prædictos eisdem Subditis conferendi facultatem concedit *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Officii nostri, *ut habetur in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi* 111. ¶ Vide supra 1584. 7. Jan.

1594. 9. Aug. —— Si reperiretur alicubi introducta aliqua Puella educationis gratia absque licentia Sacræ Congregationis, Superior aut Episcopus, qui id permiserit, esset incursus Excommunicationem, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Pragen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 11. *num.* 17. 1249

1594. 24. Aug. —— Moniales Regularibus licèt subjectas alloqui (multò minus in Clausuram ingredi) nemo potest sine licentia etiam Episcopi vel ejus Deputati, qui cum earum Vicario seu Confessario licentias subscribat, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Monialis, *numer.* 28. 1250

1594. 12. Sept. —— Regulares incedentes per Civitatem & Loca sine Socio vel de nocte aut indecenter vestiti & sine debita modestia religiosa, possunt per Episcopum in Carceribus mancipari tanquàm delinquentes extra Claustra, servata tamen forma Concilii Tridentini *sess.* 25. *cap.* 14. *de Regular.* ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Ravenaten.* & antea *in Andrien.* 1584. 15. *Dec. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *num.* 13. 1251

1594. 6. Oct. —— Professionem Clericorum Regularium Congregationis de Somascha in manu Delegati à Præposito Generali vel Vicario Generali ejusdem Congregationis emissam, validam declarat *Clemens VIII. in Constitut. quæ incipit* Romanus Pontifex, *in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi* 57. 1252

17. Oct.

1594. 17. Oct. —— Si facta à Novitio renunciatione cum debitis ſolemnitatibus, & aliquo caſu deinde Profeſſio dilatetur, adhuc tamen renunciatio valida erit, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 1. circa Conſtit. 2. Sixti IV. §. 11. num. 80. pag. mihi* 25. 1253

1594. 8. Nov. —— Plures Ordinationes pro bono regimine Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum pro electione Magiſtri Generalis in Capitulo generali ejuſdem Ordinis præfinitas & ſub viginti quatuor paraphis comprehenſas confirmat *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit.* 30. *quæ incipit* Iis, quæ. ¶ Alias Ordinationes pro dicto bono regimine ejuſdem Religionis viginti octo paragraphis contentas & in eodem Capitulo ſtabilitas approbat idem Pontifex anno 1600. 10. Mar. *ibid. Conſtitut.* 68. *quæ incipit* Ex Paſtoralis. ¶ Nonnulla quoque alia Statuta à dicto Ordine edita & reformationem concernentia, ſub quadraginta duobus paragraphis extenſa, inviolabiliter obſervanda ſtatuit idem Pontifex anno 1604. 25. Octobr. *ibid. Conſtitut.* 112. *quæ incipit* Decet. 1254

1594. 12. Nov. —— Poſſunt Epiſcopi prohibere, ne Regulares permittant Sacerdotes exteros in eorum Eccleſiis celebrare, niſi ab eiſdem Epiſcopis, viſis litteris commendatitiis ſeu teſtimonialibus, admiſſi fuerint, prout decrevit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Eloſcul. verb.* Regularis, *num.* 26. 1255

1594. 28. Nov. —— In Parochialibus & Regularibus Eccleſiis Tabernaculum Ss. SACRAMENTI debet eſſe in Altari majori regulariter tanquam digniori, prout cenſuit & reſpondit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. in Caſertana*, & antea *in Lucen.* 1579. 10. *Febr. apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom* 3. *circa Conſtitut.* 1. *Urbani IV. ſect. unic. ſub num.* 16. *pag. mihi* 300. 1256

28. Feb.

1253 1595. 28. Febr. —— Cùm in Constitutione Sixti 1257
Quinti (de qua supra 1588. 5. Jan.) nihil ferè disponatur quoad ea, quæ in Ordinum collatione servanda sunt, ultra id quod in Sacris Canonibus & in Concilio Tridentino ac Constitutionibus Pontificiis dispositum fuit, sed diversæ pœnæ & Censuræ Ecclesiasticæ contra Episcopos & alios Prælatos in
1254 Ordinum collatione peccantes & contra Clericos Sæculares & cujusvis Ordinis & Militiæ Regulares malè promotos constituantur, & absolutio ac dispensatio Sedi Apostolicæ reservetur, nonnullique ex Prælatis & Episcopis in conferendis hujusmodi Ordinibus nimis scrupulosè procedant, imo multi metu pœnarum & Censurarum præfatarum ab Ordinum collatione prorsus deterreantur, ideo prædicta Sixti Quinti Constitutio ad terminos Sacrorum Canonum ac Constitutionis Pii Secundi (*in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 7. edita* 1461. 27. *Nov. & incipit* Cùm ex Sacrorum Ordinum) & ad dispositionem Concilii Tridentini restringitur & reducitur, nec non Censuras & pœnas in dicta Constitutione Sixti Quinti contra quoscunque (præterquàm contra Simoniacè ordinantes & ordinatos) inflictas moderatur & abolet *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit.* 40. *quæ incipit* Romanum, *& referunt etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Ordo, *pag. mihi* 387. Confett. *de Privileg. Regular. pag.* 230. Roderic. *de Regular. Bulla* 21. *pag.* 537. Barbosa
1255 *de poiest. Episc. tom. 2. in fine, pag.* 67. ac Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 2. disput. 2. quæsito* 13. *numer.* 22. *pag.* 21.

1256 1595. 2. Maii. —— Episcopus tanquam Sedis Apo- 1258
stolicæ Delegatus potest visitare Ecclesias Parochiales Monasterio Canonicorum Regularium unitas, licèt Generalis habeat in eo loco Sedem ordinariam principalem, prout decisum refert Barbosa *de Jure Eccles. lib. 1. cap.* 14. *num.* 21. & Crispin. *in tract. de Visitat. Pastor. par. 1. §.* 13. *num.* 21.

1595. 8. Maii. —— Religiosi unius Religionis non 1259
possunt

possunt vestire Habitum adeo similem Habitui alterius Religionis, ut difficulter possint recognosci, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Mileten. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. num. 1. pag. mihi 107. ubi etiam quod* Superiores Regularium non debent uti Habitu diverso à privatis Religiosis, *ex ead. Congregat. in una Religiosorum de Mercede 1651. 21. Apr.*

1595. 9. Maii. —— Regulares degentes extra Claustra subjecti sunt Ordinario, nisi missi fuissent à Superioribus pro auxilio Religionis, nam Missionarii censentur vivere intra Claustra, si à Prælatis suis deputati, sub obedientia proprii Provincialis vivant, ac propterea non sunt ab Ordinario molestandi, nisi in casibus à Concilio reservatis, dummodo quolibet anno coram sui Superioribus se præsentent & innovationem licentiarum obtineant. *Clemens VIII. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Obedientia, *num. 2.* 1260

1595. 14. Jun. —— Nulli Religiosorum Societatis JESU liceat facultatibus Cruciatæ Sanctæ in quacunque Mundi parte publicatæ vel publicandæ, quoad eligendum Confessarium & obtinendam absolutionem à Casibus reservatis uti, nec eis quoad hanc facultatem eligendi Confessarium & obtinendi absolutionem prædictam suffragari Cruciatam hujusmodi intelligit *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Romanns, *in Corpore Institutor. d. Societ. tom. 1. pag. mihi 159.* ¶ Vide infra 1630. 19. Jun. 1261

1595. 21. Jun. —— Curati Regulares debent habere Socium Regularem in Domo Parochiali, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Parochorum munera, *num. 30. & refert etiam* Engel. *in Manuali Parochor. par. 2. cap. 3. num 7. ad II.* 1262

1595. 22. Jun. —— Superiori Monasterii, qui Lectori Regulari Theologo subministrat in casu defi-cientiæ Clerici Sæcularis idonei, debentur tantùm duæ ex tribus partibus Distributionum quotidianarum 1263

rum Canonicatus pro Theologo erecti, cùm in hujusmodi Distributionibus omnes redditus consistant, dimissa tertia parte etiam illarum horarum & dierum quibus legit, eaque inservientibus accrescat: Portionem verò Distributionum ex Punctaturis provenientium soli Canonici Divinis interessentes percipere debeant, non autem Superior ejusdem Monasterii, ut rescripsit *Congregatio Concil. in Beneventana, apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 4. circa Constit. 2. Innocentii VI. sub num. 38. pag. mihi* 253. ¶ Vide infra, 1623. 7. Jan.

1595. 23. Jun. —— Monasterii appellatione veniunt Domus cum Horto & cæteris quæ intra septa ejusdem Monasterii consistunt. Gloss. *in cap. 1. in verb. exemptio, de privileg. in 6.* Bart. *in l. quis sit fugitivus, §. apud Ecclesiam, ff. de ædil. edict.* ut dixit *Rota in Portugallien. Unionis coram* Pamphilio, *apud* Tamburin. *de Jur. Abbat. in fine 3. tomi, decis. 11. numer. 5. pag. mihi* 286. 1267

1595. 26. Jun. —— Possunt Judices Ecclesiastici procedere simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura judicii in Causis Capuccinorum, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Messanen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 2. tit. 1. de Judiciis, num. 12. pag. mihi* 59. 1268

1595. 13. Oct. —— Quando Parochialis Ecclesia subjecta est Monasterio aut annexa vel de ejus Mensa, tunc Monasterium nominat Rectorem, Episcopus verò confirmat, & sic non requiritur Concursus, juxta tradita *in cap. 1. de Capell. Monach. in cap. Monachis, de præben.* ut dixit *Rota in Tiraſonen. Juris præsentandi coram* Litta, *& antea in ead.* 1588. 13. *Maii coram* Bubalo, *apud* Corrad. *in Prax. Benefic. lib. 3. cap. 3. num. 5. vers.* Duodecimus Casus. 1266

1595. 17. Oct. —— Fratribus Ordinis S. Francisci conceditur, ut præter Festa Sanctorum ejusdem Ordinis, Francisci nimirùm, Bonaventuræ, Antonii de Padua, Ludovici, Bernardini, Claræ, Elisabeth, ac Martyrum à diversis Romanis Pontificibus 1269

cibus conceſſa celebrari ritu ſolemni temporibus Interdicti quacunque etiam Apoſtolica authoritate appoſiti, poſſint etiam celebrare in quacunque ejuſdem Ordinis Eccleſia, etiam S. Didaci & Portiunculæ temporibus Interdicti ſolemniter, prout alia prædicta Feſta. *Clemens VIII. in Conſtit. quæ incipit* Sacræ, *apud* Roderic. *in Collect. Privilegior. Regular. tom. 2. Bulla 4. hujus Pontific. pag.* 524 Murga *diſquiſ. moral. tom. 2. diſquiſ. 4. num. 35. pag. mihi* 184. ex Emmanuel. *in quæſt. tom. 2. quæſt.* 112. *art. 2.* & ex eo Petra *in Commentar. ad Conſtit. Apoſtolic. tom. 2. Conſtit. 2. Anaſtaſii IV. ſect. 3. numer. 10. pag. 67.* & refert etiam Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 7. num. 17. pag.* 85.

1595. 18. Dec. —— Nemo ſub Excommunicationis majoris latæ ſententiæ pœna (reſervata Papæ abſolutione) præſumat contra aliquos Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani Milites ac Religioſos, Donatos, Familiares, Servitores, nec non Presbyteros ſæculares eorum Eccleſiis inſervientes, & alias quaſvis Perſonas dicti Hoſpitalis declaratoriam aliquam ſententiam ferre, quod Aſſaſſinii crimen commiſerint, neque ad pœnarum executionem devenire, niſi prius per eorum Superiores, adjuncto ſibi loci Epiſcopo, declaratum fuerit eos tale Aſſaſſinium commiſiſſe. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom 3. Conſtit. 37. quæ incipit* Æqua. 1268

1595. 20. Dec. —— Omnia & ſingula Privilegia cum Conſervatoriis & aliis Gratiis etiam per modum communicationis & extenſionis inter ſe & cum aliis Mendicantibus & non Mendicantibus quomodolibet tam Fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ quàm S. Claræ & Tertio de Pœnitentia in communione & ſub tribus Votis eſſentialibus viventium Ordinibus conceſſa (dummodo Concilio Tridentino & Decretis Fratrum Reformatorum non adverſentur) confirmat & approbat *Clemens VIII. apud* d. Cherubin. *ibid. Conſtit. 51. quæ incipit* Ratio, & *refert etiam* Conſettius *de Privileg. Regul. pag. mihi* 237. 1269

31. Jan.

1596. 31. Jan. —— Collationem Prioratus seu Ecclesiæ Curatæ de Juribus Monasterii S. Joannis Evangelistæ Parmensis ad Abbatem ejusdem Monasterii spectare, non autem ad Episcopum Parmensem, ex Decisione à se facta decernit *Rota in Parmen. Prioratus coram* Pamphilio, *apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Const. 460.* 1270

1596. 10. Febr. —— Omnia & singula Pontificalia universis Ecclesiis, Monasteriis, Conventibus, Militiis, Ordinibus, & omnibus etiam Abbatibus, ac aliis Ecclesiarum Prælatis & Personis Ecclesiasticis etiam utriusque sexus Regularibus concessa prohibentur, & nuper reformatum Pontificale nunquam immutandum ubique recipi & observari præcipit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 38. quæ incipit* Ex quo, *& meminit etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 21. quæsito 11. num. 2. pag. mihi 316.* 1271

1596. 13. Febr. —— Ubi adest consuetudo, ut omnes Causæ tam activæ quàm passivæ Ecclesiasticorum, Monasteriorum, Confraternitatum, & aliorum Piorum Locorum cognoscantur tantùm in Foro Ecclesiastico, Appellationes deferantur ad Ecclesiastica Tribunalia superiora, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Perusina, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 2. tit. 28. de Appellationibus, num. 2. pag. mihi 73.* 1272

1596. 23. Febr. —— Omnibus & singulis cujuscunque Ordinis & Instituti Regularium etiam Mendicantium Superioribus in virtute sanctæ Obedientiæ & sub indignationis Papæ ac privationis dignitatum & officiorum per eos obtentorum eo ipso incurrendis pœnis præcipitur, ut juxta Decretum Concilii Tridentini *sess. 25. cap. 4. de Regular.* ipsorum quilibet Regularem non subditum Episcopo intra Claustra degentem & extra ea ita notoriè delinquentem ut Populo scandalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum severè puniat ac de punitione Episcopum certiorem faciat, & aliàs De- 1273

cre-

eretum ipsum in omnibus & per omnia exequatur : Cæterùm si Superior in Regularem delinquentem non animadverterit, quinimmo si illum impunitum ad alia suorum Ordinum Loca extra Episcopi Diœcesim transmiserit, Superior instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo præfigendum & sub eisdem indignationis Papæ ac privarionis prædictæ & sub inhabilitatis ad illa & alia obtinenda ac ulterius privationis activæ & passivæ vocis (reservata Papæ restitutione) ipso facto similiter incurrendis pœnis, ipsum Regularem delinquentem à Loco ad quem transmissus fuerit revocare, & in quo deliquit constituere teneatur : Quod si hoc etiam facere prætermiserit, Ordinarius Loci ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario Loci in quo deliquit, similiter requisitus vel aliàs de illius delicto informatus, tanquàm Sedis Apostolicæ Delegatus prædictum Concilii Decretum omnino exequi & in Regularem delinquentem animadvertere possit & debeat. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 39. quæ incipit* Suscepti, *& refert etiam* Confett. *de Privileg. Regular. pag. mihi* 228. necnon Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *dispu.* 15. *quæsito* 7. *num.* 7. *pag. mihi* 137. ac Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 13. *quæst.* 63. *numer.* 1. ¶ Vide etiam infra, 1607. 24. Aug.

1596. 12. Mar. —— Omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, cæterisque Superioribus Conventuum intra Italiæ & Insularum adjacentium fines existentium quibuscunque & quorumcunque Ordinum Mendicantium præcipitur, ut de cætero neminem sub quovis prætextu aut colore ad Habitum Regularem admittant, nisi in Conventibus auctoritate Papæ in unaquaque Provincia designandis : & donec ejusmodi Conventus designentur, à receptione quorumcunque Novitiorum sive ad Habitum sive ad Professionem omnino abstineant, sub pœna ipso facto incurrenda privarionis 1171

offi-

officiorum obtentorum & perpetuæ inhabilitatis ad alia obtinenda ac vocis activæ & passivæ, Privilegiis & Statutis ac Consuetudinibus quibuscunque in contrarium minimè obstantibus. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 84. quæ incipit* Regularis disciplinæ, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. post Constit. 10. ejusd. Pontific. pag. mihi* 291. ac Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 6. quæsito 6. num. 17. pag. 91.* & Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. par. 2. tract. 8. quæst. 1. num. 4.* Novar. *Comment. 91. num. 1. par. 2. pag.* 406. Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap. 24. num. 23. pag. 145.* ¶ Vide etiam infra, 1599. 20. Jun.

1596. 15. Mar. —— Superiores Regulares possunt suo Subdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterii, in cujus Familia ab iis, ad quos pertinet, is Regularis positus fuerit: & si Diœcesanus abfuerit vel non esset habiturus Ordinationes vel Sedes Episcopalis vacaret, ad quemcunque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem Dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus vel abfuerit vel nullas habiturus esset Ordinationes vel Sedes Episcopalis vacaret: Verùm cùm à Superioribus Regularibus, Episcopo Diœcesano absente vel Ordinationes non habente, litteræ dimissoriæ dabuntur, in eis utique hujusmodi causa absentiæ Diœcesani Episcopi vel Ordinationum ab eo non habendarum erit exprimenda: Quod si Regulares ordinandi morentur in Monasterio nullius Diœcesis, hujusmodi Dimissoriæ concedantur ad Episcopum viciniorem, in eoque procedant omnia quæ de Episcopo Diœcesano superiùs præscripta sunt: Qui verò non fecerint, officii & dignitatis seu administrationis ac vocis activæ & passivæ & alias arbitrio Papæ re- 1275

reservatas pœnas incurret. *Congregat. Conoil. de mandato Clementis VIII. apud* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Ordo, *pag. mihi* 392. *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *circa Constit.* 2. *Sixti IV.* §. 11. *num.* 33. *pag.* 20. Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *disput.* 2 *quæsito* 18. *num.* 1. *pag.* 25. Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 11. *numer.* 7. *vers. Quod supra*, Lezana *in sum. Quæst. Regular. tom.* 3. *verb. Dimissoria, num.* 5. *pag.* 172. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 3. *tract.* 3. *quæst.* 1. *num.* 3. Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom.* 1. *Constit. unic. Urbani II. sect.* 2. *num.* 5. *pag.* 335. Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 13. *numer.* 2. *pag.* 124. ac Monacell. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in fine*, *pag.* 412.

1596. 2. Maii. —— Monasteria Monialium non debent esse propè Conventus Fratrum, maximè si prospectus adsit, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Monialis, *num.* 17. *ubi num. prec. ait*, *quod* Moniales non debent lavare pannos Fratribus, *ex ead. Crngregut. in Bononien.* 1601. 15. *Maii*.

1596. 4. Maii. —— Electiones tam in Capitulo generali quàm Provinciali Ordinis Minimorom S. Francisci de Paula fiant absque ulla passione, & ex pro validis non habeantur, in quas non concurrerint vota ultra medietatem: Superiores non possint mutare Fratres per tres menses ante diem electionis, nec in electionibus Conventualibus votum hebeant qui per tres menses ante diem electionis non fuerint locati: Vitium Proprietatis exteriùs interiùsque extirpetur: Infirmi carnibus vescentes edant semper in Infirmaria, nec exeant de Conventu: Generalis teneatur visitare personaliter Conventus principaliores, maximè in Italia, Gallia, & Hispania: Tres Collegæ Generalis non sint ipsius Consanguinei, nec ejus Creaturæ, & eant semper cum dicto Generali in Visitatione, sub pœna privationis vocis activæ & passivæ per quinquennium ipso facto incur-

currenda: Tres quoque Collegæ Provincialis & Correctorum non sit ipsorum Consanguinei, nec eorum Creaturæ: Superiores in Provinciis Studia erigant, & examinent constitutos in Sacris, ac suspendant, si opus fuerit: Novitii denique etiam post Professionem emissam maneant sub cura Magistri. *Clemens VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 2. quæ incipit Italicè* Tutte l' Elettioni, *pag. mihi* 229. ¶ Vide infra, 1597. 14. Jan.

1596. 25. Jun. —— Potest Episcopus visitare Clausuram Monialium non sibi subditarum sine assistentia Superiorum Monasterii, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 81. 1278

1596. 26. Jul. —— Itali non habitent in Locis ubi aliqua Ecclesia cum Parocho seu Sacerdote Catholico non existat, & in qua liberè & publicè celebrari & audiri possint Missæ & alia Divina Officia ac alia fieri juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: Abstineant dicti Itali à Matrimoniis cum hæreticis Mulieribus & ab Hæreticorum Sepulturis: Filios suos de Sacro Fonte levari per Hæreticos non permittant, nec ipsi vicissim (nisi per Catholicum Sacerdotem Catholico more baptizentur) levare præsumant, nec Medicorum hæreticorum opera utantur, necessitate cessante: Cùm iidem Itali ex Italia recedunt ad morandum in partibus prædictis, id significent suis Ordinariis vel Inquisitoribus locorum, à quibus seriò admoneantur, ut in eis perpetuò Catholicam Fidem constanter retinentes piam & Catholicam vitam ducant, Dominicos & Festos dies ac Abstinentias & Jejunia ab Ecclesia præcepta religiosè colant, atque omnem Hæresim & errorem ac Hæreticos & Schismaticos fugiant, & denique saltem singulis annis de eorum Sacramentali Confessione & Eucharistiæ perceptione per eos facta fidem ipsis Ordinariis vel Inquisitoribus in Italiam transmittant, ad quod teneantur: Si quis contra præmis- 1279

missa facere præsumpserit, possit adversus eum per locorum Ordinarios & Inquisitores hæreticæ pravitatis uti de Hæresi suspectum procedi. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 42. quæ incipit* Cùm sicut, *& refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 54. pag. mihi* 159. ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra, 1633. 14. Apr.

1596. 2. Aug. —— Liceat Abbatibus Congregationis Vallisoletanæ benedictis, vel quibus à Sede Apostolica concessum sit Privilegium, ut possint ea omnia facere quæ possunt Abbates benedicti, Tonsuram & minores Ordines suis Subditis Regularibus tantùm conferre ac alia Pontificalia hujusmodi Abbatibus competentia in sui Ordinis Monasteriorum Ecclesiis & limitibus exercere, juxta Decretum Sacræ Congregationis Concilii aliàs emanatum. *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Sanè, *apud* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostol. post Constit. 12. num. 5. pag. mihi* 331. ¶ Vide infra, 1617. 8. Maii, & 1631. 7. Mar. 12

1596. 2. Aug. —— In illis Parochialibus Ecclesiis, in quibus per Regulares Monachos Congregationis S. Benedicti Hispaniarum deservitur, Monachus eisdem Ecclesiis Vicarius pro tempore constituendus, non aliter constitui debet, quàm ad nutum suorum Superiorum amovibilis, ab Ordinario tamen prævio examine approbatus, cum portione arbitrio suorum Superiorum assignanda: qui Monachus ibidem unà cum alio Monacho dumtaxat habitare debet. *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Ea quæ, *apud* Murga *in Append. ad Commentar. in Constit. Apostol. post Constit. 17. §. 2. num. 5. pag. mihi* 55. 12

1596. 2. Aug. —— Episcopus vicinior dicitur, cujus Cathedralis Ecclesia proximior est Abbatiæ, non autem Loco Abbatiæ subjecto, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Nullius, *num. 9. ubi num. 8. ait, quod* dictus Episcopus vicinior potest visitare Loca Nullius, 12

sed

sed non ibi ministrare Sacramentum Confirmationis absque consensu Prælati, qui potest ad id quem maluerit Episcopum advocare, vel etiam ipse Prælatus (si sit consecratus Episcopus) conferre, *ex ead. Congregat. in Pacten.*

1596. 3. Sept. —— Omnes & singuli Monachi Congregationis Camaldulensis de Ordine S. Benedicti, qui pro consequendis Prælaturis vel Dignitatibus sive pro remissione pœnarum eis impositarum ad Personas de gremio dictæ Congregationis non existentes recurrerint, aliisque viis inhonestis quomodolibet ad dictos gradus aspiraverint, ad quascunque Prælaturas vel Dignitates aut Officia tam spiritualia quàm temporalia obtenta vel obtinenda perpetuò sint inhabiles, & obtentis eo ipso privati existant, & sic privati careant voce activa & passiva, reservata Papæ dictarum pœnarum remissione: eædem autem pœnæ ad eos etiam extenduntur, qui ne ex aliquo Monasterio removeantur, seu ut in alterius Monasterii Familia deputentur, ad dictas Personas extra Ordinem recurrere præsument: In virtute igitur sanctæ Obedientiæ & sub eisdem pœnis præcipitur Generali & Visitatoribus ac Diffinitoribus & aliis Prælatis, ne aliquos ullo unquam tempore precibus dictarum Personarum promoveant vel pœnas aliquas remittant. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 43. quæ incipit.* Ambitiosam, *& meminit etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 10. quæsito 1. num. 10.* & Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap. 10. sub num. 17. pag. 53.* ac habetur in Libro *Privilegior. d. Relig. pag. mihi* 114. 1283

1596. 9. Sept. —— Congregationi S. Joannis de Deo in Italia existenti omnia & singula Privilegia (citra tamen facultatem emittendi Professionem & suscipiendi Sacros Ordines, ac citra exemptionem à jurisdictione Ordinariorum locorum) quibus Congregatio Hispaniarum & Hospitalis S. Joannis Callibitæ in Insula S. Bartholomæi de Urbe quomodolibet gaudet, communicantur & extenduntur: 1284

Confratres in quocunque Italiæ Loco recipiendi in Congregatione prædicta, Votum inserviendi eorum Hospitalibus sub Ordinarii loci obedientia in manibus ejusdem Ordinarii aut Majoris Confratris ut infra electi emittere teneantur: Unus igitur Coufrater in Majorem ab omnibus Prioribus quorumcunque Hospitalium & Locorum dictæ Congregationis in Italia existentium Romæ eligatur ad sexenninm duraturus: Duo item Consiliarii & duo Visitatores ibidem eligantur, quorum & etiam Priorum officium duret ad triennium: Dictus Major facultatem habeat omnia dictæ Congregationis Italiæ Hospitalia & Loca visitandi & reformandi, rationes & computa videndi, Confratres de uno ad alium Locum transferendi, inobedientes mulctandi, & cujuscunque Hospitalis gubernii formam determinandi, reservata tamen in omnibus semper locorum Ordinariis superioritate & auctoritate visitandi & circumspectè puniendi eosdem Confratres delinquentes: Confratres alia ejuldem Instituti Hospitalia de licentia Ordinariorum erigere & eleemosynas petere ac recipere valeant: Habitum cum Scapulare & Capuccio, privativè quoad alios quoscunque extra eandem Congregationem existentes sub pœnis Ordinario loci benè visis, gestare perpetuò possint: Dicti Confrater Major & Consiliarii de consensu Ordinariorum valeant incorrigibiles Confratres expellere & sic expulsos ab emisso Hospitalitatis Voto (adimpleta tamen ob eorum excessus imposita pœnitentia) absolvere: nec alio modo Confratres valeant Hospitalia deserere aut à Voto inserviendi Pauperibus in eorum Hospitalibus sub Ordinarii obedientia absolvi vel liberari: Confratres tamen hujus Congregationis non possint esse Sacerdotes aut in Sacris Ordinibus constituti: Ordinationes denique pro regimine Hospitalium constituendi facultatem dicto Majori cum consensu Consiliariorum & Visitatorum concedit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 44. qua

quæ incipit Romani. ¶ Vide infra, 1619. 16. Mar.

1596. 30. Sept. —— Antequam Puella à Capitulo Monialium ad Habitum vel Professionem admittatur, debet Episcopus certiorari, ad hoc ut illius voluntas exploretur, & post explorationem licentia in scriptis est obtinenda etiam pro Monasteriis, quæ Regularibus subiiciuntur: hujus autem voluntatis profitendarum exploratio debet fieri tam ante susceptionem Habitus quàm ante emissionem Professionis post annum Probationis, etiamsi Monasterium esset subjectum Regularibus, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Vicen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 1. *form.* 1. *num.* 48. ac etiam *tit.* 11. *form.* 11. *num.* 14. 1284.

1596. 6. Nov. —— Abbates Regulares habentes vel non habentes Territorium, non comprehenduntur in Decreto Concilii Tridentini *sess.* 24. *cap.* 20. §. *Ad hæc*: habent enim primam Dignitatem post Pontificalem, & dicuntur in primo gradu Dignitatis constituti, *cap. deinceps* 16. *quæst.* 7. nec ratione facultatis Dignitatis aut Ordinis possunt dici de inferioribus subordinatis Episcopo, Lap. *alleg.* 84. *num.* 11. Bald. *in cap. Pastoralis, in Gloss. in verb. Superiores, & ibi* Felin. *col.* 4. *de offic. deleg.* Franch. *in cap.* 2. *num.* 5. *de Præben. in* 6. Dicuntur igitur inferiores Dignitates respectu Episcopi, Joan. Andr. *in cap. Majoribus, in principio*, alioquin præferuntur Vicario Episcopi, qui aliàs cum eo facit unum Tribunal, Henric. Boic. *de Synod. par.* 3. *num.* 15. ut dixit *Rota in Burgen. Jurisdictionis coram* Orano, *apud* Tamburin. *de Jur. Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 43. *num.* 5. *& seq. pag. mihi* 328. 1286

1596. 8. Nov. —— Decretum Concilii Tridentini *cap.* 18. *sess.* 24. *de Concursu faciendo*, non habet locum in Beneficiis Regularibus, quæ Regularibus conferri consueverunt, licèt secus dicendum sit, si Sæcularibus conferantur, ut dixit *Rota in Ferrarien. Parochialis coram* Corduba, *apud* Corrad. *in Prax.* 1287

Benefic. lib. 3. cap. 3. num. 5. vers. Undecimus Casus.

1596. 23. Nov. —— Patres S. Joannis Evangelistæ in Portugallia possunt ordinari extra tempora, & per quemcunque Episcopum tribus Dominicis vel Festis continuis sive interpolatis, non servatis Interstitiis à Concilio Tridentino designatis. *Clemens VIII. apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 2. quæsito 24. num. 6. ubi ait, quod* cùm hæc sit amplissima & magna concessio, ideo illam mente teneant Regulares & Domini Episcopi, ex Laurentio Portello *in dub. Regul. verb.* Ordines Sacri, *num. 4. & referunt etiam* Cordeirus *de perf. Parocho, par. 1. de oblig. Clericor. tract. 1. quæst. 12. num. 8.* ac Barbosa *in Concil. sess. 23. cap. 8. num. 7.*

1596. 21. Dec. —— Approbatio Miraculorum patratorum in Loco exempto spectat ad Episcopum, intra cujus fines Diœcesis dictus Locus exemptus existit, ut declaravit *Congregat. Concil. in Aprutina, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 1. num. 23.*

1596. 24. Dec. —— Nullus ex Prælatis seu Superioribus aut Fratribus Conventuum seu Domorum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum tam in Regnis Hispaniarum quàm alibi quemquam Ordinis Fratrum Minorum de Observantia aut alicujus strictioris Regulæ quàm sit Regula dictorum Religiosorum de Mercede audeat prætextu cujusvis Indulti Apostolici recipere, etiamsi habeant Privilegium id faciendi causa quarti Voti, quod ipsi Professores Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede hujusmodi faciunt, nam Regula strictior est judicanda alia ratione quàm respectu quarti Voti. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 46 quæ incipit* Nuper. ¶ Professores quoque Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum & alios strictioris Regulæ non esse recipiendos in dicto Ordine de Mercede quovis prætextu & ex dicta causa quarti Voti statuit Paulus V. anno 1608. 7. Jul. *ibid.*

ibid. Constitut. 50. *quæ incipit* Nuper ad Nos.

1288 1597. 14. Jan. —— Non debet admitti qualiscunque recusatio Collegæ à Fratribus Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula in Visitatione, quia sunt quatuor Judices & non unus: quod si aliquis deposuerit contra Collegam Generalis, tunc poterit Generalis secretò recipere depositionem illam & eam probare ac postea Congregationi Visitationis Apostolicæ referre: Quando aliquis Collega fuerit infirmitate detentus vel aliàs justè impeditus, tunc poterit Generalis cum duobus Collegis Visitationem facere, non tamen illam difinire, alio inconsulto: Poterit mitti ad Conventus parvulos visitandos aliquis ex Collegis cum alio quocunque Socio, sed observabitur, ut non mittatur idem ad eosdem Conventus, qui anno præterito illos visitaverit: Decretum, quo præcipitur quod electus uno anno in aliquo Officio etiam minori, sequenti anno non possit ad idem eligi, intelligitur in eodem Conventu tantùm: In Curia non fiant Vicarii generales, inconsulto Capite Congregationis Visitationis Apostolicæ, nec in Italia ipso Generali præsente, sed in Gallia & Hispania poterit Generalis facere quemcunque voluerit de assensu Collegarum: Poterit eligi unus Scriba, Collega ejusdem nationis: Generalis vel Provincialis rarissimè & pro necessitate evidenti poterit Fratribus Cibo Paschali vescentibus concedere facultatem exeundi, dummodò neque in itinere neque extra Conventum vescantur dictis Cibis Paschalibus: Non convenit denique interpretari Decreta Sanctissimi quoad relaxationem, benè tamen quoad reformationem & arctiorem modum, ut declaravit *Congregat. Visitat. Apostol. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *cap.* 9. *num.* 83. *& seqq. pag. mihi* 354. 1291

1597. 18. Jan. —— Confessarii etiam Regulares possunt ab Episcopo successore denuò examinari, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Gallien.* & antea *in Toletana* 1596. 22. *Apr. apud* Nicol. *in Lucubrat.* 1292

cubrat. tom 2. *Canon. lib.* 5. *tit.* 38. *de Pœnit. & Remiss. num.* 9. *vers. Quod autem, pag. mihi* 162. prout de Parochis etiam Regularibus dixi in mea Collectione sub anno 1594. 3. Jan. num. 243.

1597. 16. Apr. —— Dum Regulares, sive etiam Subditi Congregationum approbatarum Presbyterorum Sæcularium, afferant testimoniales Superiorum suorum de Ordinibus susceptis, Ordinarius eos ad ostendenda originalia compellere non debet, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Genuen. apud* d. Nicol. *in Floscul. verb. Ordo, num.* 24. *ubi tamen quod* Episcopus hujusmodi testimonio credere non tenetur, ut declaravit *Congregat. Concil.* 1604.... *Sept.* & hoc servatur Romæ, 1295

1597. 17. Maii. —— Abbas non privatur Beneficio ipso jure ob non promotionem ad Sacros Ordines ratione *cap.* 1. *de ætat. & qualit.* quod caput procedit juxta terminos *cap. cùm in cunctis*, §. *inferiora, de elect.* sed necessaria est sententia, monitione tamen præcedente, Gloss. *in d. cap.* 1. *in verb. fiant, & in* §. *inferiora, in verb. canonibus, ubi* Anton. de Butr. *num.* 6. Gemin. *cons.* 131. *num.* 1. *& seq.* quod si Abbas actu exerceat Curam Monachorum, potest privari Abbatia ob dictam non promotionem, juxta dispositionem *Clem. ne in agro* §. *cæterùm*, Rebuff. *in Prax. Benefic. tit. de non prom. infr. ann. num.* 6. *si tamen*, ut dixit *Rota in Tullen. Monasterii coram* Penia, *apud* Tamburin. *de Jur. Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 24. *num.* 2. *&* 9. *pag. mihi* 310. 1296

1597. 31. Maii. —— Professio potest differri ad arbitrium pii & prudentis Prælati Superioris, interveniente justa causa, etiam ultra annum, prout declaravit *Congreg. Episcopor. & Regular. apud* d. Tamburin. *de Jure Abbatissar. disput.* 6. *quæsito* 6. *num.* 4. & refert etiam Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *circa Conctit.* 2. *Sixti IV.* §. 11. *num.* 82. *pag. mihi* 25. & ex eo Lezana *in Summa Quæst. Regular. cap.* 24. *sub num.* 41. *pag.* 149. 1297

1597. 3. Jun. —— Licentiæ ingrediendi ex vera tantùm 1298

tùm necessitate Claustra Monialium Congregationi Casinensi subjectarum, à Superioribus ejusdem Congregationis tantummodò, non verò ab Ordinariis locorum & eorum Vicariis concedantur, ut resolvit *Congregat. Concil. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 249. & 270.* nisi tamen in Loco esset consuetudo legitimè præscripta, ut hujusmodi licentiæ etiam quoad Monasteria Regularibus subjecta, ab Episcopo tantùm vel ab Episcopo & Superiore Regulari conjunctim obtinerentur, tunc enim consuetudo esset observanda, ut censuit *ead. Congregat. ibid. Constit. 335.* ¶ Vide tamen infra, 1607. 5. Dec.

1597. 18. Jun. —— Abbas exercère non potest jurisdictionem super Personas Ecclesiasticas in præjudicium Ordinarii ex eo solo, quod à sua Abbatia teneant Bona in emphyteusim, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Fanen. ex cap. auctoritate 4. de privileg. in 6. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excom. num. 114. vers. IV. Sacra Congreg. pag. mihi 191.* 1297

1597. 10. Sept. —— Priori & insigni Conventui S. Stephani Salmanticensis Ordinis Prædicatorum conceditur, ut quoscunque Juvenes etiam sextodecimum ætatis suæ annum excedentes, ad Habitum petentes admitti in eodem Conventu, recepto ab eis juramento quod criminosi vel rationibus obligati aut furto vel latrocinio sive homicidio notati aut aliis impedimentis in Bulla Sixti. Quinti (de qua supra, 1587. 26. Nov.) contentis detenti non sint, recipere valeant ac postea per aliquem ejusdem Conventus Religiosum ad hoc deputatum, ad investigationem anteactæ illorum vitæ & morum ac reliquorum præmissorum, absque strepitu judiciario, sed per scrutinium secretum procedi facere possint; Qui Religiosus ad hoc deputatus Processum & Informationem captam Priori seu Præsidenti ac Suppriori & Magistro Novitiorum & Studentium (à quibus approbari & reprobari possit) referre 1298

referre fideliter debeat. *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* In iis, quæ, *apud* Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. par. 2. tract. 4. quæst. 4. num. 6. pag. mihi 176.* ubi *quæst. 5. probat, quod* prædicto Privilegio possunt uti omnes alii Conventus non solùm Ordinis Prædicatorum, sed cæterorum Ordinum pro vestiendis deputati: *Et refert etiam* Barbosa *de potest. Episc. par. 3. allegat. 101. num. 41.*

1576. 6. Oct. —— Non possunt Ordinarii cogere 1
Regulares ex institutione aut facultate Sedis Apostolicæ Mendicantes ad petendam licentiam eleemosynas per Diœcesim quærendi, cum in erectione Monasteriorum eis licentia tacitè ab Ordinariis impertita censeatur, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Casalen.* & antea *in Portugallien. 1594. 2. Aug. apud* Barbos. *in Concil. sess. 21. de reformat. cap. 9. num. 6.* & refert etiam Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 18. num. 46*

1597. 10. Oct. —— Tria Seminaria seu Novitiatus in 13
tribus Monasteriis Ordinis S. Basilii in Italia instituuntur, quorum unum in Monasterio magno S. Salvatoris Messalensis in Sicilia, alterum verò in Regno Neapolitano, & tertium in Monasterio Gryptæ Ferratæ in Agro Romano nullius Diœcesis seu in Monasterio Romæ erigendo: Omnes & singuli Commendatarii quorumcunque Monasteriorum & Prioratuum ac aliorum Regularium Locorum dicti Ordinis in Sicilia & Calabria ac aliis Italiæ partibus consistentium (dummodo Seminaria Latina non sint; vel si existant, per dictos Commendatarios portio aliqua actu non persolvitur) eam omnem ratam, quam ratione Locorum prædictorum Seminariis Ecclesiasticis Latinis pro quolibet centenario singulis annis persolvere tenerentur, perpetuò Procuratori seu Procuratoribus dictorum Seminariorum seu Novitiatuum ab Abbate Generali Congregationis Italiæ seu à Capitulo generali Ordinis præfati pro tempore deputatis persolvere debeant & teneantur: Beneficia denique simplicia,

quo-

quorum collatio seu provisio ad Capitulum seu Conventum Monachorum dicti S. Salvatoris liberè spectant, Seminario seu Novitiatui ejusdem Monasterii perpetuò unit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 50. quæ incipit* Cùm ad sublevandum. ¶ Vide infrà, 1603. 23. Sept.

1597. 20. Oct. —— Quando alicui Religioni aufertur Conventus, aufertur etiam per consequens regimen Monialium illius Loci, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Montispulciani, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Gubernator, *num. 8. ubi num. 9. ait, quod* Superiores Regularium non possunt absque Sedis Apostolicæ auctoritate privari gubernio Monialium, *ex ead. Congregat. in Nannetен. 1642. 18. Jul.* 1301

1597. 7. Nov. —— In vim licentiæ alicui Regulari concessæ, ut alium quemcunque Religiosum Ordinem approbatum, & in quo Regularis vigeat Observantia, ingredi possit, non tamen potest transire ad Ordinem Militarem, nisi expressè concedatur, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 4. circa Constit. 8. Eugenii IV. sub num. 25. pag. mihi* 511. ex Pignatell. *tom. 9. consult. 170. num. 9.* 1302

1598. 22. Jan. —— Capitula monitorialia non possunt decernere, nec concedere Abbates & alii Prælati inferiores quasi Episcopalem Jurisdictionem exercentes, sed pro illis obtinendis debent eorum Subditi Sedem Apostolicam adire, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 15. num. 13.* 1303

1598. 22. Jan. —— Novitius non caret facultate condendi Testamentum ante vel post ingressum Religionis, ut resolvit *Congregat. Concil. ad cap. 16. sess. 25. de Regular. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disputat. 5. quæsito 13. num. 1. pag. mihi 16.* ubi plures citantur Doctores id affirmantes. 1304

1598. 12. Febr. —— Novitia, quæ finito anno Probatio- 1305

bationis exivit à Monasterio absque licentia Ordinarii, iterum reversa potest sine nova Probatione ad Professionem emittendam admitti, nisi conditio Religionis aut Personæ non sit immutata, idque à Superioribus Monasterii diligentet esse dispiciendum censuit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea 1597. 17. *Febr. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regnlaribus, *pag.* 323.

1598. 25. Febr. —— Clerici Regulares quoad præcedentiam cedunt Sæcularibus licèt noviter introductis, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Spoletana*, & antea *in Ceneten.* 1582. 22. *Dec. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Præcedentia, *num.* 14. 130

1598. 3. Mar. —— Congregationes, quæ jussu Episcopi ad Casus Conscientiæ differendos habentur, obeundæ sunt ab exercentibus Curam Animarum, etiam in Parochialibus Hierosolymitanæ Religionis, ut resolvit *Congregat. Concil. apud* Barbos. *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 11. *numer.* 12. ex Sel. *in select. Canon. cap.* 71. *num.* 17. *& cap.* 112. *num.* 20. & refert etiam Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Parochor. munera, *n.* 32. ¶ Vide etiam Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap.* 19. *sub numer.* 44. *pag. mihi* 121. 130

1598. 2. Jul. —— Confraternitates cogendæ sunt uti parva Campana, si per id molestent Regulares vicinos, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Pisauren.* multò magis si molestent Moniales, tuuc enim etiam Regulares coguntur Campanas suas aliò transferre, ut resolvit *ead. Congregat. in una S. Augustini* 1642. 21. *Jan. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 27. *pag. mihi* 34. *numer.* 2. & 3. 130

1598. 11. Sept. —— Quando scandala & inconvenientia oriuntur, prohiberi solet, ne Regulares suscipiant onera celebrandi in Ecclesiis sæcularibus, & è converso, nisi in casu necessitatis, ut prohibuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Cremonen.* 1309

nen. apud d. Nicol. *in Floscul. verb.* Regulares, *numer.* 28.

1599. 9. Febr. —— Monachi Cistercienses Congregationis Beatæ MARIÆ Fulienſis de Ordine S. Benedicti, in Processionibus & Functionibus ac publicis actibus ubique præferantur Fratribus Ordinum Mendicantium, à quibus idcircò non possint dicti Monachi super præmissis molestari sub pœna Excommunicationis Papæ reservatæ eo ipso incurrenda, prout confirmando Decretum Sacræ Congregationis super negotiis Episcoporum & Regularium deputatæ, ita etiam in Civitate Burdegalensi inviolabiliter observari & adimpleri jubet *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 56. quæ incipit* Regis pacifici, *& refert etiam* Henriquez *Privileg. 5. pagin.* 421. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 25. quæsito 8. numer. 1. pag. mihi* 389. 1310

1599. 23. Mar. —— Nullus de Congregatione Clericorum Regularium Somaschensium de cætero adscribatur & sit in numero Vocalium Capituli generalis, nec in eo vocem activam habeat, nisi servata in omnibus forma Constitutionum dictæ Congregationis, & nisi etiam (juxta consuetudinem à triginta circiter annis hactenus servari solitam & observatam) fuerit in eodem Capitulo propositus & per vota secreta à Patribus Vocalibus ejusdem Capituli generalis electus & admissus: Omnibus aliis se vocem activam in dicto Capitulo habere prætendentibus & ab eisdem Patribus Vocalibus non electis & admissis perpetuum silentium imponit *Clemens VIII. in Constit. quæ incipit* Romanus Pontifex, *in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi* 65. ¶ Vide infra 1611. 14. Mar. 1311

1599. 24. Mar. —— Archiepiscopis & Episcopis committitur & mandatur, ut Ordini Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo ubivis existentibus Regularibus, quandocunque Sacrum Oleum pro ministranda ejusdem Ordinis respectivè Regularibus in- 1312

infirmis extrema Unctione petierint, illud in suis Diœcesibus promptè ac liberaliter exhiberi faciant, ac quoscunque Suffraganeos suos auctoritate etiam Papæ moneant, ut similiter in sua quisque Diœcesi ipsis Regularibus Oleum Sacrum tradi curent & faciant. *Clemens VIII. apud* d. Cherubin. *ibid. Constit.* 57. *quæ incipit* Exponi, *& refert etiam* Barbosa *in Concil. sess.* 14. *cap.* 1. *de extr. Unct. num.* 9.

1599. 5. Apr. —— Episcopus occasione Ecclesiæ vacantis, ad quam Abbas habet jus nominandi, ad examen illum admittere debet, quem sibi Abbas nominaverit: vacante tamen Ecclesia, ad quam Abbas habet jus conferendi, tantùm nominandi ab Abbate examinandi erunt & probandi per Concursum, & Episcopus magis idoneum Abbati nominabit, cui Ecclesiam conferat, ut censuit *Congregat. Concil. in Vicen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concursu Paroch. *pag. mihi* 193.

1599. 28. Apr. —— Curati Religionis Hierosolymitanæ tenentur ad omnes Functiones, ad quas cæteri Curati, etiam ad Functiones Jovis & Sabbati Sancti, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Cæsenaten.* & postea *in Faventina* 1646. 20. *Maii, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Hierosolymitani, *num.* 9. *& verb.* Parochus, *num.* 26. *& refert etiam* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Parochorum munera, *n.* 31.

1599. 14. Jun. —— Placet Sanctissimo, quod Generalis Cœlestinorum removeat à sua Religione abusus titulorum Magistri, Doctoris, Graduati, Baccalauri, & similium, prout rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Cœlestinorum, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Titulus, *num.* 3.

1599. 20. Jun. —— Ne Decretum quoad recipiendos Novitios (de quo supra, 1596. 12. Mar.) reddatur irritum prætextu facultatum à Papa obtentarum, præcipitur omnibus Superioribus quorumcunque Ordinum Mendicantium & non Mendicantium intra Italiam & Insularum adjacentium fines existentium

tiam (exceptis tamen Carthusianorum , Fratrum Minorum de strictiori Observantia , nec non Capuccinorum S. Francisci , Reformatorum S. Dominici , Discalciatorum Carmelitarum , nec non Fratrum Congregationis Fulienſis Cistercienſis , ac Eremitarum Eremi Camaldulenſis de Monte Corona , Clericorum Regularium Theatinorum , Societatis JESU , S. Pauli Decollati , & aliorum de Somascha , Ministrorum Infirmorum respectivè Ordinibus , aut Societatibus , seu Congregationibus in hac prohibitione non contentis) ne cujusvis facultatis impetratæ vel impetrandæ obtentu (nisi per litteras in forma Brevis dumtaxat , & non aliàs) quemquam nec etiam Conversos ad Habitum Regularem suscipiendum recipere aut receptos ad Professionem admittere audeant , nisi in Conventibus vel Monasteriis aut Domibus auctoritate Papæ in unaquaque Provincia designandis : Superior autem hujus Decreti transgressor , ipso facto pœnam privationis Officiorum tunc obtentorum & perpetuæ inhabilitatis ad alia obtinenda ac vocis activæ & passivæ eo ipso incurrat , aliisque etiam pœnis arbitrio Papæ imponendis subjaceat : Hoc tamen Decretum eos Ordines , qui Conventus & Domos ac Monasteria à Sanctitate sua probata pro Novitiorum receptione & educatione hactenus permissione ejusdem Sanctitatis constituerint , comprehendere noluit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. in Constit. quæ incipit* Sanctissimus , *post Constit. 84.* & referunt etiam Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Monasteria & Conventus , *pag. mihi 318.* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. post Constit. 10. ejusd. Pontific. pag. 291.* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 6. quæsito 6. num. 17. pag. 92.* Lezana *in Sum. quæst. Regular. cap. 24. num. 23. pag. 145.* Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. par. 2. tract. 8. quæst. 1. num. 4.* ac Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 250.*

1599. 24. Jul. —— Abbati Cistercii Generali totius Ordinis , ut possit deputare & eligere Vicarios per 1317

Provincias, qui benedictionem novis Abbatibus & Abbatissis dicti Ordinis impendant, concedit *Clemens VIII. apud* Alcan. Tamburin. *de Jur. Abbat tom. 1. disput. 11. quæsito 11. num. 1. ubi etiam quod* Innocentius VIII. hoc antea concessit prædicto tantùm Abbati, anno 1489. 9. Apr.

1599. 25. Jul. —— Nullus omnino prætextu cujuscunque Privilegii vel Superioritatis etiam Generalatus, à servitio Chori censeatur immunis, nisi pro tempore quo quis in proprii Officii munere actu fuerit occupatus: cum Lectoribus autem & Prædicatoribus Superiores iis tantùm diebus, quibus eos legere aut prædicare contigerit, dispensare possint: idem quoque præstare valeant cum ægrotis & Studiorum causa legitimè impeditis: in negligentes verò aut inobedientes salutari pœnitentia Superiores animadvertant ad præscriptum Regulæ & Constitutionum, alimenti etiam (si opus fuerit) subtractione: Lectio Sacræ Scripturæ vel Casuum Conscientiæ bis in Hebdomada præscriptis diebus in singulis Conventibus habeatur, ad quam Fratres omnes conveniant, eaque absoluta, mutua collatione circa explicatam doctrinam sese utiliter exerceant: Nullus ex Fratribus (etiamsi Superior sit) Bona immobilia vel mobilia quomodolibet acquisita tanquam propria aut etiam nomine Conventus possidere possit, sed ea omnia statim Superiori tradantur & Conventui incorporentur, neque Superioribus liceat Bona stabilia quovis nomine eisdem Fratribus concedere: & qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas nedum à Concilio Tridentino præscriptas, sed alias quoque multò graviores arbitrio Superiorum imponendas incurrat: neque quoad dicta Bona valeat ulla Superiorum dispensatio, etiamsi Superiores asseverent hujusmodi dispensationes concedere posse. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 60. quæ incipit* Nullus omnino, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. post Constit. 10. ejusd. Pontific.* 131

§. 18.

§. 18. *pag. mihi* 292. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 6. quæsito 4. nu. 17. pag.* 92. ac Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. par. 2. tract. 3. quæst. 17. num. 3.* nec non Novar. *comment.* 108. *num. 1. par. 2 pag.* 438.

1599. 25. Jul. —— Fratrum veſtitus & ſuppellex Cellarum ex communi pecunia comparetur, & omninò uniformis ſit Fratrum & quorumcunque Superiorum ac ſtatui Paupertatis conveniat: Fratrum veſtes ſive lanеæ ſive lineæ & omnis alia ſuppellex in commodum Conventus locum deferantur cuſtodiendæ & inde Superioris arbitrio unicuique opportunè ſubminiſtrandæ: Omnes etiam Superiores eiſdem pane & vino ac pitantia in communi Menſa veſcantur, excepta infirmitatis cauſa, aliter qui in ea re peccaverit, nihil eo die alimenti percipiat, niſi panem & aquam: Superiores omnes etiam Generalis accepta & expenſa adnotari curent; & ſi commorentur in aliquo Conventu, in commune conferant quod ſibi & iis, qui ſecum erunt, ad victum ſufficiat juxta Regulam: Nullus ex Superioribus locorum adminiſtrationem Bonorum per ſeipſum exercère poſſit, ſed tres Fratres ejuſdem Conventus ſint à Generali deputati, quorum unus Collector reddituum, alter pecuniarum Depoſitarius, & tertius de pecuniis à Depoſitario acceptis Conventui (mandante tamen Priore) provideat: hi tres ſingulis menſibus ſuo Priori rationem reddant, adhibitis etiam duobus vel tribus Fratribus ejuſdem Conventus probatioribus: & idem faciant præſentibus Priore & dictis Adjunctis coram Generali cùm advenerit, & ipſe Generalis in quolibet proximo Capitulo generali ſaltem coram tribus Judicibus ab ipſo Capitulo conſtitutis, deſcripto etiam exemplo authentico ex actis Capituli ad Sedem Apoſtolicam tranſmittendo, cùm opus fuerit: In unoquoque Conventu is tantùm Fratrum numerus conſtituatur, qui commodè ſuſtentari poſſint: Superioribus interdicitur Concilii Tridentini aut horum Decretorum declaratio vel interpre- 1319

tatio aut relaxatio sub pœna eo ipso incurrenda privationis omnis gradus & officii ac perpetuæ inhabilitatis ad ea: Nullus, nisi actu legat vel prædicet, aliquo sui gradus privilegio gaudeat. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1599. 25. Jul. —— Si alicui ex necessaria causa Generalis judicio probanda Socius ex eodem Ordine concedendus erit, is sit viginti annorum & communi servitio deputatus ac laicus Conversus, si fieri potest: Conventus clausura perpetuò servetur, ac propterea à Superiore Janitor constituatur, qui nemini Fratrum aperiat, nisi Socium & exeundi licentiam obtinuerit: Nullus à Conventu exeat, nisi ex causa & cum Socio à licentia singulis vicibus impetrata ac benedictione accepta à Superiore: licentiæ verò generales exeundi nulli concedantur: contravenientes itaque pœna gravi etiam Carceris arbitrio Superioris puniantur & etiam Janitor scienter aperiens: cùm autem quis in Conventum revertitur, benedictionem recepturus adibit Superiorem qui à Socio rationem itineris perquirat & quid rei actum sit: Nullos Fratres Romam venire Superiores permittant, nisi prius à Generali vel Protectore dumtaxat licentiam in scriptis impetraverint, & accedentes sine hujusmodi facultate ac recipientes, voce activa & passiva biennio privati existant, subituri etiam alias pœnas arbitrio Superiorum infligendas: Habeat Superior clavem qua sola omnes Cellas referare possit, & in medio Dormitorii per totam noctem lampas colluceat. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Notandum, quod Decretum illud suprapositum, quo Fratres Romam petere cum Generalis & Protectoris licentia dumtaxat permissum est, extenditur ad Provincialem, ita ut Provincialis ipse ex causa communi totius Provinciæ dumtaxat facultatem hujusmodi facere valeat: Pœna verò privationis vocis activæ & passivæ est reservata Papæ, interdicta omnino eorum Superioribus singulis etiam Generali ac Protectori facultate il- 1320

lam

lam moderandi ac relaxandi, prout decrevit idem Pontifex anno 1601. 20. Mar. *ibidem, ſtatim poſt Conſtit. quæ incipit* Nullus.

1320

1599. 25. Jul. —— Nullus, etiam Superior, Cellas ſeparatas à communi Dormitorio habeat, & unuſquiſque unica contentus ſit, nudis omninò parietibus, ac lecto & menſa humilibus, & uniformi ſupellectili: Poſſit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conventuum (ſi officium exigat) alteram etiam Cellam concedere: Sigillatim ſuo quiſque lecto cubet, neque ullibi duo eodem lecto dormiant: In privatis Cellis nulli Camini permittantur, Cellis tamen Generalis aut alterius Superioris ac Prædicatoris exceptis: Conventus Feneſtræ proſpicientes in vias publicas aut in vicinas Laicorum ædes muro obſtruantur: Valetudinarium in ſingulis Conventibus ſalubriori loco commodiſſimum conſtituatur ad curandos Fratres ægrotos: Facultates degendi extra Clauſtra non concedantur, niſi ex graviſſima cauſa probanda à Sede Apoſtolica: Nulli ad Habitum aut Profeſſionem admittantur niſi in Conventibus à Papa in qualibet Provincia deputandis: Obſervetur in quolibet Conventu Conſtitutio (de qua ſupra, 1594. 19. Jun.) largitiones munerum interdicens: Caveant omnes à directa vel indirecta vocum ſeu ſuffragiorum procuratione tàm pro ſe quàm pro aliis, aliter præter alias pœnas & Cenſuras, etiam privationem Officiorum obtentorum & inhabilitatem ad futura eo ipſo incurrant etiam complices & non revelantes, reſervata Papæ diſpenſatione: In Superiorum & Officialium electionibus forma Sacri Concilii & Conſtitutionum Ordinis ſervetur cum juramento eligentium & prævia lectione Conſtitutionum de qualitate & requiſitis eligendorum: In Capitulo Generali vel Provinciali eligantur ſaltem tres cujuslibet Provinciæ ad examinandos Prædicatores & Confeſſores ac Lectores & promovendos ad Ordines: Superiores admonentur, ut invigilent quoad obſervantiam regularem

1321

ad unguem retinendam : Tabella muneris dietim explendi appendatur in loco conſpicuo uniuſcuiuſque Conventus: Quibus horum Decretorum capitibus certa pœna præſcripta non eſt, arbitrio Generalis vel alterius immediati Superioris infligatur: Generali denique & aliis Superioribus præcipitur, ut hæc Decreta (donec alia ad pleniorem reformationem ſpectantia edantur) curent redigi inter alias Ordinis Conſtitutiones, interdicta omnino eorum ſingulis facultate declarandi & adverſus diſpenſandi ſub pœna ipſo facto Generalatus & Officiorum privationis ac inhabilitatis perpetuæ ad alia munera. *Clemens VIII. apud* eoſdem, *ibidem*.

1599. 20. Aug. — Una Provincia ſeu Congregatio Fratrum Reformatorum & Diſcalceatorum Sanctiſſimæ TRINITATIS Redemptionis Captivorum, quæ primitivam Regulam (de qua ſupra 1198. 17. Dec.) Ordinis præfati perpetuò obſervet, in Hiſpaniarum Regnis per unum Priorem Provincialem in Capitulo dictæ Provinciæ ſeu Congregationis eligendum gubernanda inſtituitur: Hæc ſic erecta Provincia à ſuperioritate Officialium modificatæ Regulæ diſmembratur, excepto Miniſtro Generali totius Ordinis, ſub cujus obedientia remaneat ſubjecta, & à quo dicti Fratres Reformati poſſint quidem in ſuis Monaſteriis viſitari & puniri, ſed non ad alias Provincias mitti, nec eorum Statuta mutari: Illis, qui ex Conventibus laxioribus ad hos Reformatos recipientur, anni ſpatium concedatur loco Probationis, intra quem ſi auſteritatem tolerare non poſſint, ad priores Conventus Regulæ modificatæ reverti liceat, ſed poſt annum elapſum ſine nova Profeſſione non liceat ulli Fratrum Reformatorum ad alium (præterquam Carthuſianum) neque etiam Sanctiſſimæ TRINITATIS modificatæ Regulæ Ordinem abſque Apoſtaſiæ nota tranſire: Multa Nuncio Apoſtolico in eiſdem Hiſpaniarum Regnis pro tempore exiſtenti committuntur & conceduntur ad feliciorem hujus 131

recen-

recentis Provinciæ seu Congregationis progressum: Eadem Provincia, crescente numero Domorum & Fratrum, valeat eligere Provincialem, & Procuratorem Generalem apud Sedem Apostolicam deputare & perpetuò detinere possit: Omnes dictæ Provinciæ Personæ gaudeant omnibus & singulis Privilegiis, quibus Fratres dicti Ordinis quomodolibet utuntur & utentur, dummodo non sint contraria Concilio Tridentino & Constitutionibus Apostolicis ac primitivæ Regulæ. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 62. quæ incipit* Ad militantis, *& refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 4. num. 75. pag. mihi* 332.

¶ Vide infra, 1610. 10. Febr.

1599. 20. Aug. —— Privilegia per Summos Pontifices Congregationi S. Justinæ Ordinis S. Benedicti concessa & toti Ordini communicata, Abbatibus & Monachis Monasteriorum ejusdem Ordinis existentium in Diœcesi Burgensi ac toti Congregationi S. Benedicti Regni Hispaniarum suffragantur, ac dicti Abbates & Monachi ac Monasteria & quæcunque illorum Ecclesiæ ac illarum Rectores seu Vicarii fuerunt & sunt liberi & exempti à solutione Procurationum & quorumcunque onerum ratione Visitationis aut alia de causa Archiepiscopo seu Capitulo solvi solitorum; prout ex tribus Decisionibus & sententiis diffinitivis, illarum executionem relaxando, dixit *Rota in Burgen. apud* Murga *in Tract. de Benefic. Ecclesiast. quæst. 2. artic. 1. num. 136. pag. mihi* 49. & iterum *ibid. numer.* 230. *pag.* 80. 1323

1599. 5. Nov. —— Vicario Generali & Fratribus Congregationis nuper in Urbe institutæ Reformatorum Discalceatorum de Ordine Eremitarum S. Augustini conceditur, ut in ipsa Congregatione Novitios (servata tamen forma Constitutionis Sixti Quinti, de qua supra, 1587. 26. Nov. & aliorum Decretorum) recipere, & expleto Novitiatus anno ad Professionem etiam Regularem admittere li- 1324

berè & licitè valeant ſine alia Papæ licentia. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 63. quæ incipit* Decet, *& refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 2. diſput. 24. quæſito 4. num. 54. pag. mihi* 319. ¶ Vide infra, 1608. 23. Maii.

1599. 23. Nov. —— Conceſſio Sanctæ Cruciatæ & aliorum Indultorum particularium, quantum ad articulum eligendi Confeſſorem & abſolvendi à Caſibus reſervatis, cum Fratribus & Sororibus Monialibus Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo ac aliorum quorumcunque Ordinum & Congregationum cujuſvis Inſtituti Mendicantium & non Mendicantium, tam Provinciæ Hiſpaniæ quàm extra eam ubilibet, locum minimè habeat, ſed iidem Fratres & Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ ſeu Confeſſionis adminiſtrationem, ſint ſubjecti diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, quibus tamen Prælatis præcipitur, ut in uſu hujuſmodi poteſtatis ſe cum Subditis benignos & faciles exhibeant. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 64. quæ incipit* Romani Pontificis, *& referunt etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Confeſſor, *pag. mihi* 197. Roderic. *de Privileg. Regular. tom. 2. Bulla 9. pag.* 528. ac Tamburin. *de Jur. Abbatiſſar. diſput. 16. quæſito 4. num. 4. pag. 96.* ¶ Vide etiam infra, 1630. 19. Jun.

1600. 28. Febr. —— Sub Excommunicationis & privationis Officiorum ac Dignitatum & inhabilitatis ad illa & alia in poſterum obtinenda incurrendis pœnis mandatur Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia Miniſtris, Provincialibus, Commiſſariis, Viſitatoribus, Diffinitoribus, Guardianis, ſeu quibuſcunque aliis Prælatis & Officialibus in Portugallia exiſtentibus, ut omnes & quoſcunque dicti Ordinis Fratres, qui in Monaſteriis Monialium de Obſervantia Procuratias ſeu Factorias exercent, à dictis Procuratjis ſive Factorjis omnino cum effectu amoveant, & ad Monaſteria Fratrum redire, & eorum Prælatis obedire faciant

ciant & procurent, Factoriasque & Procuratias prædictas Personis sæcularibus bonæ conscientiæ à Monialibus committi curabunt. *Clemens VIII. in Constitut. quæ incipit* Romanum, *apud* Tamburin. *de Jur. Abbatissar. disput. 14. quæsito 2. numer. 5. pag. mihi 79.*

1600. 4. Mar. —— In Provinciis Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia existentibus in partibus Indiarum Occidentalium & præsertim in Provincia Limensi, ad munus Provincialatus seu ad quodlibet aliud Dignitatis officium assumi non valeant alii dicti Ordinis Religiosi, quàm illi qui ejusdem Provinciæ Alumni sunt, vel ad eam expressè & nominatim missi ex Hispaniis cum Ministri Generalis aut Commissarii Indiarum apud Catholici Hispaniarum Regis Curiam assistentis litteris obedientialibus in illis Provinciis incorporati fuerint: Quod si secus fieri contingat, irritum omne & inane omninò sit, & tam electores & promotores ac fautores quàm electi quilibet pœnas privationis ab eorum officiis ac inhabilitatis ad similia & alia obtinenda ipso jure incurrant. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 67. quæ incipit* His, quæ, *& refert etiam* Roderic. *in Collect. Privilegior. Regular. tom. 2. Bulla 5. hujus Pontific. pag. mihi* 525. 1327

1600. 10. Mar. —— Ordo Carmelitarum debet præcedere Ordinem Fratrum de Mercede, quia Ordo Carmelitarum fuit institutus ante Concilium Generale, ut legitur *in cap. fin. §. sanè ad Prædicatorum, de relig. domib. in 6.* & fuit approbatus ab Honorio Tertio (prout supra, 1226. 30. Jan.) Ordo verò Beatæ MARIÆ de Mercede fuit institutus in dicto Concilio Generali & approbatus à Gregorio Nono (ut itidem supra, 1235. 17. Jan.) qui fuit Pontifex post dictum Honorium, unde sive spectetur initium Ordinis sive illius approbatio, ut prior tempore Ordo Carmelitarum præcedere omninò debet, ad not. per DD. *in l. honores, ff. de decur. in l. fin.* ubi 1328

Bart.

Bart. C. *de tyronib. lib.* 2. cum aliis relatis à *Rota in Oriolen. Præcedentia coram* Litta, *decis. recent. par.* 2. *decis.* 26. *num.* 1. & habetur etiam apud Farinac. *dec. tom.* 3. *decis.* 26. ¶ Vide etiam infra, 1602. 15. Nov.

1600. 11. Apr. —— Tertia Soror recipi non potest in eodem Monasterio licèt Regularibus subjecto, sine licentia Sacræ *Congregat. Episcopor. & Regular. in Mutinen.* & antea *in Aretina* 1596. 4. *Novemb.* quam licentiam in Monasteriis exiguum Monialium numerum habentibus concedere non solet *ead. Congregat. in Monopolitana* 1603. 23. *Dec.* & antea *in Lucana* 1599. 8. *Mar.* ac postea *in Lancianen.* 1609. 15. *Maii*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Soror, *num.* 5.

1600. 2. Maii. —— Cùm Episcopus habeat facultatem interrogandi Moniales Regularibus subjectas de pertinentibus ad Clausuram, etiamsi aliàs nunquam visitatæ fuerint, ideo Superiores Regulares non possunt eum impedire, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Ferrarien.* nec prætendere possunt visitare velle dictam Monialium sibi subditarum Clausuram simul cum Episcopo vel assistere illius Visitatori, prout censuit *ead. Congregat. in Fulginaten.* 1648. 10. *Jan. apud* Matthæucc. *in Offic. cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 24. & refert etiam Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 81.

1600. 16. Maii. —— Non potest in dubium revocari, quin *Auth. ingressi, cum ibi not. C. de Sacros. Eccles.* quod scilicet quidquid acquirunt Religiosi, Religioni acquirunt, non procedat etiam in Militibus Hierosolymitanis, qui sunt verè Religiosi & emittunt tria Vota, nec possunt tenere proprium, Gamm. *de offic. & potest. Legat. lib.* 6. *tit. de Pension. sub numer.* 145. Mohed. *decis.* 169. *aliàs* 10. *de caus. possess. & propr.* & ex Statuto ejusdem Religionis *cap.* 10. *de contract. & alien. tit.* 16. disponente, Fratres dicti Ordinis non posse aliquo modo alienare Bona vel Prædia aut alia, quæ ipsi acquisiverint aut sibi vindicaverint, ut dixit *Rota in Romana Palatii dell'*

Aqui-

Aquila coram Lancellotto, *apud* Posthium *de manutenen. decis.* 398. *sub numer.* 4. 5. *&* 6. *pag. mihi* 310.

1600. 24. Maii. —— Inter Abbates diversæ Religionis, qui sunt antiquioris Religionis in institutione, præferantur aliis, & ideo Monachi Trium Fontium & S. Crucis in Jerusalem de Urbe præcedere debent Monachos S. Eusebii etiam de Urbe, quia illorum Ordo qui est Cistercienſium prius institutus & approbatus fuit, quàm Ordo istorum qui est Cœlestinorum, ut dixit *Rota in Romana Præcedentiæ coram* Lancellotto, *apud* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 25. *quæsito* 6. *num.* 5. ubi *num.* 3. *&* 4. *ait, quod* Abbas exemptus Abbati non exempto ejusdem Ordinis est præferendus, ex Franc. *in cap. ut Apostolicæ, de privileg. in* 6. cæteris verò paribus, prior ad titulum Abbatis assumptus præcedit posteriùs promotum in eodem Ordine, per text. *in l.* 1. *C. de Consul. lib.* 12. *l.* 1. *ff. de alb. scrib. cap.* 1. 1332

1600. 9. Jun. —— Non est Simonia, redimere, oblata pecunias, vexationem ab injustè vexantibus, etiam antequam in re jus acquisitum sit, si tales obesse tantùm possunt & non prodesse; verbi gratia, si quis injustè Abbatem vel Prælatum electum infamaret vel in Carcerem truderet, ne ad Capitulum accederet, vel detineret aliquem Electorem ne prædicto electo suffragaretur, ut dixit *Rota in Lunen. Sarzanen. Confidentiæ coram* Pamphilio, *apud* d. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 10. *quæsito* 4. *num.* 10. 1333

1600. 9. Jun. —— Ubi accesserit concordia inter Moniales & alios Regulares vicinos & fuerit à Sede Apostolica confirmata, ut aliquis murus Monasterii Monialium altius tollatur ad instar jam constructi, ne intra Clausuram haberi possit aspectus & ullum vicinorum colloquium, potest Episcopus cogere Moniales ad dictæ concordiæ observationem & præcipere Abbatissæ in virtute Sanctæ obedientiæ 1334

ac

ac sub pœna privationis officii & aliis, ut curet intra certum tempus erectionem hujusmodi muri, prout dixit *Rota in Terracinen. Sacristia coram* Justo, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 107.

1600. 14. Jun. —— Fratres S. Hieronymi in Regnis Hispaniarum existentes non tenentur ad Processiones accedere, ut ex Privilegio Pii Quinti resolvit *Congregatio Rituum relata ab* Augustino Barbosa *de potest. Episcopi, par. 3. allegat.* 78. *numer.* 23.

1600. 14. Jul. —— Cœremoniale Episcoporum omnibus Ecclesiis perutile ac necessarium, in quo Ritus & Cœremoniæ celebrandi Missas & Vesperas & alia Divina officia ac in aliis Ecclesiæ functionibus & actibus ab Episcopis ac aliis Prælatis inferioribus in eisdem observandæ, nunc emendatum & reformatum perpetuò retinendum esse præcipitur, nulloque unquam tempore in toto vel in parte mutandum sive ei addendum aut aliquid omnino detrahendum: Antiqua autem Cœremonialia in his quæ huic Cœremoniali reformato sunt conformia minimè abolet aut abrogata censeri vult, sed illorum etiam usum (salva reformatione prædicta) permittit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 69. qua incipit* Cùm novissimè, *& refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 21. quæsito 11. num. 2. pag. mihi* 216.

1600. 4. Sept. —— In duobus Conventibus Fratrum Eremitarum S. Hieronymi de Congregatione Beati Petri de Pisis, scilicet in Conventu S. Sebastiani Venetiarum ubi triginta quinque Fratres comprehensis duodecim Novitiis de Familia maneant, ac in Conventu Neapolitano Sanctæ MARIÆ Gratiarum ubi similiter maneant quinquaginta Fratres comprehensis sexdecim Novitiis de Familia, duo Novitiatus dicti Ordinis eriguntur & instituuntur: Facultas etiam conceditur, ut in primo dicto S. Sebastiani duodecim & in secundo dicto Conventibus

S. MA-

S. MARIÆ Gratiarum ſexdecim Novitii, qui qualitates requiſitas juxta Conſtitutionem ſuper receptione Novitiorum nuper editam (de qua ſupra, 1599. 20. Jun.) habeant, & ſervata in omnibus & per omnia dictæ Conſtitutionis forma, ad Habitum Ordinis præfati diſtinctum à Profeſſis & ad Profeſſionem admitti poſſint & valeant. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Conſtit.* 70. *quæ incipit* Ordinis veſtri.

1600. 13. Nov. —— Una Congregatio Italica Fratrum Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum, ſeparata à Congregatione Hiſpaniarum (de qua ſupra, 1593. 20. Dec.) & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjecta, ab uno Præpoſito cum Definitorum interventu regenda erigitur & inſtituitur: Huic ſic erectæ Congregationi & ejus Domibus ac Perſonis omnia communicantur Privilegia tam ſpiritualia quàm temporalia, quibus gaudet & gaudebit prædicta Hiſpaniarum Congregatio: Eidem facultas conceditur ubique extra Hiſpaniam (dummodo duodecim Religioſorum numerus ad minus commodè ali & commorari poſſit) Conventus erigendi, Bona etiam ſtabilia donata vel legata retinendi, & Novitios ad Habitum recipiendi in propriis Conventibus à Superiore deputandis, de licentia Commiſſarii ſeu Præpoſiti Generalis ejuſdem Congregationis, ſervata tamen forma Sacrorum Canonum & Conſtitutionum Apoſtolicarum ac Decretorum Pontificiorum & ipſius Ordinis Statutorum Regularium: Informationes autem pro dictis Novitiis admittendis receptæ, per vota ſecreta in Capitulis Conventus in quo hujuſmodi Novitii recipiendi erunt, approbentur: Prædictas Informationes, niſi aliàs habeantur, Superior Congregationis vel Conventus aliquibus Fratribus prudentia & zelo præſtantibus recipiendas committat, qui Commiſſarii illas recipiant de qualitatibus eorum qui recipiendi erunt ex præſcripto Conſtitutionum Apoſtolicarum: & ſi extra locum Conventus hujuſmodi In- 1338

Informationes recipiendæ fuerint, idem Superior illas modo præmisso recipiendas aliquibus Personis fide dignis committat. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 71. quæ incipit* In Apostolicæ. ¶ Vide infra, 1602. 2. Apr. & 1603. 19. Mar. ac 23. Jul.

1600. 13. Nov. —— In ipsa Congregatione Italica dictorum Fratrum Ordinis Carmelitarum Discalceatorum aliquis non recipiatur, etiam Discalceatorum Hispaniæ aut ab alia quacunque Religione Apostata aut fugitivus vel expulsus, aliter receptio sit nulla & ipse receptus statim reiici debeat: Nullus hujus Congregationis Religiosus curam aut gubernationem Monialium (etiamsi ejusdem Habitus & Regulæ existant) præterquàm Monasterii de JESU MARIA Januensis, suscipiat vel habeat: Omnes Conventuum Superiores cum eorum Sociis & Discretis ad electionem Præpositi & Definitorum Congregationis ac ad reliqua Bonum Congregationis ejusdem concernentia procedant, & Præpositus ritè electus intelligatur eo ipso confirmatus: Societatem denique seu Confraternitatem Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo instituendi & ei exercitia juxta Constitutiones præscribendi ac Personas in eandem Confraternitatem admittendi facultatem Commissario aut Præposito Congregationis impartitur *Clemens VIII. apud* eundem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.

1600. 5. Dec. —— Correctori Generali Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula conceditur, ut possit revidere & examinare quascunque absolutiones & rehabilitationes Fratrum privatorum voce activa & passiva, tam à Sacra Pœnitentiaria ac aliis Congregationibus quàm à Papa ipso & à Sede Apostolica impetratas, & valeat ipsos impetrantes ad litteras Apostolicas vel in forma Brevis sibi exhibendas etiam sub Censuris & pœnis Ecclesiasticis ac aliis opportunis juris & facti remediis cogere & compellere. *Clemens VIII. apud* Peyrin. *de Privileg.*

Re-

Regular. tom. 2. Constit. 3. quæ incipit Exponi, *pag. mihi* 234.

1600. 10. Dec. —— Milites Regulares Militiæ S. Jacobi, & Spathæ, aliique hujusmodi non emittentes omnia tria Vota substantialia, videlicet Paupertatis & Castitatis ac Obedientiæ, sunt capaces Beneficiorum sæcularium sive simplicium sive Curatorum ac etiam Pensionum, prout declaravit *Congregat. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatell. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 278. 1341

1600. 10. Dec. —— Visitator specialis facit cessare generalem, ex doctrina Jacobi de Aren. *in l. quod si verum*, §. *si quis post*, *ff. de legat.* 1. *& seq.* & procedit in Prælato Regulari, cui speciali jure censetur concessa jurisdictio privativè, Abbas *in c. Pastoralis*, *sub num. 6. vers. sed in Regularibus aliud puto*, & ibi Felin. *num.* 44. *de offic. Ordin.* prout dixit *Rota in Abulen. Juris Visitandi coram* Bononiensi, *decis. recent. par.* 2. *decis.* 33. *num.* 2. & habetur etiam apud Farinac. *decis. tom.* 3. *decis.* 33. 1342

1600. 12. Dec. —— Omnibus & singulis Mendicantium Ordinum Magistris & Ministris seu Prioribus Generalibus pro tempore existentibus conceditur, ut (cùm necessitas postulaverit) quilibet Ordinis sui spectatæ vitæ & eruditionis Religiosos, quos ad Evangelium prædicandum & Doctrinam Christianam docendum ac Sacramenta ministranda & alia munia Ecclesiastica obeunda idoneos judicaverint, in Japonicas & adjacentes Chinæ & Indiæ Orientalis Insulas per Lusitaniam dumtaxat & suscepta deinde navigatione in Indiam & Civitatem Goan atque ad Superiores Ordinum in illis partibus existentes transmittere valeant: & tam ipsi sic transmittendi quàm alii supradictorum Ordinum Religiosi in eisdem Indiarum partibus existentes & ad hoc munus obeundum à suis Magistris & Ministris vel Prioribus Generalibus seu alii Superioribus electi & approbati, tam ad Japonicas prædictas quàm ad alias 1343

pro-

proximas & adjacentes etiam Chinæ & finitimorum ac Terræ Firmæ Indiæ Orientalis Insulas & Regiones ac Provincias possint accedere: Dicti Ordinum Mendicantium Magistri & Ministri seu Priores Generales monentur, ut missiones hujusmodi per eos faciendæ sint utiles & fructuosæ ad Infidelium conversionem & Christianæ Fidei propagationem, absque ulla Ministrorum inter se contentione. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 74. quæ incipit* Onerosa *& refert etiam* Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap. 16. num. 28. pag. 85.* ¶ Vide tamen infra, 1608. 11. Jun. & 1609. 8. Jul. ac 1633. 22. Febr.

1600. 12. Dec. —— Ipsi Religiosi Ordinum Mendicantium ad dictas Japonicas & alias Indiæ Orientalis Insulas missi, obedientiæ suorum Superiorum subjecti maneant, ibique verbum Dei prædicare & Sacramenta ministrare debeant & quoad hoc sub obedientia Episcopi Diœcesani, & quandiù ibidem permanserint ac eis propria Provincia à suis Generalibus constituta non fuerit, de Provincia Indiæ Orientalis sui cujusque Ordinis sint: Si fortè aliquæ controversiæ inter Religiosos dictarum Religionum orientur, Episcopi tanquàm Sedis Apostolicæ Delegati illas terminent, sed graviora negotia ad Romanum Pontificem quantocius ab eisdem Episcopis referantur: Omnibus denique & singulis Religiosis sub Excommunicationis majoris (reservata Papæ absolutione) nec non privationis vocis activæ & passivæ ac dignitatum & administrationum quarumcunque necnon inhabilitatis ad illa & alia obtinenda pœnis ipso facto incurrendis interdicitur, ne ex Insulis Philippinis nuncupatis seu qualibet alia Indiarum Occidentalium parte in Japonicas ac alias illis adjacentes Insulas proficisci præsumant, nisi de præsenti prohibitione in aliquo Privilegio expressa mentio fiat cum sufficienti derogatione. *Clemens VIII. apud* eundem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1608. 11. Jun. & 1609. 8. Jul.

23. Dec.

1600. 23. Dec. —— Omnes & singuli Fratres Congregationis Beati Petri de Pisis Ordinis Eremitarum S. Hieronymi, qui pro Prælaturis & Dignitatibus ac Officiis in dicta Congregatione consequendis sive pro remissione pœnarum eis impositarum aut aliis quibuscunque Gratiis impetrandis ad Personas de gremio præfatæ Congregationis non existentes recurrerint, vel aliis minus legitimis & honestis viis prædicta procuraverint, illorum complices & fautores, ad eosdem gradus & honores obtinendos perpetuò inhabiles sint, obtentis eo ipso priventur, & sic privati voce activa & passiva careant, reservata Papæ dictarum pœnarum remissione: quæ quidem pœnæ ad eos etiam extenduntur, qui ne ex aliquo Monasterio removeantur seu ut in alterius Monasterii Familia deputentur, contra Capituli seu Superiorum voluntatem favores dictarum Personarum extra Ordinem existentium exquirere & obtinere præsumpserint: & ideo in virtute sanctæ obedientiæ & indignationis Papæ ac aliis omnibus prædictis pœnis præcipitur Visitatoribus & Difinitoribus ac aliis Prælatis, ne aliquos ullo unquam tempore precibus hujusmodi Personarum adducti ad dictos gradus & honores promoveant vel pœnas aliquas remittant, nullis aliter remanentibus electionibus & promotionibus, & condignis contra tales per ejusdem Congregationis Superiores inflictis pœnis: Has denique litteras in Generalibus & Provincialibus Congregationis præfatæ Capitulis quotannis publicè legi jubet *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit. quæ incipit* Ambitiosam, *statim post Constit.* 70. & meminit etiam Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap.* 10. *subnum.* 17. *pag. mihi* 53. 1345

1600. 29. Dec. —— Regulam Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis sub sexaginta octo paragraphis comprehensam reformat, aliqua Statuta in litteris Gregorii Decimiquarti contenta (de quibus supra, 1591. 21. Sept.) 1346

revocat, & Decretum superiùs positum & emanatum anno 1594. 31. Martii circa receptionem Novitiorum abrogat, litterisque suorum Prædecessorum in reliquis robur Apostolicæ confirmationis adiicit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 75. qua incipit* Superna, *& refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 4. num. 87. pag. mihi* 342.

1600. 29. Dec. —— Constitutio (de qua supra, 1553. 22. Oct.) edita pro Sacra Erèmo Montis Senarii de Ordine Fratrum Servorum Beatæ MARIÆ Virginis in Diœcesi Florentina perpetnò confirmatur: Vicarius eligendus pro regimine Domus & Erèmi prædictæ semper sit & esse debeat unus ex ipsis Eremitis, Sacerdos ætatis annorum supra triginta tres, qui saltem per biennium in Erèmo vixerit, vel in illius defectum ille ex Eremitis pro Vicario eligatur, qui magis accedit ad hujusmodi conditiones: Omnes Fratres Eremitæ annum Probationis in dicta Erèmo agere debeant, quamvis aliàs in Familia aliorum Fratrum Eremitarum emiserint Professionem, & eo anno elapso teneantur solemniter profiteri in manibus Prioris de Conventu Florentino Beatæ MARIÆ Annunciatæ, promittendo (juxta Constitutiones factas & faciendas) inter Fratres ipsos Eremitas perpetuò vivere; ideoque post Professionis emissionem non possint à Superioribus quoquo modo etiam ad breve tempus diverti, & quacunque relaxatione seu dispensatione penitus exposa: Liceat tamen Superioribus licentiam concedere infirmis & aliis ob aliquam legitimam causam, ut à servitio Chori sint immunes, nec non ab observatione Jejunii à Constitutionibus Erèmi indicti generaliter, quando dies festus solemnis incidit in ferias Jejuniorum seu ad jejunandum, quo casu altera die ejusdem hebdomadæ Fratres jejunent, ita ut in qualibet hebdomada Jejunium trium dierum compleatur. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constitut.*

qua

quæ incipit In his rebus, *statim post Constit.* 80.

1600. 29. Dec. —— Sæculares Novitii recipiendi & admittendi in dicta Erèmo Montis Senarii de Ordine Fratrum Servorum Beatæ MARIÆ Virginis sint saltem ætatis annorum viginti duorum, ac recipi & admitti non possint nisi de consensu Capituli Fratrum ipsius Domus & Erèmi nec non Prioris & Magistri Novitiorum de Conventu Beatæ MARIÆ Annunciatæ de Florentia, quorum insimul convenientium suffragia obtinere debeant, aliorum Superiorum consensu minimè requisito: Fratres verò de Familia jam professi, qui vitam & observantiam Fratrum Eremitarum profiteri voluerint, non admittantur nisi præcedente ejus consensu Capituli dicti Conventus Annunciatæ: Reiici verò vel admitti ad Professionem debeant tam Fratres de Familia prædicti quàm alii à Sæculo venientes Novitii de voto & auctoritate tantummodò Fratrum ipsius Erèmi, & post emissam Professionem unusquisque contentus sit loco sibi debito ratione temporis emissæ Professionis, nullo habito respectu graduum Magisterii vel Baccalaureatus aut alterius Dignitatis cujuscunque: Non liceat tamen Fratribus hujus Erèmi etiam iter agentibus vesci carnibus, nisi ex causa infirmitatis & tunc de consilio Medici Physici & de licentia Superioris Erèmi: quinimmò in ipsa Erèmo, nec etiam quibusvis aliis permittatur carnes comedere, sed cibis ipsis concessis & non aliis uti debeant. *Clemens VIII. apud* eundem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1612. 2. & 13. Oct. 1348

1600. 29. Dec. —— Quicunque illi sint, exceptis Superioribus & quibus à Priore Conventus ad pœnitentiam injunctum esset ut eandem vitam cum ipsis Eremitis Montis Senarii de Ordine Servorum Beatæ MARIÆ Virginis per plures dies ducerent, per duos tantùm dies ad hospitium recipiantur; quibus elapsis, hospitii & victus subministratio omnibus denegetur: Fratres Erèmi possint 1349

exigere & consequi ac habere quæcunque legata & eleemosynas quæ ipsi Erèmo fient, necnon quæcunque Bona mobilia & immobilia quæ Erèmo præfato quomodolibet obvenient per ingressum & Professionem Novitiorum seu per alios quomodocunque & qualitercunque: Ex dictis legatis & Bonis ac eorum redditibus non solùm Fratrum ibi degentium sustentationi ac Sacristiæ necessitati provideri valeat, sed etiam absque gravamine Conventus Sanctæ MARIÆ Annunciatæ de Florentia possit augeri Eremitarum numerus, liceatque novas Cellas construere etiam pro iis qui vitam vellent ducere omninò solitariam, quod fiat de consensu Discretorum dicti Conventus Annunciatæ. *Clemens VIII. apud* eundem, *ibidem*.

1601. 2. Jan. —— Transitus ad arctiorem Religionem conceditur, dummodo quis id non petat ad aufugiendam imminentem aliquorum admissorum criminum pœnam, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Capuccinorum*, & antea 1600. 12. *Dec. in alia S. Augustini*, *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. num. 2. pag. mihi* 107. *ubi etiam quod* præmittendus est novus Probationis annus, licèt transitus fiat ad reformationem arctiorem ejusdem Ordinis, *ex Congregat. Concil.* 1623. 2. *Aug.* non potest tamen Superior præcipere suo Subdito, ut transeat ad aliam Religionem etiam arctiorem, *ex ead. Congregat. in una S. Spiritus* 1603. 18. Mar. 135

1601. 9. Jan. —— Sacerdotibus omnibus tam Sæcularibus quàm Regularibus per universam Italiam extra Urbem degentibus, ad Confessiones probatis, quorumvis Ordinum etiam Mendicantium & Militiarum aut Congregationum, etiam Societatis JESU, & generaliter quarumcunque aliarum præcipitur, ne quis eorum sub prætextu Privilegiorum quovis modo eorum Ordinibus vel Congregationibus aut Collegiis sive Societatibus aut Archiconfraternitatibus Sæcularium vel singularibus Personis 135

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sonis concessorum vel confirmatorum, ab ullo ex Casibus clarè vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita contentis vel Sedi Apostolicæ reservatis aut reservandis, nec eriam à Casibus quos Ordinarii locorum sibi reservant & reservabunt, nisi in mortis articulo & cum nova Romani Pontificis & Ordinariorum respectivè in scriptis licentia, absolvere de cætero audeat, sed (cùm opus fuerit) Pœnitentes ad Superiores & legitimos Judices suos accedere consulat, sub Excommunicationis & privationis Officiorum & Dignitatum aut Beneficiorum, necnon inhabilitatis item audiendi Confessiones & ad quæcunque Officia & Beneficia obtinenda ipso facto incurrendis pœnis, reservata Papæ habilitatione & dispensatione ac absolutione. *Congregat. Episcopor. & Regular. de speciali mandato Clementis VIII. apud* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Casus reservati, *pag. mihi* 163. *& referunt etiam* Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 50. *num.* 286. Cabrinus *de Casib. reservat. in initio Operis*, Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 3. Murga *in Tract. de Benefic. Ecclesiast. quæst.* 2. *num.* 571. *pag.* 198. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 11. *quæst.* 17. *num.* 2. & Passerin. *de elect. canon. cap.* 26. *num.* 57. ac Novar. *Commentar.* 36. *num.* 1. *par.* 2. *pag.* 284. ¶ Vide infra, 1602. 26. Nov. & 1617. 7. Jan.

1350

1601. 16. Jan. —— In Monasteriis Monialium sibi subjectis non debent Regulares excludi ab administratione Bonorum, sed admitti simul cum Episcopo vel ejus Vicario, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Vercellen.* juxta Constitutionem Gregorii Decimiquinti (de qua infra 1622. 5. Febr.) *apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Regularis, *num.* 40.

1352

1601. 16. Jan. —— Regulares amoveri non debent ab aliqua Ecclesia, donec restituantur eis expensæ ab ipsis factæ pro fabrica ipsius Ecclesiæ & Conventus tam de redditibus Religionis quàm de eleemosynis communibus vel particularibus factis ad intui-

tum ipsorum Fratrum, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Servitar. apud* eund. *ibid. verb.* Restitutio, *num.* 4.

1601. 21. Jan. —— Si locorum Ordinarii dubitent, quod Regulares audiant Sæcularium Confessiones absque sua approbatione, cautè debent sine rumoribus Patentis ostensionem postulare, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Spoletana*, *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 5. *de pœnit. & remiss. num.* 11. *pag. mihi* 163. 1351

1601. 5. Febr. —— Quoad Defunctorum Officia & præcedentiam in Funeribus, Episcopus cogere debet etiam Regulares ad observandum solitum, prout rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Potentina*, deinde *eod. anno* 7. *Nov. &* 5. *Dec. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Sepultura, *num.* 16. 1351

1601. 8. Febr. —— Canonicus Regularis jussu sui Superioris degens in ædibus Parochialis Ecclesiæ suæ Congregationi unitæ, in qua curam Animarum exercet & Sacramenta administrat, si delictum non concernens dictam Animarum curam aut Sacramentorum administrationem commiserit, non potest ab Episcopo puniri quasi extra Monasterium degat, ut decisum refert Barbosa *in Concil. sess.* 6. *cap.* 3. *num.* 4. 1351

1601. 14. Febr. —— Canonici Regulares Lateranenses in linea veste & Clericali Habitu debeant interesse Orationi quadraginta Horarum in Ecclesia S. Sebastiani de Ravenna, ad hoc ut Monachos Casinenses præcedant, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Casinen. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 251. *qua incipit* Illustrissimi. 1351

1601. 20. Febr. —— In Sacra Erèmo Montis Senarii de Ordine Fratrum Servorum Beatæ MARIÆ Virginis propè Florentiam erigitur & instituitur Novitiatus ejusdem Ordinis, ut ibi Novitii, qui qualitates requisitas juxta Constitutionem (de qua supra, 1599. 20. Jun.) super receptione Novitio- 1351

rum

rum nuper editam habeant, ac servata in omnibus & per omnia dictæ Constitutionis forma, ad Habitum per Eremitas Ordinis præfati gestari solitum recipi, & deinde elapso Probationis anno ad Professionem per eosdem Eremitas emitti consuetam admitti libere & licitè possint ac valeant. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit. qua incipit* Ordinis vestri, *statim post Constit.* 80. ¶ Vide infra, 1612. 2. Oct.

1601. 27. Febr. —— Milites Lauretani Privilegium habent retinendi Pensiones, licèt Matrimonium contrahant, ut dixit *Rota in Æsina Pensionis coram* Ludovisio, *decis.* 18. *sub numer.* 2. & refert etiam Nicol. *in Flosc. verb.* Pensio, *num.* 5. *ubi etiam quod* & transferre eas possunt usque ad ducentos aureos, *ex ead. Rota apud Galles. decis.* 138. 1359

1601. 29. Febr. —— Si Ecclesia, præsertim Parochialis, sit membrum alicujus Abbatiæ, debet restaurari ex fructibus Ecclesiæ principalis, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Sorana, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 48. *de Eccles. adific. num.* 2. *pag. mihi* 138. 1360

1601. 13. Mar. —— Regularium Superiores, etiam Delegati, requisiti à Confessariis, promptè facultatem concedant absolvendi Subditos à sibi reservatis, alioquin Confessarius possit absolvere ab illo Casu absque facultate, ut resolvit *Congregat. Visit. Apostolic. de mandato Clementis VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 246. *qua incipit* Sanctissimus, *& referunt etiam* Bissus *in Hierurg. tom.* 2. *litt. P. num.* 189. §. *IV.* ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 23. *num.* 57. ¶ Vide supra, 1593. 26. Maii. 1361

1601. 13. Apr. —— In Ecclesia Sacri Monasterii Cavensis posse & debere Christifidelium defunctorum Corpora sepeliri, & Corpora ibidem sepeliri disponentium & ad alias Ecclesias delata ac sepulta, exhumanda esse & ad prædictam Monasterii Cavensis Ecclesiam deferenda & sepelienda, ex sententia 1362

à se delata contra Episcopum Cavensem decernit *Auditor Camera Apostolica, apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 463. qua incipit* Noveritis.

1601. 17. Apr. —— Superiores Regulares quorumvis Ordinum non retineant in suis Monasteriis & Locis Ecclesiasticis condemnatos aut Bannitos vel decoctores seu fallitos nec alias hujus generis Personas, sub pœna privationis officiorum & aliis majoribus etiam arbitrio Sanctitatis suæ, prout de mandato Clementis Octavi scripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Genuensi, apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. circa Constit. 4. ejusd. Pontific. num. 5. pag. mihi* 235. ex Scott. *in select. Bullar. theor.* 357. *vers. Porrò.* 1365

1601. 25. Apr. —— Omnia & singula Privilegia ac Indulta spiritualia Ordinibus Mendicantibus & non Mendicantibus quomodolibet concessa, ad Ordinem S. Hieronymi sub Regula S. Augustini in Regnis Hispaniarum existentem extendit & communicat *Clemens VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit.* 378. *qua incipit* In supremo. 164

1601. 29. Apr. —— Sanctum Raymundum Barcinonensem, Professorem Ordinis Fratrum Prædicatorum S. Dominici in numerum Sanctorum Confessorum refert, ejusque Festum die septima Januarii celebrari mandat *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 77. qua incipit* Romana *& refert etiam* Roderic. *de Privileg. Regular. tom. 2. Bulla 25. hujus Pontific. pag. mihi* 545. ¶ Hoc Festum modò celebratur die vigesima tertia ejusdem Januarii, juxta Decretum Clementis X. anno 1671. 23. Mar. apud Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom. 2. sect. 7. cap. 3. num. 23. pag. mihi* 103. 1381

1601. 2. Maii. —— Ad contribuendum Seminario tenentur etiam Regulares, prout respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Casenaten.* nisi sint exempti per Privilegium speciale, *ead. Congregat. 6. Aug. ejusd. anni:* ut exempti sunt Carthusiani, *ead. Congregat. in Cavalionen. 1587. 12. Maii:* & exempta est 1368

Con-

Congregatio Lateranensis, *ead. Congregat. in Carinolen.* & etiam exempti sunt Prioratus S. spiritus, *ead. Congregat. in Reatina* 1603. *6. Sept.* vel nisi vivant de eleemosynis, ut habet Nicol. *in Flosc. verb.* Seminarium, *num.* 8.

1601. 21. Maii. —— Non est prohibitum Superioribus Regularibus, ut aliquem Patrem sui loco delegent, mediante mandato procuratorio generali, ut suo nomine electionem faciat: Procuratores enim legitimè constituti ab impeditis cum generali mandato ad eligendum, non excluduntur à Concilio Tridentino, si mandatum non sit speciale de eligenda certa Persona, prout declaravit *Congregat. Concil. ad cap. 6. sess. 25. de Regularib.* & postea *in una S. Pauli Primi Eremitæ* 1631. 5. *Apr.* ac etiam *in altera Minimorum* 1632. 13. *Nov. apud* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. circa Constit. 6. sess. 2. in divis. subsect. 2. num. 657. pag. mihi* 180. 1367

1601. 4. Jun. —— Regulares exempti non possunt visitari & corrigi ab Ordinario, sed benè à Nuncio, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una S. Spiritus, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Obedientia, *sub numer.* 3. 1368

1601. 17. Jun. —— Canonici Regulares, licèt omnium laxissimæ Regulæ servire dicantur, non tamen ad aliam Religionem tranfire possunt, nisi Carthusianorum, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una S. Augustini, apud* d. Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. numer. 5. pag. mihi* 108. 1369

1601. 26. Jun. —— Intimatur omnibus & singulis quorumcunque Ordinum Mendicantium Generalibus sive Vicariis Generalibus, qualiter Clemens Octavus declaravit, quod pœnæ incursæ & incurrendæ per quosvis Regulares venientes ad Urbem sine licentia eorum Protectoris, vel eorum Generalis, vel aliàs juxta formam Decretorum generalium Reformationis suæ Sanctitatis, non possint remitti ab eorum Superioribus, sed debeat haberi recursus 1370

sus ad Sanctitatem suam, qui hujusmodi pœnarum dispensationem vel relaxationem sibi reservavit, prout mandavit *Congregatio Prælator. Visitat. & Reformat. Apostol. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Pœnæ, *sub num.* 1. *pag.* 402.

1601. 1. Jul. —— Monialium consecratio si spectet ex Privilegio ad Superiores Regulares, debent servari in earum consecratione omnes Cœrimoniæ, quæ in consecratione Virginum ab Episcopo facienda præscribuntur, ut respondit *Congregat. Rit. in Camaldulen. apud* Ascan. Tamburin. *de Jur. Abbatissar. disput.* 27. *quæsito* 5. *num.* 8. *ubi addit, quod* hoc maximè ab Abbatibus animadvertendum est, ut in re tanti momenti sint uniformes. ¶ *Abbas Generalis Congregationis Vallisumbrosanæ Moniales sibi subjectas ab immemorabili tempore consecrat*, ut habet d. Tamburin. *ibidem*.

1601. 3. Jul. —— Hierosolymitani transeuntes ad aliam Religionem, si redeant non facta Professione, reintegrari debent in primum locum, prout in una hujus Ordinis Militaris rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & remittuntur Magno Magistro id petenti, non obstante quod Sacra Congregatio mandaverit Ordinario, ut eos puniat, *ead. Congregat. in Nicoterana* 1603. 19. *Aug.* etiam cùm delinquunt extra Claustra, *ead. Congregat. in una dicti Ordinis* 1602. 12. *Mar.* eo tamen casu puniri possunt ab Episcopo ad terminos Concilii *sess.* 6. *cap.* 3. prout dixit *ead. Congregat. in Mediolanen.* 1581. 17. *Jun.* Ordinario quoque aliquando committitur, ut procedat contra eos, maximè si non communicant in Paschate, *ead. Congregat.* 1616. 26. *Febr. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Hierosolymitani, *numer.* 1. 2. & 3.

1601. 13. Jul. —— Abbates Mitræ usum habentes debent locum cedere Prothonotariis Apostolicis Participantibus in Capella Summi Pontificis, ut declaravit *Congregat. Rit. in Romana apud* Barbos. *in Sum. Apostolicar. Decis. Collect.* 616. *verb.* Prothonotarii

tarii de numero Participantium, *num. 7. pag. mihi* 309. & ex eo Corradus *in Prax. dispensat. Apostolic. lib. 5. cap. 6. num. 45.*

1601. 6. Aug. —— Commendatarius potest Visitare Monasterium sibi commendatum in iis quæ pertinent ad Curam Animarum & administrationem Sacramentorum, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Senogallien. seu Nullius*, & postea *in una Cistercien sium 17. Sept. ejusd. anni*, *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 39. num. 8.* ac etiam *in Flosc ul. verb.* Visitatio Ordinaria, *num. 4. ubi quod* non tamen potest visitare quoad Disciplinam Regularem, *ex ead. Congregat. 1647. 2. Aug.* 1374

1601. 1. Oct. —— Debitor, facta cessione Bonorum, potest ad Professionem admitti, non obstante Bulla Sisti Quinti (de qua supra, 1587. 26. Nov.) ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Carthusianorum*, *apud* d. Nicol. *in Flosc ul. verb.* Professio, *num. 2. ubi etiam quod* nisi obligatus esset ad ratiocinia, quia tunc ante rationem redditam admitti non posset, *ex ead. Congregat. in una Theatinorum 1602. 3. Dec.* 1375

1601. 2. Oct. —— Canonicus, qui sit Miles Regularis, non potest supra Habitum Canonicalem deferre Crucem Ordinis Militaris, ut respondit *Congregatio Rituum in Toletana*, *apud* Barbos. *in Tract. de Canonic. & Dignitatib. cap. 28. num. 39.* 1376

1601. 25. Oct. —— Ad secundum Novitiatus annum possunt compelli Professi, si Constitutiones Ordinis ita disponant, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Dominicanorum*, *apud* Nicol. *in Flosc ul. verb.* Novitius, *num. 13. ubi num. 15. ait*, *quod* Superiores seu Prælati Religionum possunt pro tempore Novitiatus dispensare cum Novitiis, sicut cum aliis Religiosis etiam in Votis, ex Bonacin. *tom. 2. de præceptis*, *disp. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 4. num. 27.* 1377

1601. 14. Nov. —— Potest quis admitti ad Professionem expressam, non obstante quod tacitam emiserit, 1378

ſerit, ſine præjudicio Jurium per tacitam Profeſſionem Religioni quæſitorum, ut reſolvit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Auguſtinianorum*, apud d. Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. num. 28. pag. mihi* 112.

1601. 20. Nov. —— Non poteſt Epiſcopus generaliter prohibere, ne quis prædicet in Eccleſiis ſuorum Ordinum, ſed ſolùm in aliquo caſu particulari, quia non poteſt contradicere ſine juxta cauſa, quam licèt ipſis Regularibus explicare non teneatur, non tamen præſumitur pro quolibet tempore & reſpectu quorumlibet ſubjectorum unius Religionis, ut cenſuit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Salernitana*, *apud* Nicol. *in dd. Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. num. 26.*

1601. 27. Nov. —— Etiam Parochi Locorum exemptorum examinari debent ab Epiſcopo, prout declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Maſſanenſi*: Et ſi ſint Nullius, ab Epiſcopo viciniori, ut reſolvit *Congregat. Concil. in Urbinaten. 1610. 13. Jun.* Qui ſi Curam exerceant cem ſola approbatione ſui Prælati, debent ſuſpendi, ut ſuſpendendos eſſe decrevit *ead. Congregat. in Reatina 1602. 17. Dec. apud* eund. *in Floſcul. verb.* Parochus, *num. 25.*

1601. 1. Dec. —— Quicunque non promotus ad Sacrum Presbyteratus Ordinem, repertus fuerit Miſſarum celebrationem uſurpaſſe vel Sacramentalem Confeſſionem audiviſſe, à Judicibus Sanctæ Inquiſitionis vel locorum Ordinariis tanquàm miſericordia indignus abiiciatur à Foro Eccleſiaſtico, & ab Ordinibus Eccleſiaſticis (ſi quos habuerit) ritè degradatus, ſtatim Curiæ Sæculari tradatur, per Judices Sæculares debitis pœnis plectendus. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit.* 81. *quæ incipit* Etſi aliàs, *& refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 15. quæſito 7. num. 53. pag. mihi* 154. ¶ Hæc Conſtitutio eſt una ex legendis à Regularibus, prout infra, 1633. 14. Apr.

1601. 5. Dec. —— In Officiis Defunctorum peragendis

gendis & in Præcedentia in Funeribus ſervanda debet Epiſcopus cogere etiam Regulares ad obſervandum ſolitum, prout reſpondit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Potentina, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Sepultura, *num.* 16.

1602. 9. Jan. —— Patronis Capellarum in Eccleſiis Regularium præfigitur terminus ad eas reſarciendas; quo elapſo, datur facultas Fratribus diſponendi ad libitum, verbi gratia, diruendi vel aliis concedendi, ut hujuſmodi licentiam dedit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Conventualium, apud* eund. *ibid. verb.* Patronus, *num.* 32. 1383

1602. 9. Jan. —— Regulares non poſſunt Aromatariam tenere niſi pro ſeipſis, quo caſu viſitari non poſſunt à Prothomedico, prout reſolvit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Neapolitana*: Permitti tamen poteſt Regularibus & Monialibus præſertim pauperibus vendere medicinalia ſuæ Aromatoriæ, renovandi gratia, maximè pretiis moderatis, ut permittit *ead. Congregat. in d. Neapolitana* 1643. 11. *Oct. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Aromatarius, *num.* 4. 1384

1602. 21. Jan. —— Fratres Minores Obſervantes ſuum Procuratorem Generalem hactenus habuerunt & habere potuerunt, & ex fidibus exhibitis ab ipſis Fratribus conſtat, dictum eorundem Procuratorem Generalem in Capella Pontificia ante Procuratorem Generalem Fratrum Conventualium Ordinis S. Franciſci in quaſi poſſeſſione ſedendi manutenendum eſſe. *Congregat. Rit. approbante Sanctiſſimo, juxta Decretum antea emanatum anno* 1593. 25. *Nov. apud* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 25. *quæſito* 8. *num.* 13. *pag.* 395. & refert etiam Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Procurator, *ſub num.* 6. *pag.* 446. 1385

1602. 3. Febr. —— Miniſter Generalis Congregationis Capuccinorum de Ordine Fratrum Minorum S. Franciſci & Diffinitores in Capitulo Generali congregati & in eodem Capitulo tantùm, quibuſvis ejuſdem Congregationis Religioſis ad Confeſſiones audiendas approbatis (prout ipſis Miniſtro Generali & 1386

li & Diffinitoribus videbitur) licentiam audiendi Sæcularium utriusque sexus Confessiones usque ad novi Capituli Generalis celebrationem & non ultra (& sic de Capitulo Generali in Capitulum Generale) concedere respectivè possint & valeant. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 82. quæ incipit* Aliàs.

1602. 5. Febr. —— Regulares non tenentur Oleorum consecrationi intervenire in die Feriæ quintæ in Cœna Domini, nisi habeant Curam Animarum, prout declaravit & rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Feltren. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 15. numer. 4. in fine.* 1387

1602. 11. Febr. —— Separatio & Divisio Definitoris & Fratrum Recollectorum Discalceatorum de Ordine Eremitarum S. Augustini in Regnis Hispanicis existentium à Provinciale & Fratribus Provinciæ Castellæ de Ordine Fratrum Calceatorum Eremitarum S. Augustini per Dominicum Archiepiscopum Sipontinum & Apostolicæ Sedis Nuncium facta approbatur & confirmatur: Ipsius Definitoris ac Fratrum Recollectorum Discalceatorum Conventus recepti & recipiendi, in Provinciam S. Augustini nuncupandam Fratrum Recollectorum Discalceatorum Hispaniarum perpetuò eriguntur cum Priore Provinciali de triennio in triennio in suo Capitulo eligendo: Hæc Provincia sic erecta omnibus gaudeat & singulis Privilegiis, quibus aliæ Provinciæ dicti Ordinis & præsertim Provincia Castellæ fruuntur & fruentur, salva Regulari eorundem Fratrum Recollectorum Discalceatorum Observantia: Insuper nova hæc Provincia S. Augustini jurisdictioni & reformationi Prioris Generalis totius Ordinis immediatè supponitur, qui eam personaliter visitare & reformare possit, sed in hujusmodi Visitatione unum Definitorem eorumdem Fratrum Recollectorum ex antiquioribus & alterum Religiosum magis idoneum ex eisdem Fratribus Recollectis, à quibus status Provinciæ haberi possit, 1388

fit, assumere teneatur: Ipse tamen Prior Generalis neque ante neque post hujusmodi Visitationem neque in ipso actu Visitationis ipsis Fratribus Recollectis aliquam exemptionem aut libertatem concedere, neque Institutis dictæ novæ Provinciæ derogare, sed illorum transgressores castigare ac pœnis inflictis in eisdem Institutis afficere possit: Neminem quoque non professum valeat induere habitum hujusmodi Recollectorum, & inductus privari possit à quocunque: Cuivis denique Fratri Recollecto Discalceato professo ad Fratres Calceatos ejusdem Ordinis sive ad alium Ordinem laxiorem transire non liceat sine speciali Sedis Apostolicæ licentia sub pœnis per Apostolicas Constitutiones & Regularia ejusdem Ordinis Instituta inflictis eo ipso incurrendis. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. in Constit. 36. Gregorii XV. quæ incipit* Ad Sacram. *& meminit etiam* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. circa Constit. 6. subsect. 2. num. 127. pag. mihi* 125. ex Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 7. quæsito 2. num. 5.*

1602. 26. Mar. —— Fratres Minores Observantes sunt capaces legatorum Sacristiæ applicandorum, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una dicti Ordinis, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Observantes, *num.* 10. *ubi etiam quod* dicti Minores de Observantia sunt incapaces legatorum cum onere Missarum, ut resolvit *Congregat. Concil. in Romana* 1659. 23. *Aug.* 1389

1602. 2. Apr. —— Constitutiones Sixti Quinti (de quibus supra, 1587. 26. Nov. & 1588. 21. Oct.) quoad eam partem, per quam eorum qui formam in eisdem Constitutionibus præscriptam de cætero non servaverint, & quoad alios etiam casus ibidem expressos in quibus receptorum in quibuscunque etiam Mendicantium Ordinibus Professio nulla declaratur, ad terminos Juris & Sacrorum Canonum reducuntur, perinde ac si prædictæ Constitutiones in illa parte editæ non fuissent: Verùm pœnas con- 1390

tra Superiores quorumcunque Ordinum etiam Mendicantium hujuſmodi, qui in admittendis Regularibus ad Habitum & Profeſſionem non ſervaverint formam earundem Conſtitutionum aut aliter quovis modo contrafecerint, in ipſis Conſtitutionibus inflictas vult ſalvas eſſe, & ſic ſtatuit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 83. qua incipit* In ſuprema, *& referunt etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Monaſteria & Conventus, *pag. mihi 329.* ac Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. par. 1. tract. 2. Conſtit. 4.* nec non Roderic. *in Collect. Privilegior. Regular. tom. 2. Bulla 7. pag. 527.*

1602. 5. Apr. —— Poſſunt Ordinarii locorum ſtatuere, ne Regulares audiant Sæcularium Confeſſiones, antequàm Patentes ſuæ Approbationis oſtenderint Confitentium ſeu Locorum Parochis, prout poſſe declaravit *Congregat. Epiſcopor & Regular. in una Servitarum, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiſſ. numer. 11. pag. mihi 163.* 1397

1602. 23. Apr. —— Religioſi Dominicani non habent jus viſitandi Confraternitates Laicorum erectas in eorum Eccleſiis, nec eis permitti debet, ut Vicario Spoletano reſcripſit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 20. num. 32. ubi num. 33. ait, quod* facultates eiſdem Patribus tributæ ſuperintendentiæ ſpiritualis in Societates Ss. ROSARII extenduntur ad illas, quæ reperiuntur erectæ extra eorum Eccleſias, ut eidemmet Ordinario Spoletano reſpondit *ead Congregat. 1603. 13. Maii.* 1398

1602. 23. Apr. —— Monachi non poſſunt aliquid poſſidere tanquam proprium: & ſi eis relinquatur vel debeatur aliqua Penſio aut Uſusfructus, ſpectat ad Monaſterium, prout reſolvit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Olivetanorum, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 3. tit. 1. num. 89. pag. mihi 152.* 1399

1602. 5. Maii. —— In Eccleſiis, quas nunc habent & quas in poſterum ædificabunt vel quovis modo 1400

do obtinebunt Fratres Minores Ordinis S. Franciſci de ſtrictiori Obſervantia ſeu Reformati, in quibus non ſunt Organa vel Paramenta aut Vaſa Eccleſiaſtica, non poſſint ea de novo facere, nec etiam ſi piorum eleemoſynis vel donatione aut quovis alio titulo offerrentur ſeu fierent, illa valeant acceptare, ſed teneantur obſervare Regulam cum declarationibus Nicolai Tertii & Clementis Quinti ac Septimi: In Eccleſiis verò, quas nunc habent vel in poſterum habebunt & acceptabunt ſive Fratrum de Familia ſive quavis alia conceſſione obtinebunt, in quibus eſſent hujuſmodi Organa & Paramenta ac Vaſa eiſdem Eccleſiis applicata, conceditur quod ſine ſcrupulo aliquo & conſcientiæ onere poſſint ea tenere & illis uti, donec duraverint. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Conſtitut.* 84. *quæ incipit* Sanctiſſimus.

1602. 19. Maii. —— Ultra formam traditam in Conſtitutionibus Sixti Quinti (de quibus ſupra, 1587. 26. Nov. & 1588. 21. Oct.) & Clementis Octavi ſuper receptione Novitiorum, mandatur, ne in Conventibus ſeu Monaſteriis ad Novitios recipiendos de Sanctitatis ſuæ ſeu Congregationis Reformationis licentia deſignatis vel deſignandis Novitii ad Habitum recipiantur, niſi prius ab ipſa Congregatione vel à locorum Ordinariis, in quorum Diœceſi Novitiatus recipiendorum exiſtunt, nominatim Novitii ipſi approbati fuerint & licentiam in ſcriptis gratis concedendam obtinuerint: Dicti Ordinarii omnem adhibeant diligentiam, ut circa qualitates in ipſis Novitiis requiſitas obſerventur Inſtitutiones pro ipſis recipiendis ab eadem Congregatione factæ & publicatæ, neque alio modo aliquem ad Habitum recipi permittant, ſub onere conſcientiæ propriæ: Firmis nihilominus remanentibus pœnis omnibus contra Superiores quorumcunque Ordinum, qui in admittendis ad Habitum & Profeſſionem Novitiis non ſervaverint formam Conſtitutionum & Inſtitutionum prædictarum, vel Novi- 1395

tium aliquem, quantumvis idoneum & approbatum in Conventu & Loco seu Monasterio hactenus designato vel designando receperint, aut ultra numerum præscriptum seu præscribendum admiserint, seu aliàs præmissis quovis modo contrafecerint. *Clemens VIII. apud* d. Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. quæ incipit* Sanctissimus, *statim post Constit.* 83. & referunt etiam Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Monasteria & Conventus, *pag. mihi* 320. Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. post Constit. 9. Urbani VIII. pag.* 296. & Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 6. quæsito 4. num. 17. pag.* 96. ¶ Vide infra, 1624. 21. Sept.

1602. 4. Jun. —— Quando Frater & Monialis invicem peccant, Frater traditur Curiæ Sæculari, Monialis verò immuratur, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Clodien.* & antea *in una Carmelitarum* 1601. 28. *Febr. ac in Tarvisina* 1588. 15. *Oct. & in Tortonen.* 1589. 14. *Mar. nec non in Ferrarien.* 1601. 27. *Mar. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Pœna, *num.* 5. *ubi num.* 2. *ait, quod* immuratio, de qua fit mentio *in cap. Accusatus* 8. §. *fin. de hæret. in* 6. fit, claudendo Monialem intra Cellam ejusdem Monasterii, obstructa muro janua, & relicta tantùm parva fenestella ad recipiendum lumen & altera ad subministrandum victum: hæc autem pœna imponi solet propter exitum à Monasterio ad malum finem & ob delicta carnis consumata ac alia gravissima, ut respondit *ead. Congregat. in Ragusina* 1620. 16. *Mar.*

1602. 10. Jun. —— Monachi Congregationis Casinensis non sunt ullo modo cogendi accedere nisi ad Processionem Sanctissimi SACRAMENTI, juxta eorum antiquam consuetudinem, quam eis ubique conservandam esse censuit & declaravit *Congregat. Rit. in Casinen. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit.* 253. *quæ incipit* Pro Monachis, *& refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 24. quæsito 8. nu. 2. pag. mihi* 339. ac Barbosa *de potest. Episc. par. 3. alleg. 78. nu. 23.* Vide etiam infra, 1638. 17. Nov. 10. Jun.

1602. 10. Jun. —— Regulares, qui Confessiones Sæcularium audire præsumunt licentia ab Ordinario petita licèt non obtenta, inhabilitantur ad Confessiones audiendas ad beneplacitum Sacræ Congregationis, & præterea mandatur, ut per eorum Superiores graviter puniantur, prout mandat *Congregat. Episcopor. & Regular. in Vulterrana*: ac etiam per Ordinarium carcerari resolvit *ead. Congregat. in una Capuccinorum, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. num. 11. vers. Ex quibus, pag. mihi* 163. 1398

1602. 18. Jun. —— Religioso ætate provecto, & qui multa expendit pro utilitate Monasterii, dari debet aliquod subsidium de consensu Superiorum, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Beatæ MARIÆ de Mercede, apud* d. Nicol. *in Floscul. verb.* Pauper, *numer. 4. ubi num. 5. ait, quod* potest Regularis recipere subventionem à Sæcularibus, sed de manu & ad libitum Superiorum, ut permisit *ead. Congregat. in altera Dominicanorum 1602. 2. Jul.* 1399

1602. 3. Jul. —— Facultas concessa Generali dispensandi cum suis Regularibus super defectum Natalium ad Dignitates Ordinis, non includit facultatem dispensandi cum Monialibus, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* eundem, *ibidem, verb.* Illegitimus, *numer.* 3. ubi tamen ait, quod Illegitima non potest esse Abbatissa vel Prioriss, nisi habilitetur à Sanctissimo vel ab *ead. Congregat. in Messanen. 1625. 15. Apr.* ¶ Vide supra, 1588. 21. Oct. 1400

1602. 2. Aug. —— Regularium Officiales possunt ire soli, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Cassinensium*: Non removentur ante tempus sine causa, ut resolvit *ead. Congregat. anno* 1646 26. *Sept.* sed Cassinenses absolvere possunt suos Officiales ab officio sine causa, dummodo ex novem consentiant saltem septem Diffinitores, prout declaravit *ead. Congregat.* 1653. 4. *Apr. apud* Nicol. 1401

in *Floscul. verb.* Officialis, *num.* 5. & 7. *ubi etiam quod* alioquin dicti Regularium Officiales capti ab hostibus, si intra tempus officii revertantur, recuperant illud jure postliminii, ut respondit *ead. Congregat. in una Carmelitarum* 1650. 22. *Aug.* & 1652. 2. Jun.

1602. 8. Aug. —— Non potest Episcopus visitare Beneficia simplicia Regularia, quibus ipsi Regulares deserviunt, nisi probet præscriptionem, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* d. Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 4. *vers. VI. amplia.*

1602. 30. Aug. —— In Regnis Hispanicis Castellæ & Legionis servetur Cœremoniale Episcoporum quoad generales Processiones, ita ut Fratres seu Monachi vel Ordines Regularium antecedant, & Presbyteri seu Cleri sæculares Ordines, quem S. Petri vocant, subsequantur & ultimum locum obtineant, nec mixtim cum Regularibus incedant: ideoque moneantur omnes Generales & Provinciales ac quicunque alii Regularium Superiores, ut prædicta omnia etiam sub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis infligendis observari faciant, & numerum debitum & decentem ac consuetum Fratrum ad Processiones mittant, non obstante quacunque prætensa consuetudine in contrarium, quam abusum esse declarat *Congregat. Rit. de mandato Clementis VIII. apud* Barbos. *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 78. *num.* 35.

1602. 2. Sept. —— Provincialis & Fratres Tertii Ordinis Provinciæ Dalmatiæ & Justinopolitanæ perpetuò subiiciuntur Vicario & Visitatori Generali Tertii Ordinis S. Francisci de Italia, illique sub hujusmodi Vicarii & Visitatoris Generalis obedientia Fratribus ejusdem Ordinis de Italia uniuntur: Eisdem Provinciali & Fratribus Dalmatiæ & Justinopolitanæ conceditur, ut frui possint & valeant ac debeant omnibus Privilegiis & voce activa ac passiva in Capitulis generalibus & in electione Vicarii

catii & Visitatoris Generalis hujusmodi ad instar Provincialium & Fratrum Italiæ ejusdem Ordinis: & ideo in virtute sanctæ Obedientiæ mandatur Vicario & Visitatori Generali prædicto, ut Provincialem & Fratres præfatos Provinciæ Dalmatiæ & Justinopolitanæ sub ejus curam & gubernium benignè recipiat & ea qua decet charitate prosequatur: Illis verò Provinciali & Fratribus præcipitur, ut prædicto Vicario & Visitatori Generali obedientiam & reverentiam præstent & exhibeant, illumque debita honorificentia prosequantur, alioquin sententiam sive pœnam, quam ipse Vicarius & Visitator Generalis ritè tulerit seu statuerit in rebelles, ratam habebit & usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari faciet Summus Pontifex *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 91. *qua incipit* Pro nostri.

1602. 7. Sept. —— Fratres Minores Ordinis S. Francisci de strictiori Observantia Reformati, qui non novam sed eandem Regulam, quam Beatus Franciscus condidit & Honorius Tertius (prout supra, 1223. 29. Nov.) confirmavit & quam etiam Fratres de Familia nuncupati Ordinis Minorum de Observantia observant, veri Filii & indubitati Fratres Ordinis S. Francisci sunt & in conscientia tuti existunt: Iidem Reformati ubique locorum existentes omnibus & singulis gaudeant Privilegiis, quibus dicti Fratres de Familia gaudent & gaudebunt, dummodo strictiori Observantiæ non adversentur: Nullus itaque in posterum prædictos Fratres Reformatos appellare audeat seu præsumat novos Religiosos aut novæ Regulæ Professores, ut in virtute sanctæ Obedientiæ omnibus & singulis mandat *Clemens VIII. apud* d. Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 92. *qua incipit* Ex injuncto. ¶ Vide etiam infra, 1644. 20. Apr. 1405

1602. 8. Sept. —— Regulares in Civitate vel Diœcesi commorantes, non tenentur recitare Officia propria Sanctorum illius Diœcesis vel quæ de con- 1406

suetudine in Ecclesia recitantur in Choro, prout declaravit *Congregatio Rituum, apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom. 2. sect. 1. cap. 5. tit. 2. numer. 5. pag. mihi 5.*

1602. 26. Sept. —— Occasione Festorum non debent Ecclesiæ Regularium apertæ teneri ultra dimidiam noctis horam, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Molphetana, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Festum, *num. 6. ubi num. 8. ait, quod* Festa & Vigiliæ non annunciantur à Regularibus, nisi exerceant Curam Animarum, vel nisi Parochus consentiat, ut dixit *ead. Congregat. in una Burgi S. Domnini* 1603 15. *Dec.* 1407

1602. 27. Sept. —— Si Episcopus sit Commendatarius Abbatiæ Nullius Diœcesis, non potest ibi illius Subditis Ordines conferre vel Synodum aut Concursum facere, sed benè Confirmationis Sacramentum administrare ac Altaria & Capellas consecrare & alia Pontificalia exercere, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Celsonen. apud* eund. *in dd. Flosc. verb.* Nullius, *num. 5.* 1408

1602. 5. Oct. —— Mobilia superflua debent auferri Religioso, & poni in communi Deposito, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Beatæ MARIÆ de Mercede, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Pauper, *num. 7. ubi num. 6. ait, quod* non debet Regulari redditos certus assignari, neque temporis neque quantitatis, ut censuit *ead. Congregat. in alia ejusd. Ordinis de Mercede* 1601. 2. *Jan.* & postea *in una Augustinianorum* 1604. 14. *Dec.* 1409

1602. 25. Oct. —— In Habitu Sæculari fieri non potest Noviciatus, prout decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Mediolanen.* & antea *in Senogallien. die* 17. *Apr. ejusd. anni* 1602. *apud* eundem, *ibidem, verb.* Novitius, *numer. 26. pagin. mihi* 334. 1410

1602. 5. Nov. —— Regulares etiam possunt Animarum Curam exercere, quando sunt grati Popu- 1411

lo

lo & expetiti à Domino Loci, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Aquen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Cura Animarum, *num.* 11. *ubi etiam quod* præsertim si Curam habeant annexam eorum Conventui: & in defectum Professorum, etiam Novitii, ut concedit *ead. Congregat. in una Cisterciensium* 1620. 22. *Sept.* & antea *in Aretina* 1595. 21. *Jun. & in Nucerina* 1592. 25. *Febr. ac in Pampilonen.* 1591. 26. *Nov.* ¶ Vide supra, 1567. 24. Mar. 1407

1602. 15. Nov. —— Cùm Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum in Civitate Calaritana de Regno Sardiniæ commorantes recusent dare præcedentiam Fratribus Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo ibidem existentibus, non obstante Decisione in Sacro Rotæ Auditorio ad favorem Carmelitarum facta & supra posita 1600. 10. Martii, ac per Visitatores Apostolicos sub die 27. Aprilis ejusdem anni confirmata, sed non sine scandalo Populi ad publicas Processiones & Funera Defunctorum cum ipsis Fratribus Carmelitanis accedere nolint, ideo prædictos Fratres Beatæ MARIÆ de Mercede cogendos esse, ut ad Processiones publicas & Funeralia accedant & præcedentiam dictis Fratribus Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo relinquant juxta Decisionem & Confirmationem prædictas, decernit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 95. *quæ incipit* Decet, *& refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 25. *quæsito* 8. *num.* 1. *pag. mihi* 390. ¶ Ne autem dictæ Litteræ Apostolicæ intelligantur pro quibusdam particularibus tantùm Locis concessæ, ideo Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo ubique locorum Fratribus ejusdem Beatæ MARIÆ de Mercede præcedere debere ac dictas Litteras in omnibus Locis observandas esse declarat idem Pontifex anno 1604. 20. Sept. apud d. Cherubin. *ibid. Constit. quæ incipit* Ad Romanum, *statim post d. Constit.* 95. 1412

1602. 26. Nov. —— Ut clariùs appareat, in quibus Casibus vigore Decreti (supra positi & editi 1601. 9. Jan.) reservatis intelligatur prohibita Absolutio, declaratur, sub ejusdem Decreti prohibitione illos tantùm comprehendi Casus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta continentur: ac præterea Violationis Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorii Decimiquarti, quæ incipit *Cùm aliàs nonnulli*: Violationis Clausuræ Monialium ad malum finem: Provocantium & pugnantium in Duello juxta Decretum Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionem Gregorii Decimitertii quæ incipit *Ad tollendum*: Iniicientium violentas manus in Clericos juxta Canonem *Si quis suadente* 17. *quæst.* 4. ac Juris dispositionem: Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis: Item omnes Casus, quos Ordinarii locorum sibi reservarunt vel in posterum reservabunt: In quibus omnibus jam enumeratis Casibus dumtaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi Confessiones, dictum Decretum in sua firmitate & pristino robore permaneat. *Congregat. Episcopor. & Regular. de mandato Clementis VIII. apud* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Casus reservati, *pag. mihi* 163. *& referunt etiam* Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 50. *num.* 286. Murga *disquis. moral. tom.* 2. *disquis.* 1. *num.* 189. *pag.* 159. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 2. *disput.* 13 *quæsito* 13. *num.* 5. *pag.* 149. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 2. *par.* 1. *tract.* 11. *quæst.* 17. *num.* 2. Passerin. *de elect. canon. cap.* 26. *num.* 57. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. nec non Novar. *Commentar.* 36. *num.* 2. *pag.* 285. 141

1602. 26. Nov. —— Declaratur præterea, eos quidem Sacerdotes tam Sæculares quàm Regulares, qui aliquo ex Privilegiis vel Indultis aut facultatibus in Decreto (suprapositio & edito 1601. 9. Jan.) expressis suffulti fuerint, posse juxta eorum Privilegia vel Indulta aut facultates usu ante idem Decretum 141

tum receptas & quæ sub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantùm & non aliàs, absolvere à Casibus in præsenti declaratione non comprehensis: aliis verò Sacerdotibus hujusmodi Privilegia non habentibus nihil de novo concedi declaratur: Ne quis autem Sacerdotum Sæcularium aut Regularium, sub prætextu quod per primò dictum Decretum non fuerit sufficienter eorum specialibus Privilegiis derogatum, eidem Decreto sic declarato contravenire audeat, Sanctitas sua Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis in favorem quorumcunque Ordinum seu Institutorum Regularium aut Sacerdotum tam Sæcularium quàm Regularium editis, nec non eorundem Ordinum seu Institutorum ac etiam Ecclesiarum & Monasteriorum ac aliorum Sæcularium seu Regularium Locorum quorumcunque quomodolibet roboratis Statutis vel Consuetudinibus, ac etiam Privilegiis & Indultis vel Litteris Apostolicis etiam Mari Magno seu Bulla Aurea aut aliàs nuncupatis cuivis Ordini seu Instituto ac etiam Ecclesiæ & Monasterio seu Sæculari vel Regulari Loco aut Personæ quovis modo concessis, quoad ea quæ præsentibus adversantur & ideo illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogat, contrariis quibuscunque non obstantibus. *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1617. 7. Jan. & 1628. 17. Nov.

1602. 28. Nov. —— Episcopus, cui fuit commissa exploratio voluntatis Puellæ existentis in Monasterio Regularibus subjecto, non potest hoc exequi sine interventu vel consensu Superiorum ejusdem Monasterii, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Pisauren. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Voluntas, *num.* 5. 1415

1602. 2. Dec. —— Quando à Generali ac Ministris Provincialibus vel Custodibus & Guardianis ac aliis Superioribus Regularibus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia imponitur Subditis 1416

mor-

mortificationis gratiâ pro culpis levibus disciplina vel alia pœnitentia in Refectorio vel alibi facienda, nullus eorum quibus talis pœnitentia injungitur, possit ad hujusmodi Ordinis Protectorem sive ad alios Superiores Regulares eidem Protectori subjectos appellare: Si quis autem contrafecerit, triduo carceri mancipetur, & in pane & aqua jejunet: Item si quis pœnitentias impositas à prædictis Superiobus revelaverit aliis quàm suis Superioribus, pœnæ inobedientiæ subjaceat. *Hieronymus Cardinalis Matthæjus dicti Ordinis Protector, apud* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Monasteria & Conventus, *pag. mihi* 327.

1602. 10. Dec. —— Non liceat Regularibus, etiam in eorum propriis Ecclesiis, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum publicè adorandum exponere, nisi ex causa publica quæ probata sit ab Ordinario: Ex causa autem privata possint, dummodo Sanctissimum Sacramentum è Tabernaculo non extrahatur, & velatum remaneat, ita ut ipsa Hostia videri non possit, prout resolvit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Eucharistia, *num.* 23. & Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *num.* 1. 1417

1602. 10. Dec. —— Potest Episcopus Visitare Parochias subjectas Commendatoribus, nec ab ipsis valet allegari suspectus, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Portugallien. apud* eundem, *ibidem, verbo* Episcopus, *num.* 56. 1418

1603. 24. Jan. —— Opponi non potest nullitas alicujus rei ex defectu Mandati, eo quod non sit factum à Fratribus capitulariter, quia concluditur valere Mandatum factum per Priorem ejusdem Conventus sine consensu Fratrum, per *cap. edoceri*, & ibi Felin. *sub num.* 6. *de rescript.* Gloss. & DD. *in Clem. fin. de Procur.* & eò magis, si accedat ratificatio Monasterii per productionem jurium ad Causam facientium, & sportularum assignationem, quæ supplet omnem defectum Mandati, si adesset, *decis.* 20. *de* 1419

Pro-

Procur. in nov. prout dixit *Rota in Ulixbonen. Pradii coram* Ortembergo, *apud* Posthium *de manutenen. decis.* 415. *sub num.* 8. 9. & 10. *pag. mihi* 318.

1603. 27. Jan. —— Milites Hierosolymitani non possunt disponere non solùm de Bonis, quæ ad ipsos pervenerunt intuitu suæ Religionis, sed nec de Patrimonialibus aut aliunde quæsitis, Paleot. *decis.* 82. Caputaq. *decis.* 68. *lib.* 1. *in manusc.* & hoc non solùm ex dispositione Statutorum dictæ Religionis, sed etiam juxta juris communis dispositionem, quia sunt verè & propriè Religiosi, Abb. *in cap.* 2. *num.* 3. *in fin. de stat. Monach.* & propterea testari non possunt, *cap. cum ad Monasterium, in fin. de stat. Monach. cap. in præsentia, de prob. not. in Auth. ingressi, C. de Sacros. Eccl.* non enim habent nolle & velle, quia in totum dependent à voluntate Magni Magistri, Mohed. *decis.* 10. *in fin. de caus. poss. & propr.* quæ est potissima ratio, quare Religiosi testari non possunt, ut Bald. *in d. Auth. ingressi, in* 2. *not. apud Rotam in Interamnen. Bonorum coram* Bononiensi, *decis. recent. par.* 2. *decis.* 76. *num.* 1. ubi *num.* 4. *dictum etiam fuit, quod* Bona undecunque Religiosis veniant, Monasterio acquisita dicuntur, *cap.* 1. 18. *qu.* 1. Gloss. *in cap.* 1. *in gloss. penult. de testam.* & in Equite Hierosolymitano tradit Paleot. *d. decis.* 82. 1420

¶ Hæc Decisio confirmata fuit *die* 5. *Maii ejusd. anni* 1603. *coram* eod. *ibid. decis.* 87. & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 3. *decis.* 87.

1603. 28. Jan. —— Præscriptio diligentiarum adhibendarum in admittendis ad Religionem, non habet locum cum iis, qui transeunt de una Religione ad aliam, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Ministrantium Infirmis, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 31. *num.* 38. *pag. mihi* 115. 1421

1603. 4. Mar. —— Arma prohibita teneri non possunt neque in Conventibus Ecclesiasticorum tam Sæcularium quàm Regularium, prout rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flos-* 1422

cul.

cul. verb. Arma, *sub num. 7. pag. mihi* 31. ¶ In Statu Mediolanensi nullus Regularis cujuscunque Ordinis Arma cujusvis generis prohibita, præsertim verò Scoplos rotatos tam longiores quàm etiam breviores, intra Ecclesias & sua Monasteria tenere audeat vel præsumat, sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, ac insuper privationis Officiorum & Dignitatum ac Beneficiorum, nec non inhabilitatis ad quæcunque Officia in posterum obtinenda ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, prout innovando Decretum Clementis Quinti de Armis sub pœna Excommunicationis intra septa Monasteriorum non tenendis statuit. *eadem Congregatio apud* Lezana *in Sum. Quæst. Regular. tom. 3. verb.* Arma, *numer. 3. pag. 46.* ex Naldo *in Sum. verb.* Religiosus, *sub numer. 50.* & ex Bordon. *resolut. 26. sub numer. 1.*

1603. 13. Mar. —— Ecclesiæ Regularium habent omnes ex privilegio jus Sepulturæ, licèt non sint Conventus formati, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Mediolanen.* etsi nuper erectæ, prout declaravit *ead. Congregat.* 1593. 17. *Novemb.* dummodo tali juri sive privilegio non fuerit renunciatum, prout renunciare possunt omnes Ecclesiæ, quæ non sunt Parochiales, juxta *cap. 1. de pactis, in 6. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 4. tit. de Interdictis, num. 20.* 143

1603. 19. Mar. —— Quod attinet ad Novitiorum recipiendorum formam, ultra diligentem perquisitionem quæ habenda erit de uniuscujusque natalibus & corporis habitudine ac moribus & vita anteacta, ac præcipuè eorum qui sextumdecimum ætatis suæ annum excedent, an criminosi vel ære alieno gravati aut reddendæ alicujus administrationis rationi obnoxii sint juxta formam Constitutionis Sixti Quinti & moderationum subsecutarum, de quibus supra 1587. 26. Nov. & 1588. 21. Octobris: illud etiam Superiores, ad quos spectabit, sedulò perquirant, ut quibus in Monasteriis & Conventibus 144

ex

ex Apostolica facultate Novitiatus fuerint instituti, in iis ad Religionem nullus in posterum admittatur qui & ex honestis Parentibus natus non sit & conditiones à Sacris Canonibus ac Summorum Pontificum Constitutionibus præscriptas non habeat, juxta Decretum super forma recipiendi Novitios editum & supra positum 1602. 19. Maii: Quisque recipiendus in aliquo Ordine Regulari etiam Mendicantium, in ea sit ætate constitutus quam ejus Ordinis, in quo recipietur, Regularia Instituta & Ordinationes requirunt: Eam verò litterarum scientiam calleat aut illius addiscendæ spem indubiam præseferat, ut minores & (suis temporibus) majores Ordines juxta Decreta Concilii Tridentini suscipere valeat: Sed si quis annum vigesimumquintum excedens, ad Habitum Regularem admitti postulaverit & talis eruditionis expers inventus fuerit, in Conversorum tantùm (quibus litterarum scientia non est necessaria) numerum referatur: ipsi autem Conversi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum, & nisi saltem præcipua Doctrinæ Christianæ capita noverint. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. quæ incipit* Cùm ad regularem, *statim post Constit.* 83. & referunt etiam Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Monasteria & Conventus, *pag. mihi* 321. Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. circa Constit.* 10. *Urbani VIII.* §. 79. *pag.* 296. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 6. *quæsito* 4. *num.* 17. *pag.* 96. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. par.* 1. *tract.* 2. *Constit.* 5. ac Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 254.

1603. 19. Mar. —— Superiores Regulares diligenter exquirant, quo Spiritu & qua mente ac voluntate id regularis vitæ genus elegerint recipiendi ad Habitum, quem sibi finem proposuerint, num zelo melioris frugis ac perfectioris vitæ & ut Deo liberiùs famulari possint, an potius levitate vel humano aliquo affectu aut inordinato animi motu ducantur, & an eorum Parentes ope & subsidio ipsorum indigen- 1425

gentes destituantur: Provideant quoque, ut omnes etiam Conversi recipiendi, priusquàm ad Habitum Regularem admittantur, ab iis quibus munus hoc incumbit, de Regula quam professuri sunt & de tribus Votis essentialibus ac statu regulari & aliis cujusque Ordinis peculiaribus Institutis & Constitutionibus diligenter instruantur: Et quia quarumdam Religionum moris est, nedum Conversos ad Professionem admittendos, verùm etiam Oblatos (ut vocant) recipere, ideo circa ipsorum Oblatorum receptionem unaquæque Religio suas peculiares Constitutiones & specialia Instituta observare teneatur: Statim ac Novitii ad Habitum recepti & in locum Novitiatus introducti fuerint, per generalem omnium peccatorum Confessionem discutiant & expurgent totius anteactæ vitæ conscientiam. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1603. 19. Mar. —— Quod verò ad loci qualitatem unius cujusque Novitiatus spectat, Locus hujusmodi propria clausura ab ea parte Conventus & Monasterii in qua degunt Professi, segregatus sit atque distinctus, habeatque tot ad dormiendum Cellulas separatas quot erunt numero Novitii, vel Dormitorium ita capax ut pro singulis singuli Lectuli commodè sterni possint, in quo etiam Cellula vel certus & determinatus locus pro Magistro & ejus Socio reperiatur: in eo etiam (præter alias communes commoditates) aptus locus adsit ad spirituales collationes seu conferentias faciendas ac lectiones & instructiones Magistri audiendas, & in quem hiemis tempore ad calefaciendum se igne communi recipiant: Oratorium insuper seu Capella (si commodè fieri poterit) ad Novitios in spiritualibus & præsertim in Cœremoniis & Ecclesiasticis Functionibus exercendos habeatur: Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem benè concluſus atque munitus adsit; sin minus, Hortum cœteris Fratribus communem ingrediantur recreationis tempore: ipsis verò Novitiis ibi commorantibus, curabit Magister

(cum

(cum loci Superioris auctoritate, si opus fuerit) ne in eundem quisquam alius ingrediatur. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1603. 19. Mar. —— Ad hujusmodi locum Novitiatus, nemini ejusdem vel alterius Ordinis Regulari etiam Conventus & Monasterii Officiali ullo unquam tempore sub quovis prætextu aditus pateat, præterquam Magistro & ejus Socio ac etiam Monasterii aut Conventus Superiori, si quandocunque ingrediendum sibi necessariò existimaverit, quo tamen casu aliquem semper ex senioribus Conventus vel Monasterii Patribus socium assumat: Hujus loci clausuræ clavis apud Magistrum semper asservevetur & illi soli liceat ex gravi tantùm causa ingressum illuc alicui permittere: Si quis autem Novitiorum quempiam alloqui voluerit, Magistro præsente & non aliter alloquatur: Novitiorum Magistro Socius (si per Novitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit) vita & moribus quoad fieri poterit consimilis deputetur, qui in his quæ ad Novitiatus regimen spectant, dicto Magistro immediatè subjectus existat: Eligantur tam Magister quàm Socius per Provinciale Capitulum, subituri hujusmodi onus per triennium ad minus: Quod si aliquo casu extra tempus Capitulare nova Loca Novitiatus concedi contingat, tunc electionem Magistri Novitiorum & Socii hujusmodi in his novis Locis per Generalem vel Provincialem seu Ministrum aut eorum Visitatores seu Vicarios (de Diffinitorum tamen vel graviorum aliorum Patrum consensu) fieri permittitur: & idem servetur, si intra triennium contigerit alterum vel utrumque urgenti aliqua de causa ex illis locis amoveri vel mori, in cujus vel quorum locum alii consimiles subrogari debeant. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*. 1427

1603. 19. Mar. —— Tam Novitiorum Magister quàm Socius ab iis omnibus officiis & oneribus vacationem habeant quæ Novitiorum curam & regimen impedire valeant: Ipse Magister Sacerdotali 1428

Ordi-

Ordine sit initiatus ac in quinto saltem supra trigesimum ætatis suæ anno constitutus & per decennium à Professione emissa in Religione perstiterit: Socius verò trigesimum annum excedat, sintque ambo doctrina & (quantum per Superiorum diligentiam & vires fieri poterit) vitæ etiam anteactæ exemplo præstantes, orationis præterea & mortificationis operibus addicti, prudentia & charitate referti, non sine affabilitate graves, zelum Dei cum mansuetudine præseferentes, ab omni cordis ac animi perturbatione (ira præsertim & indignatione, quæ in se & erga alios charitatem impedire consueverunt) quàm longissimè alieni, & tales demùm qui in omnibus seipsos bonorum operum exemplum præbeant, ut qui eorum curæ subsunt non tam illos metuant quàm revereantur, nec illis unquam detrahere quicquam possint: Habère etiam debet Magister plenam & absolutam potestatem circa Novitiorum institutionem ac Novitiatus regimen, ita ut in illis nemini (Visitatoribus ac Superioribus majoribus vel etiam localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1603. 19. Mar. —— Curam adhibeat diligentem prædictus Novitiorum Magister, ut Novitii omnes in regulari disciplina sedulò exerceantur, & agnoscant præcipuè Divinæ (qua digni facti sunt) vocationis præstantiam & excellentiam, quæ vera sit atque perfecta Votorum solemnium & quàm necessaria cujusque Ordinis Constitutionum observantia, agnoscant modum in oratione tum vocali tum mentali fructuosè persistendi & illicitas passiones ac vitia (ad quæ natura per peccatum labefactata omni tempore prona est atque proclivis) per sensuum custodiam & mortificationem cohibendi, agnoscant denique austeritatem & jejunia ac cilitia & disciplinas nec non conscientiæ puritatem & crebam illius discussionem ac Sacramentorum frequentiam, Confessionis præsertim, quæ bis saltem singulis mensibus fiat, per aperitionem quotidianam motuum interno-

ternorum, cordis & tentationum manifestationem, per exercitium humilitatis circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium: Quilibet Novitius bis quotidie orationi mentali & vocali incumbat, unusquisque secundùm propriam capacitatem & ordinem sibi à Magistro præscriptum, ac pluries in die propriam conscientiam unusquisque examinare contendat: Ipsi autem Magistro soli Novitiorum Confessiones audiendi cura committatur: Liceat tamen Superiori etiam locali (si ita expedire judicaverit) vel per seipsum vel per alium ab eo deputandum semel aut bis in anno eorundem Novitiorùm Confessiones audire. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Notandum, quod Confessiones audiendi facultas concedi potest Novitiis Sacerdotibus, nisi obstent Statuta Religionum, ut habet Nicol. *in Flosc. verb.* Novitius, *num.* 17.

1603. 19. Mar. —— Quotidie Novitii intersint Missæ sacrificio & statutis horis in Choro assistant nocturnis atque diurnis Divinis Officiis: Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant quæ in solitario loco & commodo extra Novitiatum semel in hebdomada vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper Magistro præsente vel Socio, qui multum invigilent, ne duo ab aliis commorentur disjuncti; atque eo tempore, cujusque, in quam natura feratur, propensionem scrutentur: Non liceat eis (durante Novitiatus & Probationis tempore) unà cum Professis, nisi in Choro & in Ecclesia tempore Officiorum ac in Processionibus aut in Cœnaculo causa refectionis, commorari, nec eis permittatur Professos comitari Domo exeuntes: Pro communibus & propriis necessitatibus quæ accidere possunt, unus ex Novitiis ipsis ætate & moribus provectior deputetur, qui (absente socio sed Magistro permittente) omnia agat, prout opus fuerit, cui etiam januæ 1430

custodia & rerum levioris momenti provisio intra Novitiatum committi poterit. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1603. 19. Mar. —— Cùm autem licèt Clericorum 143
bene instituendorum cura debeat esse præcipua, Conversorum tamen religiosa instructio non sit prætermittenda, quin potius æquanimiter amplexanda, quandoquidem satis exploratum est istorum etiam Regulam profitentium eandem perfectam educationem tum Religioni decorem & ornamentum tum aliis Christifidelibus ædificationem & exemplum atque utilitatem afferre, ideo Conversis ipsis à Clericorum Novitiatu separatus ad dormiendum locus (quantum commodè fieri poterit) assignari præcipitur: Illi tamen, hac separatione non obstante, Magistro Novitiorum seu Superioribus Monasteriorum & Conventuum juxta cujusque Ordinis Statuta & Constitutiones subditi esse & obedientiam præstare debebunt, à quo non tantùm circa corporalia obsequia probandi & exercendi, verùm etiam pro eorum capacitate & commoditate erunt diligenter instruendi de spiritualibus & præsertim de modo mentaliter orandi: quod ut commodius fiat, ad Capitula & spirituales Conciones quæ per Magistros Novitiis fieri solent, accersiri debeant & statutis horis in Ecclesiis conveniant, nisi tunc in suis officiis actualiter occupati fuerint: Tempore verò Probationis elapso, ii tantùm qui non solùm religiosæ perfectionis capaces sed ad laborem corporalem apti novo ac diligenti examine reperti fuerint (dummodo ætatis suæ annum quoad Clericos decimum sextum, quo verò ad Conversos vigesimum primum excesserint) ad Professionem admittantur: sed qui ad Conversorum Habitum recepti fuerint, ad Clericorum statum transire non possint, etiam durante tempore Probationis. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1603. 19. Mar. —— Superior cujuslibet Conventus 143
in quo Novitiatus fuerit constitutus, particularem

Li-

Librum habeat in quo uniuscujusque Novitii Professio registretur, illamque Novitius professus propria manu & duo Testes præsentes subscribant: Conversus verò litterarum ignarus, professus, in eorumdem Testium se subscribentium præsentia apponat propria manu signum Crucis, asserveturque Liber & custodiatur in Archivio ubi Scripturæ ad Monasterium seu Conventum pertinentes reponi consueverunt: Quia verò in quibusdam Ordinibus Filiationis usus est receptus, eos quos prænarratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum Locorum Filios juxta cujusque Ordinis Constitutiones adscribere licitum sit Superioribus Monasteriorum & Conventuum, & sic adscriptos (cùm juxta præsentes Institutiones & aliàs servatis servandis ad Ordinem recepti fuerint) ad Loca Novitiatuum cum testimonialibus litteris transmittere valeant, ubi tanquam dictorum Conventuum seu Monasteriorum Filii, eorundem nomine & instantia, recipi ac in Novitiatu probari, & deinde antequam ad eadem Monasteria seu Conventus Filiationis hujusmodi remittantur, in Professorio ad perfectionem exerceri debebunt: Porrò, ne loca unius Monasterii seu Conventus ab alio præoccupentur, Capituli Generalis aut Provincialis partes erunt, numerum præscribere pro omnibus & eam similiter rationem circa alimentorum contributionem (si opus fuerit) inire ac singulis Conventibus & Monasteriis præscribere, quæ magis expedire videbitur. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1603. 19. Mar. —— Ut Novitii jam in Professorum numerum recepti, melius in bono spiritu & regularis disciplinæ observantia stabiliantur & confirmentur, mandatur, ut statim post Professionem emissam, si in Conventibus aut in Monasteriis assignatis pro Novitiatibus locus aderit secundi Novitiatus sive Professorii, ab ea quæ Novitiorum est atque antiquorum Professorum habitatione distinctus & separatus, ibi collocentur si Monasterium aut 1433

Conventus eos alere queat; sin minus, in alium commodiorem Conventum aut Monasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis ad Novitiatum supranarratis reperiatur vel accommodetur aut de novo construatur: Ab hoc tamen illæ Religiones excipiuntur quæ suarum Constitutionum seu Indultorum vigore, majoris temporis cursu novos Professos intra Novitiatum detinère consuescunt, quibus in hac parte non derogatur; illis tamen permittitur, ut prædictis earum Constitutionibus non obstantibus, id ipsum facere possint si id rationi ac Religioni magis expedire judicaverint; quibus in locis degant sub regulis & modo vivendi adhuc arctiori quàm servent antiquiores Professi, ita quod in negotiis Monasteriorum aut Conventuum non se intromittere nec communibus tractatibus interesse neque alicujus exterioris obedientiæ officium exercere debeant; ibique permaneant quousque ad ætatem Sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem devenerint vel saltem per triennium post Professionem, quo etiam tempore poterunt & debebunt literarum studiis operam navare, sub directione ac regimine Superioris qui eas qualitates habeat, quibus Novitiorum Magistrum præditum esse oportère dictum est. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1603. 19. Mar. —— Declaratur tamen, quod propter præmissa non censeatur concessa licentia recipiendi Novitios nisi in locis pro Novitiatu designatis aut designandis, & pro numero dumtaxat in eorum singulis præscripto aut præscribendo: Denique si illi qui inter Religiosos gradu & ordine Superiores sunt, & alii ad quos spectat, in prædictis omnibus vel eorum aliquo deliquerint seu quovis modo contrafecerint, officiorum omnium tunc obtentorum privationem & graviores pro modo admissæ culpæ pœnas se subituros certò sciant. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*. 143

1603. 15. Apr. —— Conversus factus Sacerdos debet iterum emittere Professionem Clericalem, si diversa 143

versa est à laicali, prout declaravit & respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Minimorum S. Francisci de Paula, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Professio, *num.* 3.

1603. 21. Apr. —— Abbates & alii Prælati inferiores possunt à residentia recedere ex justâ & rationabili causa, *ex Clem.* 1. ubi Gloss. *de stat. Monach.* & absentia pro negotiis propriis dicitur causa rationabilis & justa, *ex can. præsentium* 1. *quæst.* 7. Gloss. *in cap. relatum, verb. Prælatorum, & in cap. ex par. il* 2. *verb. perjurium, de Cler. non resid.* & hæc causa justa & rationabilis debet esse talis, quod justum impedimentum dici valeat, prout habet *Rota in Alerien. Fructuum coram* Pamphilio, *apud* Ascan. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 14. *quæsito* 4. *num.* 5. ubi *num.* 6. *ait, quod* non dicitur justum impedimentum, quando negotium potest per Procuratorem tractari: *& num.* 12. *addit etiam*, solam justam causam non sufficere ad excusandum à non residendo, sed requirendam esse Superioris licentiam, *ex d. cap. relatum*, ubi Gloss. *per illum text. in d. verb. Prælatorum, apud d. Rotam in Placentina Salarii* 1607. 7. *Maii coram* Penia. 1436

1603. 5. Maii. —— Milites Hierosolymitani sunt veri Religiosi, qui non habent testandi facultatem, *cap. cùm ad Monasterium, in fin. de stat. Monach.* latè Franc. *in rubr. de testam. in* 6. *sub num.* 65. nec obstat, quod hujusmodi Miles non sit Claustralis, sed Professus Commendæ, & propterea habeat velle & nolle, Gloss. *in cap.* 2. *in verb. Religiosus, de testam. in* 6. quia hoc non procedit in his Militibus, Mohedan. *decis.* 10. *de caus. possess. & propr.* & istæ Præceptoriæ non sunt Beneficia perpetua, sed manualia, & ab illis possunt Milites ad nutum Magni Magistri amoveri: ultra quod habitatio extra Claustrum non facit Monachum testabilem, ut videmus in Monacho facto Episcopo, qui testari non potest, Gloss. *in cap.* 1. & ibi Covar. *de testam.* Franc. *in d. rubr. sub num.* 76. & ex eis dixit & firmavit *Rota* 1437

in *Interamnen. Bonorum coram* Ludovisio, *decis.* 109. *à numer.* 1. *ad* 5. *pag. mihi* 97.

1603. 27. Maii. —— Nec locorum Ordinarii, nec Superiores Regulares possunt aliquam Monialem sibi subjectam ex uno Monasterio ad aliud transmittere etiam ex causa seditionis vel incorrigibilitatis aut criminis perpetrati: incorrigibiles enim eiici non possunt, neque transferri, inconsulta Sede Apostolica, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Tamburin. *de Jur. Abbatissar. disput.* 21. *quæsito* 3. *num.* 4. *& quæsito* 4. *num.* 2. & refert etiam Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 89. 143

1603. 10. Jun. —— Ubi Episcopi tam ex consuetudine & Privilegio quàm ex Sacrorum Canonum Constitutionibus ac Pontificalis Romani præscripto aut alio jure Pontificalia exercère aut Pontificalibus Paramentis cum Mitra vel etiam sola Cappa induti, in quibusvis Regularium tam Mendicantium quàm non Mendicantium & Monachorum etiam Cassinensium ac Clericorum vel Presbyterorum & cujusvis alterius Ordinis seu Militiæ vel Societatis aut Congregationis Ecclesiis interesse possunt, ipsi Regulares (quoties opus fuerit) teneantur ibi & debeant in loco ad Solium Episcopi constituendum opportuno & congruo Baldachinum attollere: Eis autem id facere negligentibus aut nolentibus, liceat eisdem Episcopis illud asportari & in quacunque eorundem Regularium aut alia quantumvis exempta Ecclesia supra Episcopale Solium seu Pontificale Faldistorium erigi facere atque sub eo sedère & stare, quemadmodum in propriis & Cathedralibus eorum Ecclesiis stare & sedère solent, eo tamen dumtaxat tempore quo Pontificales hujusmodi functiones exercebunt, vel dum peragetur actus ipse cui in Pontificalibus aderunt: Si qui verò Regularium huic Decreto inobedientes & contumaces fuerint, sciant se ab eisdem Episcopis ad id per Censuras & pœnas Ecclesiasticas cogi & compelli posse, ac aliis 143

pœ-

pœnis tam ſpiritualibus quàm temporalibus arbitrio Summi Pontificis ſubjacere & obnoxios eſſe. *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Decreto quod incipit* Decet, *apud* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Privilegia Regularium, *pag. mihi* 408. & ex eo Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *circa Conſtit.* 26. *Leonis X.* §. 24. *num.* 45 *pag.* 153. & referunt etiam Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſito* 15. *num.* 17. Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *alleg.* 80. *num.* 17. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 13. *quæſt.* 74. *num.* 7. Novar. *Commentar* 19. *pag. mihi* 26. Lezana *in ſum. Quæſt. Regular. verb. Baldachinum, num.* 3. *pag.* 49. ac meminit etiam Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Baldachinum, *num.* 1. & Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 24. *num.* 11. ¶ Vide ſupra, 1593. 6. Jul. 1431 1431

1603. 13. Jul. —— Regularibus prohiberi non debet, ne audiant Confeſſiones Infirmorum in ipſorum Domibus, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Obſervantium, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Infirmus, *num.* 3. *ubi num.* 2. *ait, quod* ideo Infirmi confiteri poſſunt cuicunque approbato Confeſſario, prout reſolvit *ead. Congregat. in Anconitana* 1645. 6. *Oct.* 1440

1603. 15. Jun. —— Omnia & ſingula Privilegia & Indulta ſpiritualia & temporalia etiam per modum communicationis & extenſionis inter ſe & cum aliis Ordinibus Mendicantium & non Mendicantium quomodolibet per quoſcunque Romanos Pontifices Ordini Minimorum S. Franciſci de Paula & ejus Perſonis ac Locis conceſſa (quatenus tamen ſint in uſu, & non ſint revocata, ſeu ſub aliquibus revocationibus comprehenſa, ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis non adverſentur) perpetuò confirmat & approbat *Clemens VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *Conſtit.* 1. *quæ incipit* Injuncti, *pag. mihi* 228. 1441

1603. 5. Jul. —— Clericos ſæculares in Eccleſia Cathedrali Montis Regalis de Sicilia deputatos ad Di- 1442

vina Officia uniformi ritu cum Monachis Casinensibus ibidem constitutis persolvenda, cum superpelliceis in eodem Choro cum Monachis quidem sed in inferioribus Stallis & subtus Monachos ac à dextris & à sinistris, non autem in Choro Monachis separato convenire debere decernit *Rota in Montis Regalis coram* Coccino, *apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 466.*

1603. 23. Jul. —— Regulares non tenentur contribuere donativis propter Nuptias, si ea specialiter & expressè non promiserunt, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Cassinensium*, & antea *in alia Olivetanorum sub die 23. Apr. ejusd. anni*, *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 2. tit. 7. de donationib. §. Est & aliud, num. 33. pag. mihi 107.* 144

1603. 23. Jul. —— Locorum Ordinarii non possunt licentiam ad novos Conventus cujuscunque Mendicantium Ordinis in Civitatibus & Locis ordinariæ eorum jurisdictioni subjectis erigendos impertiri, nisi vocatis & auditis aliorum in eisdem Civitatibus & Locis existentium Conventuum Prioribus seu Procuratoribus & aliis interesse habentibus, & nisi causa servatis servandis cognita constiterit in eisdem Civitatibus & Locis novos hujusmodi erigendos Conventus sine aliorum detrimento commodè sustentari posse: Si verò ab eorum sententiis in hujusmodi Causis ad Apostolicam Sedem provocari & appellari contigerit, ipsi Ordinarii tandiù erectionem novorum Conventuum suspendere debeant, quousque à dicta Sede Apostolica in eadem Causa pronunciatum extiterit. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 99. quæ incipit* Quoniam, *& referunt etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Monasteria & Conventus, *pag. mihi 331.* Roderic. *de Privileg. Regular. tom. 2. Bulla 18. pag. 533.* Barbosa *de potest. Episc. tom. 2. in fine pag. mihi 68.* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 3. disput. 5. quæsito 1. num. 16. pag. 53.* & iterum *de Jur. Abbatissar. disput. 33. quæsito 1. numer. 3. pag. 197.* Murga *in Tract.* 144

de

de Benefic. Eccles. quæst. 8. *num.* 61. *pag.* 675. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 1. *quæst.* 14. *num.* 5. Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap.* 9. *numer.* 35. *pag. mihi* 46. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag.* 414. ¶ Vide tamen infra, 1605. 12. Dec. & 1610. 8. Maii. ¶ Vide etiam infra, 1622. 17. Aug. & 1624. 28. Aug.

1603. 24. Jul. —— Omnibus & singulis Ministris Provincialibus & aliis tam Prælatis quàm Subditis totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia præcipitur in virtute sanctæ obedientiæ, ne deinceps quis illorum cùm contigerit Conventum aliquem pro Reformatione introducenda de mandato Superiorum effectivè assignari Fratribus strictioris Observantiæ seu Reformatis, audeat per se vel alium quovis prætextu auferre vel abscondere aut aliis sive extra sive intra Ordinem tradere quicquam attinens quovis titulo ad publicam utilitatem & communitatem dictorum Conventuum Reformatis concedendorum, vel ad id efficiendum præsumant consilium aut auxilium sive favorem ullo modo præbere: Qui secus fecerit, eo ipso omnibus Officiis & Dignitatibus ac Honoribus Ordinis & utraque voce in perpetuum privatus existat, & pro qualitate delicti etiam carceribus mancipetur, ac in subsidium mulctetur pœna Excommunicationis, prout confirmando Decretum à Cardinale Ordinis præfati Protectore emanatum die ultima Junii ejusdem anni statuit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 100. *qua incipit* Decet. 1445

1603. 4. Aug. —— Ordinarius prius prohibeat Regularibus ne accedant ad Balnea, postea eos, si ibi nudi inveniantur, carcerari mandet, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Augustinianorum, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Balneum, *numer.* 1. *ubi numer.* 2. *ait, quod* Monialibus Italiæ regulariter negatur licentia eundi ad Balnea, ut 1446

ut reſcripſit *ead. Congregat. in Piſana* 1581. 20. *Januar.*

1603. 4. Aug. —— Non poſſunt Ordinarii prohibere Regularibus, ne quæſtuent ante Confraternitates, niſi probetur conſuetudo in individuo, prout declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Carmelitarum, apud* eund. *in dd. Floſcul. verb.* Quæſtor, *num.* 12.

1603. 19. Aug. —— Clavem Clauſuræ Monialium à parte exteriori non debet tenere Superior Regularis ipſarum Monialium, ut decrevit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Peruſina, apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 96.

1603. 20. Aug. —— Congregatio Reformatorum Diſcalceatorum Ordinis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ de Monte Carmelo eſt de quatuor Ordinibus Mendicantibus, ipſiſque omnia Ordinis totius Privilegia tanquam propria competere declaratur, cui declarationi ſi quis contradicere præſumpſerit, ille Anathematis vinculo innodatur: Dicti Carmelitæ Diſcalceati nullo modo decurſu temporis aut alio præſcriptionis modo locum & præeminentiam aut aliam prærogativam Ordini Carmelitarum competentem perdant, nec in toto vel in parte neque unquam in dubium revocetur, ita ut quoties, quæ per humilitatem prætermittunt, ob Juſtitiæ ordinem repetere voluerint, propria auctoritate poſſint & valeant: Licèt autem ob ædificationem Fidelium maximè noviter ad Fidem venientium in Indiis, propriæ quieti cedentes, ad Proceſſiones tam privatas quàm generales exierint vel exeant, cùm in ſtrictiori clauſura perpetuò degant juxta Regulam quam profitentur, ad Proceſſiones generales compelli nunquam poſſint. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Conſtit.* 101. *quæ incipit* Romanum. *& refert etiam* Roderic. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *Bulla* 27. *hujus Pontific. pag.* 556. ¶ Vide ſupra, 1567. 1. Oct.

1. Sept.

1603. 1. Sept. —— Ad hoc ut in Congregatione Patavina nuncupata *Sapientia* & in aliis Canonici Regulares Lateranenſes præcedant Monachos Caſinenſes, ſufficit ut ipſi Canonici Regulares, dimiſſa tantummodo ſuperiori veſte nigra, remaneant in linea veſte videlicèt in Rocchetto abſque Superpelliceo, & tunc intelligantur eſſe in Habitu Clericali, juxta ſententiam ſupra relatam & editam 1564. 15. Januarii, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular.* In poſterum tamen tam in eadem Congregatione Patavina quàm in aliis ejuſmodi Congregationibus obſervetur, quod neque ſimplices Monachi neque ſimplices Canonici ſed ipſorum Monaſteriorum Abbates ad dictas Congregationes accedant & conveniant, qui eo ordine & loco ſedere debeant, quo per dictam ſententiam diſpoſitum & ſtatutum eſt: Quod ſi contingat unius Monaſterii Abbatem, alterius verò Monachum ſeu Canonicum privatum ad eas accedere, debeat Abbas ſemper præcedere: Si verò eorum qui adfuerint, neuter in Abbatiali Dignitate fuerit conſtitutus, imo ſimplex uterque ſit Religioſus, tunc neuter eorum ad Congregationem ſit admittendus: & hoc ſine præjudicio tamen Jurium partium & per modum proviſionis ac donec aliter provideatur & mandatum fuerit, prout decrevit *ead. Congregat.* 1606. 22. *Febr. apud* Margarin. *in Bullar. Caſinen. tom.* 1. *Conſtitut.* 256. *qua incipit* Cùm inter. 1550

1603. 1. Sept. —— Monialibus ſubtractis ob obedientia Regularium non debent tam citò dari Regulares pro Confeſſionibus neque pro Concionibus, ut cenſuit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Raguſina, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Obedientia, *num.* 8. *ubi etiam* niſi ex gratia ſpeciali & ad tempus pro adminiſtratione Sacramentorum, ut conceſſit *ead. Congregat. in Nanneten.* 1604. 7. *Dec.* 1551

1603. 1. Sept. —— Epiſcopus volens examinare iterum Confeſſarium Regularium ex nova cauſa, debet 1552

bet id Superioribus Regularibus ſignificare, non quidem cum individua cauſæ expreſſione, ſed tantùm exprimendum ſe velle ob novam, quæ ſupervenit, cauſam ad hujuſmodi examen procedere, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* eund. *in dd. Floſcul. verb.* Confeſſarius, *num.* 7. nec non etiam *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 5. *tit.* 28. *de pœnit. & remiſſ. num.* 9. *pag. mihi* 162.

1603. 5. Sept. —— Regulares approbati ab Epiſcopo defuncto ad Confeſſiones audiendas, non poſſunt à Capitulo ſeu ejus Vicario, Sede vacante, examinari, propter Privilegium Clementis Quarti, ut cenſuit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Fanen.* & poſtea *in Aquen.* 1604. 27. *Jul. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 5. *tit.* 38. *numer.* 9. & refert etiam Antonell. *de regim. Eccl. Epiſc. lib.* 4. *cap. ult. numer.* 79. ex Diana *par.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 27. 1577

1603. 12. Sept. —— Decreta pro Regularibus Inſulæ Corſicæ à D. Leone Monacho Caſinenſe & P. Antonio Merzer Ordinis Minorum Commiſſariis & in dicta Inſula Viſitatoribus Apoſtolicis emanata ac à Sacra Congregatione Apoſtolicæ Viſitationis approbata, executioni demandari præcipit *Clemens VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Caſinen. tom.* 2. *Conſtit.* 465. *qua incipit* Mittimus. 1579

1603. 13. Sept. —— Superior non debet nominationem ullam facere, ſed liberam relinquere Monialibus, prout declaravit & reſcripſit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Lucana, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Electio, *numer.* 6. 1555

1603. 15. Sept. —— Etiam Eccleſiæ Regularium claudi debent in crepuſculo veſpertino, nec ante auroram aperiri, etiam occaſione Feſtorum, ut decrevit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Molphetana*, & antea *in Bituntina* 1591. 25. *Jul. apud* eund. *ibid. verb.* Eccleſia, *numer.* 10. 1558

1603. 23. Sept. —— Duo Monaſteria de Ordine S. Baſilii Erèmi del Tardon ac etiam S. Antonii de Gal- 1559

Galleguillos in Hiſpania in unam ſeparatam Provinciam ſeu Congregationem rediguntur & inſtituuntur pro Monachis Reformatis ejuſdem Ordinis, ut ibi ſe recipiant omnes quotquot voluerint Regulam primitivam obſervare, quæ idcirco ſub decem Reformationis capitibus comprehenſa traditur in omnibus & per omnia ſervanda, unione aliorum Monaſteriorum facta à Gregorio Decimotertio (prout ſupra, 1577. 24. Jun.) omnino ſoluta: Omnibus & ſingulis dicti Ordinis Monachis ſeu aliis quibuſcunque Perſonis ſub Excommunicationis pœna prohibetur, ne hujuſmodi Reformationis introductionem & augmentum impediant vel Monachos illam acceptare volentes audeant diſſuadere: Capitulum Provinciale à Monachis Reformatis celebretur in Monaſterio Erèmi del Tardon & Officiales eligantur, ac taliter Abbati Ordinis præfati Generali ſubjaceant, ut ipſe per ſe vel per alium ex eadem Congregatione reformata Monachum poſſit illos viſitare & corrigere, non verò in aliquo contra dictam Reformationem, nec valeat Monachos Reformatos à ſuis Monaſteriis ad alia quacunque de cauſa auferre ſeu alios ab ipſis etiam ad breve tempus recipi facere: Poterunt dicti Monachi Reformati Procuratorem ad Romanam Curiam eligere: Alii autem Monachi in Hiſpaniis exiſtentes ad dicta duo Monaſteria reformata tranſire nolentes relinquantur in ſuo antiquo vivendi modo cum ſuis diſtinctis Superioribus ſed prohibentur augmentari, & ideo ſolummodo dicta duo Monaſteria del Tardon & Vallis de Galleguillos cum aliis ab eorum Monachis Reformatis denuò juxta hujuſmodi Reformationem fundandis, Novitios recipere & augeri vult *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 103. quæ incipit* Altiſſimi.

1603. 2. Oct. —— Fratres Prædicatores Ordinis S. Dominici cum Cappa nigra, Fratres verò Eremitæ Ordinis S. Auguſtini cum Tunica etiam nigra 1558

gra ad instar propriarum Constitutionum, non solùm in Regnis Portugalliæ & Algarbiorum sed ubique locorum, tam si in propriis Conventibus & Ecclesiis eos actus exerceant in quibus Habitum nigrum Constitutiones jubent adhiberi, præcipuè verò in Ecclesia dum Confessiones audiunt vel Conciones seu Lectiones ad Populum habent, quàm extra Claustra in quibuscunque actionibus & functionibus, etiam in itinere & ad Prædia licèt Urbibus vel Oppidis aut Monasteriis viciniora animi gratia accedentes, semper incedere debeant & teneantur: Propterea in virtute sanctæ obedientiæ & sub indignationis Papæ pœna eisdem utriusque Ordinis Fratribus inhibetur, ne absque Habitu nigro utrique Ordini constituto ac propriæ Professionis protestativo, etiam dum in Conventibus & Ecclesiis supradictas actiones exercent, neque extra Claustra, præterquàm in Ædibus & Viridariis Prædiorum suorum, ullo unquam tempore aut quovis prætextu patenter deambulare audeant: & ulterius dictorum Ordinum Superioribus & Fratribus universis & singulis sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna eo ipso incurrenda mandatur, ne deinceps in perpetuum super hoc litem aut molestiam aliquam Superiores nimirum & Fratres Ordinis Prædicatorum Superioribus & Fratribus Ordinis Eremitarum inferre præsumant, nec vicissim Superiores & Fratres Ordinis Eremitarum ipsis Superioribus & Fratribus Ordinis Prædicatorum. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit.* 104. *quæ incipit* Ex injuncto.

1603. 15. Oct. —— Servus Dei Joannes à Sancto Facundo Ordinis Eremitarum S. Augustini declaratur Beatus cum permissione ejus Officii & Missæ in Ecclesia S. Augustini Civitatis Salmanticensis, in qua dicti Beati Joannis Corpus requiescit cum magna Populi venerarione, pro die duodecima Junii, licèt die undecima ejusdem mensis dormierit in Domino impedita Festo S. Barnabæ: Has autem litte-

litteras die duodecima Junii anni præteriti datas ad universum dictorum Eremitarum Ordinem & utriusque sexus ejusdem Ordinis Fratres & Moniales extendit *Clemens VIII. apud* Roderic. *in Collect. Privilegior. Regular. tom. 2. Bulla* 11. *hujus Pontific. quæ incipit* Beatorum Virorum, *pag. mihi* 529. ¶ Vide Canonizationem, infra 1690. 27. Oct.

1603. 27. Oct. —— Regulares recipientes Bannitos & Sicarios, incurrunt pœnas privationis Officiorum & vocis activæ ac passivæ, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Bertinoren. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Bannitus, *num. 2. ubi tamen num. 3. ait, quod* Banniti & alii Facinorosi non possunt in Ecclesiis etiam Regularium permanere ultra rriduum, prout decrevit *eadem Congregatio* 1627. 1560

1603. 8. Nov. —— Onera Missarum ab Ecclesiis singulis Monialium Fratribus Minoribus S. Francisci de Observanaia sobjectarum in Ecclesiiis Fratrum ejusdem Ordinis existentibus respectivè in eisdem Locis transferuntur: Remaneant tamen ipsis Monasteriis Monialium omnes annuæ perpetuæ seu temporales præstationes & legata ac redditus & Bona quæcunque dictis oneribus data seu relicta vel relinquenda, ita ut Moniales non teneanlur ullo unquam tempore solvere Fratribus, nec ipsi Fratres recipere possint pro celebratione Missarum, nisi id quod dari solet pro regionis & cujusque loci more & consuetudine pro eleemosyna unius vel plurium respectivè Missarum: Pro Monialium autem servitio in Monasteriis in quibus numerum octoginta excedunt, Missæ duæ in diebus feriatis & tres in diebus Dominicis & festivis; in Monasteriis verò in quibus minor quinquaginta Monialium numerus existat, Missa una in diebus feriatis & duæ in Dominicis & festivis per Fratres ejusdem Ordinis celabrari debeant: reliquæ verò Missæ Monialibus quomodolibet incumbentes celebrentur in perpetuum in Ecclesiis Fratrum, assignata ipsis 1561

Fra-

Fratribus debita eleemosyna : Præcipitur nihilominus eisdem Fratribus sub privationis vocis activæ & passivæ ac perpetuæ inhabilitatis pœnas, ne ad Monasteria Monialium (præterquàm ad celebrandas Missas prædictas de Superiorum licentia, & in diebus festiviratum Monasteriorum hujusmodi, vel tempore receptionis & Professionis Novitiarum, sive obitus alicujus Monialialis pro funere & officio peragendo) ullo modo & sub quovis prætextu accedere audeant : nec Minister Generalis & alii eorum Superiores possint hujusmodi licentias concedere, nisi ad effectum prædictum & Fratribus provectæ ætatis & vitæ probatæ, firmo in reliquis remanente Decreto, de quo supra 1590. 7. Maii. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 105. quæ incipit* Ex debito. ¶ Vide etiam infra 1604. 9. Aug. & 1623. 20. Nov.

1603. 14. Nov. —— Licèt secundùm Regulam S. Benedicti electio Magistræ Novitiarum spectet ad Abbatissam, Superior tamen ex justis causis ad se talem electionem evocare potest, ac decernere, ut electio postea facta per Abbatissam sit nulla, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Florentina, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Magister, *num. 9.*

1603. 17. Nov. —— Regulares habentes curam alicujus Parochialis Ecclesiæ, debent vivere ex redditibus ejusdem Ecclesiæ ad Monasterium spectantis, ut commodè valeant sustentari, *cap. cùm & plantare, §. in Ecclesiis, de privil. cap. de Monachis, de præben.* prout dixit *Rota in Urgellen. Parochialis coram* Pamphilio, *decis. recent. par. 4. tom. 1. decis. 37. num. 4.*

1603. 23. Nov. —— Custodi Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de strictiori Observantia seu Reformatorum cum unanimi duorum Guardianorum & Discretorum cujuscunque Custodiæ voto plena potestas conceditur recipiendi ad Habitum sui Instituti Novitios quovis tempore etiam extra Capitu-

pitulum, ita tamen ut prius examinentur diligenter per ipsos Custodem & Guardianos ac discretos recipiendorum & admittendorum qualitates juxta Ordinis Regulam & Decreta ac Constitutiones Apostolicas: Custos verò sub pœna privationis vocis activæ & passivæ teneatur in proximo tunc futuro Capitulo Custodiali vel ejus loco in Congregatione etiam Custodiali singulis annis habenda referre quot acceperit Novitios ac illorum qualitates & in quibus Monasteriis recepti commorentur, ac approbationem & confirmationem receptionis & admissionis ante Professionis emissionem obtinere, aliàs supradicta omnia irrita esse declarat *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 106. quæ incipit* Sanctissimus.

1603. 24. Nov. —— Sicut electio Abbatis particularis cujuscunque Monasterii activè & passivè pertinet ad Monachos seu Congregationem illius Monasterii de cujus Prælati electione agitur, ut de activa est textus *in cap. 1. de elect.* & de passiva *in cap. cùm dilectus, de consuet.* & de utraque notat Butr. *ibid. num. 7. in 1. lect. & num. 38. in 2. lect.* ita ex eadem ratione electio Abbatis Generalis qui toti Congregationi præficitur, debet ad totam Congregationem activè & passivè pertinere: quod enim omnes tangit, debet ab omnibus approbari, *l. ult. Cod. de auctor. præst.* Gloss. *in cap. 2. in verb. ab omnibus, 66. dist.* prout ait *Rota in Vallisoletana Præeminentiarum coram* Pamphilio Decano, *num. 6. apud* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. decis. 19. pag. mihi 60. in Appendice* & refert etiam Farinac. *decis. tom. 1. decis. 65. pag. mihi 69.* 1565

1603. 24. Nov. —— Qui eligunt ad Dignitatem & Prælaturam, debent eligere sanctiorem & doctiorem sub pœna peccati mortalis, ut dixit *Rota in d. Vallisoletana Præeminentiarum coram* d. Pamphilio, & antea in *Toletana Canonicatus* 1584. 18. *Maii coram* Clemente VIII. *apud* Garz. *de Benefic. par. 4. cap. 16. num. 2. cum plurib. Auctorib. citatis à*

1566

Murga *in Commentar. ad Conſtit. Apoſtolic. poſt Conſtit. 6. ſect. 20. ſubſect. 3. num. 543. pag. mihi* 156. ubi *num. 549. ait, quod* ille cenſetur ſanctior & doctior, ad effectum ut Electores ſub mortali teneantur illi ſuffragari, qui aptior eſt ad regimen ad quem eligitur, licèt comparatione aliorum non ita aptorum ſit minus ſanctus & minus doctus, *ex Rota in Beneventana Parochialis* 1590. 13. *Jun. coram* Orano, *citata etiam à* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 5. quæſito* 13. *num. 6.* ubi quoque *num. 9. & 10. ait, quod* dignior igitur ſimpliciter non eſt cenſendus, qui Eccleſiam vel Prælaturam aut munus aliquod aliàs rexit & ſuſtinuit, nam inde concluditur illum eſſe ſufficientem, non autem digniorem, adeo ut in concurſu ſeu electione ſit præferendus: ſicut nec eſt cenſendus dignior ille, qui eſt antiquior in Habitu vel Sacerdotio aut ætate, *ex ead. Rota in Eugubina Parochialis S. Venantii*, 1623. 13. *Jan.*

1603. 24. Nov. —— Conſtitutio Pontificia edita anno 1592. quoad electionem Abbatis tum Generalis tum aliorum Abbatum de Congregatione S. Benedicti Hiſpaniarum, eſt præjudicialis præfatæ Congregationi ex pluribus rationibus, quas cumulat *Rota in d. Valliſoletana Præeminentiarum coram* Pamphilio, *deciſ. recentior. par. 1. deciſ. 65.*

1603. 28. Nov. —— Communicatio Privilegiorum non extenditur ad ea quæ non ſolent concedi vel ſaltem cum magna difficultate conceduntur, & in quibus agitur de præjudicio Tertii, juxta notata per DD. *in l. 1. ff. de legat. 1.* ubi Jaſon. *num. 21. & 22.* Soc. jun. *num. 43.* Butr. *conſ. 19. num. 9.* Natt. *conſ. 4. num. 6.* hujuſmodi autem eſt exemptio à ſolutione Decimarum, nedum quia læditur jus Tertii habentis intentionem fundatam de jure communi, ſed etiam quia talis exemptio non ſolet niſi cum magna difficultate & cauſæ cognitione concedi, Joan. Andr. *in cap. dudum, num. 5. verſ. ratio diverſitatis, de privileg.* & exemptio à Decimis tam de

Bo-

Bonis emptis quàm emendis non valet, nisi capiti *Nuper, de Decimis* fuerit specificè derogatum, *cap. ex parte, de Capell. Monach.* Oldrad. *cons.* 326. ut dixit *Rota in Valentina Decimarum coram* Lancellotto, *apud* Tamburin. *de Jur. Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 89. *numer.* 2. 3. & 7. *pag. mihi* 375.

1603. 10. Dec. —— Cùm Beneficium de Mensa, quod est perpetuò incorporatum Mensæ Abbatiali, non sit verè Beneficium, nec detur in eo vacatio, resultat quod minimè comprehendatur sub Regula Octavæ Cancellariæ loquente de Beneficiis vacaturis, ut dixit *Rota in Tarvisina Parochialis coram* Litta, *apud* Gonzalez *in Commentar. ad d. Regul.* 8. *gloss.* 5. §. 6. *num* 64. *pag. mihi* 109. 1569

1603. 23. Dec. —— Etiam Vicarii Abbatum debent esse idonei Doctores, si exercere debeant jurisdictionem extra Monasterium, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Calaguritana, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 28. *de Vicario Episcopi, num.* 3. *pag. mihi* 36. & iterum *in Floscul. verb.* Vicarius Generalis, *num.* 30. 1570

1604. 12. Jan. —— Regulares compelli non possunt ad audiendas Confessiones extra suas Ecclesias, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Signina, apud* d. Nicol. *in Floscul. verb.* Regularis, *num.* 37. *ubi num.* 39. *ait quod* Confessarii Regulares dispensare possunt etiam extra Confessionem in omnibus Votis, in quibus potest Episcopus, excepto Voto Peregrinationis ultra duas diætas, ex Diana 3. *tract.* 5. *resol.* 25. *verb. Quarto*, & ex Bonac. *tom.* 2. *de præceptis, disp.* 4. *quæst.* 2. *punct.* 7. §. 4. *numer.* 27. ac ex Compend. Privileg. *verb. Absolutio*. 1571

1604. 12. Jan. —— Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia & aliis quibuslvis Regularibus quorumcunque Ordinum & Congregationum tam Mendicantium quàm non Mendicantium nullo modo liceat (etiam specialis alicujus consuetudinis prætextu) Parochias cum Cruce Processionali- 1572

ter aut aliàs ad efferenda & levanda Defunctorum Funera intrare vel illa levare & efferre, nisi vocato & expectato proprio Defuncti Parocho & eo ibidem præsente, si tamen ipse aliter fieri non consentiat & permittat, vel nisi requisitus venire expresè omninò recuset: firmis cæteroquin & in suo robore permanentibus iis omnibus quæ super Quarta Funerum & Canonica Portione ac aliis juribus ad Sepulturas pertinentibus à Sacris Canonibus & Conciliorum Decretis ac Summorum Pontificum Constitutionibus hactenus sancita atque ordinata sunt, vel aliàs ex particulari consuetudine vel alio jure observantur. *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Privilegia Regularium, *pag. mihi* 405. & ex eo Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *circa Constit.* 26. *Leonis X.* §. 10. *numer.* 20. *pag.* 150. Et referunt etiam Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 3. *tract.* 10. *quæst.* 12. *numer.* 5. Novar. *Commentar.* 91. *num.* 4. *pag.* 155. Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap.* 10. *num.* 18. *pag.* 53. Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Exequiæ, *num.* 5. ac Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag.* 305.

1604. 26. Jan. —— Nuncius Apostolicus non debet se interponere in Causis Regularium, cùm sint cognoscendæ ab illorum Superioribus gradatim, non obstante quacunque facultate, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una S. Dominici*, & antea *in Florentina* 1594. 15. *Maii*, *ac in una Venetiarum* 1602. 4. *Jun. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Nunciis Apostolicis, *pag. mihi* 126. ubi probat, quod Nuncii Sedis Apostolicæ non possunt Superiores Regulares compellere ad recipiendum Religiosos expulsos ab eorum Religionibus. 1573

1604. 26. Jan. —— Moniales de licentia Superiorum possunt recipere in depositum mobilia Sæcularium præsertim benefactorum, prout declaravit & respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Reatina*, 1574

apud

apud Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 3. tit. 15. num. 35. pag. mihi* 178.

1604. 28. Jan. —— Omnibus & singulis Parochialium Ecclesiarum in Indiis Occidentalibus existentium Rectoribus interdicitur & prohibetur, ne sub Excommunicationis majoris latæ sententiæ pœna (à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente absolvi possint, præterquam in mortis articulo) majorem eleemosynam ab iis qui in Domorum Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia quàm in Parochialibus Ecclesiis hujusmodi sepeliuntur, quovis prætextu aut occasione, etiam de consilio vel consensu seu mandato suorum Ordinariorum, exigere debeant seu præsumant. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 96. quæ incipit* Expositum *& refert etiam* Roderic. *in Collect. Privilegior. Regular. tom. 2. Bulla 2. hujus Pontific. pag.* 523. ac meminit etiam Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 4. num. 8. pag. mihi* 326. 1575

¶ Vide infra, 1607. 16. Febr. & 1608. 25. Jun.

1604. 20. Febr. —— Monasterium post emissam Monachi Professionem, habet fundatam intentionem in omnibus quæ ad Monachum deferuntur, ad text. *in l. Deo nobis, §. hoc autem, C. de Episc. & Cleric. & Auth. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles. & in cap. in præsentia, de probat. cum vulg.* Monachus autem tunc dicitur ejectus, ut desinat acquirere Monasterio, quando exutus Habitu Monachali, à corpore Ordinis dimittitur, *l. quod ait Prætor, §. ignominiæ causa, vers. sed si ita, ff. de his, qui not. infam.* Feder. de Sen. *cons.* 38. *quidam Professus, in princ.* Abb. *cons.* 96. *num.* 1. *&* 2. nec dicitur ejectus, si fuerit traductus ad aliud Monasterium cum Habitu Religionis, eique à priori Monasterio præstita fuerint alimenta, ad text. *in l. fin. §. sed scimus, C. de Lat. libert. tollen. & in cap. unic. cum sua mater. de infant. & languid. exposit.* ut dixit *Rota in Romana Fideicommissi de Vecciis coram* Litta, *decis. recent. par. 2. decis.* 109. *num.* 1. *&* 2. & refert etiam Bordon. *de Profess. Regular. in fine* 1576

Operis, decis. 4. pag. mihi 508. ac Farinac. *decis. tom. 3. decis. 109.*

1604. 8. Mar. —— Episcopus est Caput & loco Abbatis Monachorum, quando eorum Ecclesia est Cathedralis, & ipsi loco Canonicorum, DD. *in cap. causam quæ, de judic. il* 1. Host. *in princ.* Joan. Andr. *num.* 3. Abb. antiq. *num.* 2. Bellem. *num.* 1. *&* 2. Butr. *num.* 4. *&* 8. Imol. *num.* 1. Dec. *num.* 38. & Abb. *num.* 8. *& seqq.* ubi loquitur expresè de Ecclesia Montis Regalis: Et idem Episcopus etiam de jure communi, exceptis iis quæ concernunt Regularia Instituta, habet omnimodam jurisdictionem in Monachos Cathedralis Regularis, *cap.* 1. *ne Sede vac.* Gloss. fin. *in cap. nullus, vers. ut Episcopus etiam sæcularis, de elect. in 6.* ubi Anchar. *num.* 3. *vers. sed adverte,* Jo: Andr. *numer.* 3. *vers. in gl. ult.* Gemin. *num.* 7. *vers. in ea glos. ibi,* Franch. *num.* 3. *vers. in glos. fin.* Corn. *cons.* 193. *num.* 4. *lin.* 2. etiamsi sint Ordinis S. Benedicti, & etiam quod procedatur in forma Judicii: nec cessat Episcopi jurisdictio, stantibus Privilegiis Congregationis Casinensis, cui fuit unita Congregatio Sicula, quia unio intelligitur facta sine præjudicio Tertii, *cap.* 2. *de relig. domib.* Rebuff. *in Prax. tit. de erect. in Colleg. vers. & in hac erectione, circa med.* ibi, *& hæ erectiones:* Et cessat omnis difficultas, quia in Bulla erectionis Congregationis Siculæ (in cujus locum subrogata est Congregatio Casinensis) expresè legitur, *sine præjudicio Jurium Archiepiscopi,* quare hujusmodi Privilegia non possunt Monachis suffragari, dum degunt in Monasterio Montis Regalis subjecto jurisdictioni Archiepiscopi, *cap.* 1. *in eos, de privil. in 6.* ibi, *nisi forsan ipsi Monachi,* ubi Franch. *in* 2. *not.* & Gem. *num.* 3. *&* 6. ut dixit *Rota in Montis Regalis Jurisdictionis coram* Coccino Decano, *decis. recent. par.* 1. *decis.* 69. *num.* 1. 2. 6. *&* 7. & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 1. *decis.* 69. *pag. mihi* 74. ¶ Hæc Decisio fuit confirmata anno 1606. 27. Nov. coram eod. *ibid. decis.* 221. 157

8. Mar,

1604. 8. Mar. —— Ad tollendam dicti Archiepiscopi jurisdictionem in præmissis, non facit quod Monachi habeant Mensam separatam de qua disponunt, & quod negotia Archiepiscopi & Monachorum sint separata, quia ex hoc non potest inferri ad non jurisdictionem ejusdem Archiepiscopi, *cap. edoceri, de rescript.* & videtur, quod Capitula sæcularium Ecclesiarum habent Mensam separatam & negotia separata, & non propterea jurisdictio Episcoporum eliditur, *tot. tit. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consil. Capit.* Doct. *in d. cap. edoceri, de rescript.* Neque etiam Monachis suffragatur dispositio Sacri Conciliis sess. 21. cap. 8. quia loquitur de Monachis existentibus in Locis exemptis à jurisdictione Ordinarii, quales non sunt degentes in Monasterio prædicto Montis Regalis, ut prosequitur *Rota in d. Montis Regalis coram* eod. *ibid. num. 9. & 10.* ¶ Hæc Decisio fuit confirmata anno 1606. 27. Nov. *ibid. decis. 221.* 1578

1604. 17. Mar. —— Monachi Congregationis B. MARIÆ Fuliensis de Ordine Cisterciensi S. Bernardi, qui ex quacunque causa etiam de Superiorum licen- ex eadem Congregatione ad aliam quamcunque Religionem in posterum transiverint, in eandem Congregationem per quoscunque illius Superiores aut etiam per Capitulum generale iterum recipi & admitti nullatenus possint, nisi expressam & specialem Papæ & Apostolicæ Sedis facultatem ad eorum matrem redeundi habuerint: & quidquid secus super his à quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 107. quæ incipit* Pro nostro, *& refert etiam* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg. 6. pag. mihi* 423. 1579

1604. 19. Mar. —— Cùm Privilegia Religionis Hierosolymitanæ eximant Milites ab omni superioritate & jurisdictione Ordinarii & aliorum inferiorum, ita ut nullo casu remaneant illis subjecti, consensus Cleri Secundarii Leodiensis non est sufficiens ad 1580

obligandum Commendatarium pro solutione Collectarum ab ipso Clero impositarum, sed est necessaria auctoritas Sedis Apostolicæ, quæ sola retinet superioritatem in illos Milites, & nemo illis derogare potest, nisi solus Papa, propter decretum irritans, *cap. cùm inferior, de major. & obed.* Clem. *ne Romani, de elect.* ut dixit *Rota in Leodien. Collecta coram* Attrebatensi, *decis. recent. par.* 1. *decis.* 72. & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 1. *decis.* 72. *num.* 5. *ubi num.* 9 *dictum fuit, quod* per solutionem, si quæ fortè ab aliquibus Commissariis facta est, non præjudicatur futuris solutionibus, minusque Privilegiis Religionis, Felin. *in cap. cùm accessissent, num.* 29. *in* 3. *limit. de constitut.* Ruin. *cons.* 228. *num.* 11. *lib.* 1. Natt. *cons.* 160. *num.* 46. *vol.* 1. ¶ Vide etiam infra, 1627. 7. Maii.

1604. 22. Mar. —— Superiores Regularium non possunt Sedes Sæcularium in Ecclesiis positas amovère à loco solito, nisi cum circumspectione, maximè si spectent ad Magistratum, ut declaravit & respondit *Congregat. Concil. in Assisien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par.* 1. *tit.* de Ecclesiis & Ecclesiasticis, *pag. mihi* 247. 1581

1604. 29. Mar. —— Ad electionem Regularium requiritur plenitudo libertatis per nullum metum gravem injustè incussum læsæ, ut dixit *Rota in Vallisoletana Præeminentiar. coram* Pamphilio, *apud* Passerin. *de elect. canon. cap.* 4. *num.* 7. *pag. mihi* 57. ubi plura citantur Jura & plures DD. idem tenentes, & *refert etiam per extensum* Tamburin. *de Jur. Abbat. in fine* 3. *tomi, post decis.* 17. *pag.* 294. 1582

1604. 5. Apr. —— Fratres Minores Ordinis S. Francisci de Observantia Curam Animarum in Provinciis Turcarum tyrannidi subjectis habentes, possunt tuta conscientia observare solitum quoad alicujus pecuniæ retentionem à Fidelibus submini-stratæ pro sublevandis Conventibus & pro pluribus itineris expensis ac Puerorum Habitum deinde Regularem suscipientium sustentatione & pro aliis occurrenti- 1583

rentibus indigentiis, prout concedit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Observantes, *num.* 10.

1604. 7. Apr. —— Congregationem Ss. Vitoni & Hydulphi de Ordine S. Benedicti erigit ad instar Congregationis Casinensis, eique omnia & singula Privilegia, quibus dicta Casinensis Congregatio gaudet, communicat & extendit *Clemens VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constitut.* 569. *qua incipit* Quantùm. 1584

1604. 20. Apr. —— Ususfructus Regulari relictus exigitur à Monasterio, nec impediri potest ab Hæredibus proprietariis, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Materanen. apud* Nicol. *in Floscul. verbo* Ususfructus, *num.* 2. *ubi num.* 1. *ait, quod* ususfructus alicui Ecclesiæ vel Monasterio aut Communitati relictus durat centum annos, *l. an ususfructus* 56. *ff. v. de usufr.* & Bonac. *de Clausura, quæst.* 2. *punct.* 9. §. 4. *diff.* 2. 1585

1604. 27. Apr. —— Locorum Ordinarii & alii Prælati Regulares non debent dare licentiam explicitam Monialibus subjectis tempore Bacchanalium dimittendi recreationis prætextu Habitum Religiosum, & assumendi alium sæcularem, præsertim virilem, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Ferrarien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *tit.* 3. *form. unic. num.* 7. & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.* 10. *quæsito* 2. *num.* 21. ex Barbosa *de Jure Ecclesiastico, lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 57. 1586

1604. 27. Apr. —— Regulares non possunt esse Capellani Monialium, ut declaravit & censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Sulmonen.* nisi propter penuriam Presbyterorum Sæcularium: modò Regularis sit ætate simul ac moribus gravis & habeat consensum suorum Superiorum nec tractet cum Monialibus, prout resolvit *ead. Congregat. in Parmen.* 1607. 14. *Jul. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Capellanus, *num.* 11. 1587

1604. 29. Apr. —— Quod dicitur de Ordinationibus 1588

bus non habendis in Decreto ſupra poſito edito 1596. 15. Mar. pro Regularibus ordinandis, non extenditur nec habet locum, cùm Epiſcopus Regularem ordinare recuſet: ſed ſi fuerit gravatus, poterit per appellationem vel recurſum ad Superiores ſibi proſpicere, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 11. num. 7. verſ.* Nota ſecundò.

1604. 12. Maii. —— Cùm per Breve Gregorii Decimitertii emanatum anno 1575. 25. Auguſti tollantur & amoveantur in Regnis Hiſpaniarum quoad Laicos ac Fratres Milites tantùm quarumcunque Militiarum (dummodo Milites non ſint in Sacris Ordinibus conſtituti) pœnæ & Cenſuræ Eccleſiaſticæ à Pio Quinto (*anno 1567. 1. Nov. in Bullar. Rom. tom. 2. Conſtit. 48. quæ incipit* De ſalute Gregis) impoſitæ audentibus congredi in Spectaculis agitationis Taurorum, quoad Regulares cujuſque Ordinis & Inſtituti prohibitio remanet ubique integra, ſicut prius, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Hiſpaniarum*, *apud* eund. *ibid. tom. 1. lib. 2. tit. 1. num. 51. pag. mihi 81.* ¶ Vide etiam Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Torneamenta, *pag. mihi 491.* ac Murga *diſquiſ. moral. diſquiſ. 10. num. 12. pag. 365.*

1604. 17. Maii. —— Poſſunt Epiſcopi viſitare Monaſteria Regularium & Monialium vel alia exempta, dummodo tamen ſint in quaſi poſſeſſione illius Juris, alioquin non debent viſitare, & multò minus oſtia frangere, ſed ſuorum momenta Jurium deducere in Sacra *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Nullius*, & antea *in Marſicana 1601. 3. Jul. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Viſitatio ordinaria, *num. 1. verſ. Amplia XII.*

1604. 17. Maii. —— Pro gubernio Monaſteriorum debent mitti Fratres originarii, petentibus Communitatibus, ſi tamen ſunt idonei, prout cenſuit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Peruſina*, *apud* eund. *ibid. verb.* Gubernator, *num. 6. ubi num. 5. ait, quod* in dubio non intelligitur, Papam concedere alicui

alicui Regulari regimen ad vitam, ut respondit *ead. Congregat. in una Montis Virginis*, 1651. 30. *Mar.*

1604. 17. Maii. —— Reliquiæ Sanctorum debent accommodari in aliquo decenti loco Ecclesiæ, ubi vidèri & venerari possint absque eo quod Sæculares ingrediantur in Conventum vel Sacristiam, prout dixit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Assisien. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 45. de Reliq. & venerat. Sanctor. num. 4. pag. mihi* 136. 1592

1604. 22. Maii. —— Triennium præscriptum à Gregorio Decimotertio in Constitutione supra posita & edita 1583. 1. Januarii quoad novam Abbatissæ electionem, observandum est respectu omnium Monialium quorumcunque Monasteriorum & Militiarum etiam S. Joannis Hierosolymitani, ut declaravit *Congregat. Cardinal. annuente Clemente VIII. apud* Tamburin. *de Jur. Abbatissar. disput. 30. quæsito 1. numer. 11.* 1593

1604. 24. Maii. —— Clerici Sæculares Montis Regalis tenentur interesse Divinis Officiis & cum Monachis illius Cathedralis Regularis se conformare, non solùm ex vi Bullæ Pauli Tertii, in qua habetur verbum *debeant* quod importat necessitatem, *l. 1. §. 1. ff. quod quisque jur.* Bart. *in repetit. l. 3. num. 3. Cod. de pignorib.* & hæc est propria significatio hujus verbi, Bart. *ubi supra*, Gloss. *in Clem. attendentes, in vers. debeant, de stat. Monach.* sed etiam ex dispositione juris communis, ut per Vitalin. *in Clem. fin. num. 51. & 53. de celebr. Miss.* & benè facit text. *in cap. fin. propè fin. in vers. præcipimus*, ibi, *opportunè obsequia in Monasteriis fideliter impendentes*; quilibet enim debet se conformare moribus Ecclesiæ, in qua conversatur, *cap. illa, vers. sic etiam tu*, 12. *dist. cap. recolentes, vers. cæterùm domus*, & ibi Gloss. *in verb. coaptent, de stat. Monach.* & hæc conformatio est, ut Divina Officia celebrentur secundùm Regulam S. Benedicti, habent enim Monachi pro se tam dispositionem prædictæ Paulinæ Constitutionis quàm juris communis, nam cùm Ecclesia sit Cathedra- 1594

thedralis Regularis, Monachi juxta ritum & morem suæ Regulæ debent officiare, ad text. *in cap. de iis, §. Abbatibus, & cap. fin.* ibi, *neque Monasteriorum consuetudines*, 12. *dist.* neque potest Episcopus immutare hujusmodi statum, ut dixit *Rota in Montis Regalis Jurisdictionis coram* Coccino Decano, *decis. recent. par.* 1. *decis.* 79. *num.* 1. *& seqq.* & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 1. *decis.* 79. Murga *in Tract. de Benefic. Ecclesiast. quæst.* 10. *num.* 152. *pag. mihi* 744. ¶ Hæc Decisio confirmata fuit die 5. Jul. ejusd. anni 1604. coram eod. *ibid. decis.* 84. & apud d. Farinac. *decis.* 84.

1604. 26. Jun. —— Monasteria omnia de jure præsumuntur esse in aliqua Diœcesi, *cap. omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. & ut aliqua Abbatia non dicatur esse in aliqua Diœcesi, sed Nullius, necesse est, ut habeat Territorium proprium, ita ut faciat terminum separatum à Provincia in qua est, Abb. *in cap. nimis, num.* 1. *vers. hac vera, de jurejur.* & quod habeat omnia Jura Episcopalia ex Privilegio Papæ, qui solus potest hoc concedere, Abb. *in cap. cùm contingat, num.* 18. *de for. comper.* post Joan. Andr. *in cap. cùm Episcopus, de offic. Ordin. in 6.* ut dixit *Rota in Calaguritana Jurisdictionis coram* Ottembergo, *apud* Tamburin. *de Jur. Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 46. *num.* 3. 4. *& 6. pag. mihi* 331.

1604. 26. Jun. —— Abbates, qui non sunt Nullius, non possunt approbare Confessarios ad audiendas Sæcularium Confessiones, nec dare licentiam Regularibus concionandi in aliis quàm suorum Ordinum Ecclesiis, sed hæc spectant ad Episcopum, intra cujus Diœcesis fines existunt, ut dixit *Rota in d. Calaguritana Jurisdictionis coram* eod. & antea *in eadem coram* Penia *die* 4. *Jul. ejusd. anni, apud* d. Tamburin. *ibid. decis.* 45. *&* 46.

1604. 9. Jul. —— In Ædibus Palatii de Pepulis in Platea Nicosiæ de Urbe ad flumen Tyberim unum Studiorum Collegium *Clementinum* nuncupandum pro receptione & usu ac habitatione quorumcunque Pue-

Puerorum & Adoleſcentium Nobilium ex quavis Chriſtiani Orbis Provincia oriundorum inibi propriis eorum expenſis educandorum erigitur ſub perpetuo gubernio Clericorum Regularium Congregationis de Somaſcha & aliorum quorumcunque Sęcularium vel Regularium per Protectorem ipſius Collegii pro tempore exiſtentem ponendorum & amovendorum. *Clemens VIII. in Conſtitut. quæ incipit* Ubi primùm, *in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi 69.*

1604. 17. Jul. —— Non poteſt Abbas extra ſuam Eccleſiam uti Mitra & Baculo, neque ea ante ſe deferre, ut cenſuit & decrevit *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Abbas, *numer. 9. ubi in addit. num. 6. ait, quod* poterit tamen cum licentia Ordinarii, prout uſum eorum de hujuſmodi licentia conceſſit *ead. Congregat. 1631. 6. Dec.* ex Barboſa *de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 17. num. 59.* 1598

1604. 23. Jul. —— Omnes & ſinguli Fratres Ordinis Cruciferorum, qui pro Prælaturis & Dignitatibus ac Officiis in dicto Ordine conſequendis ad Perſonas ejuſdem Ordinis non exiſtentes recurrerint & aliis minus honeſtis viis dictos gradus & honores obtinère curaverint, & etiam illorum complices & fautores, ad eoſdem gradus & honores obtinendos perpetuò inhabiles ſint, obtentis eo ipſo priventur, & ſic privati voce activa ac paſſiva careant: & ideo in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub Excommunicationis latæ ſententiæ pœna præcipitur omnibus dicti Ordinis Fratribus & Superioribus ac Prælatis etiam Priori Generali, ne quemquam ullo tempore precibus hujuſmodi Perſonarum extra Ordinem exiſtentium adducti, ad dictos gradus & honores promoveant. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 109. quæ incipit* Quoniam, *& meminit etiam* Lezana *in Sum. Quæſt. Regular. cap. 3. num. 17. pag. 53.* 1599

1604. 27. Jul. —— Curati Religionis Hieroſolymiæ non tenentur ad ſubſidium Charitativum, vel Cathe- 1600

Cathedraticum, vel contributionem Seminarii, vel ad procurationem pro Visitatione; nisi in concessione Ecclesiæ sibi eam Ordinarius reservasset, ut declaravit *Congregat. Concilii in Eluen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Hierosolymitani, *nu. 9. & refert etiam* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 276.

1604. 9. Aug. —— Fratres Minores S. Francisci de Observantia, quando Defunctorum Corpora ad Ecclesias Monialium sibi subjectarum deferri, & Exequias aut Anniversaria Officia pro iis, & Missas etiam per Octavas celebrari contigerit, ad easdem Monialium Ecclesias & Monasteria de ipsorum Superiorum licentia licitè & absque pœnæ alicujus incursu accedere possint, dum tamen ea occasione tum temporis cum ipsis Monialibus non colloquantur; firmis cæteroquin & in suo robore permanentibus Litteris supra positis & editis anno 1603. 8. Novembris, prout declarat *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Flavium Cherubin. *in Compend. Bullar. tom. 3. pag. mihi* 34.

1604. 21. Aug. —— In omnibus locis Fratres Carmelitani debent præcedere Fratribus Beatæ MARIÆ de Mercede, juxta dispositionem Litterarum Apostolicarum in forma Brevis expeditarum anno 1602. 15. Novembris, & mentem Sanctissimi: & ita declaravit *Congregatio Rituum apud* Flavium Cherubin. *in Compend. Bullar. tom. 3. pag. mihi* 31.

1604. 22. Aug. —— Plura Reformationis Decreta ad Ordinem Fratrum Servorum B. MARIÆ Virginis pertinentia & sub triginta tribus paragraphis comprehensa, inviolabiliter ac perpetuò observanda tradit *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. quæ incipit* Ex iis, quæ, *statim post Constit. 60. a §. 32. usq. in fin.* ¶ Fratres Ordinis præfati Beneficia Ecclesiastica vel quorumvis aliorum Ordinum Regularia in titulum vel commendam pro tempore obtinentes aut Officium Pœnitentiariæ exercentes, in Domibus Ordinis hujusmodi

com-

commorari seu Officia & Prælaturas ejusdem Ordinis obtinère vel Privilegiis gaudere seu vocem activam vel passivam in Ordine prædicto habère non possint modo aliquo: Et insuper Fratribus, qui in eodem Ordine Professionem tacitam vel expressam emiserunt, sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna inhibetur, ne de cætero Habitum dimittere aut ad alium Ordinem laxiorem se transferre, vel (si Beneficia Ecclesiastica aut Officium Pœnitentiariæ non obtinuerint) extra Domos Ordinis hujusmodi sine sui Superioris licentia in scriptis habita commorari præsumant: & sub eadem Excommunicationis pœna committitur pro tempore existentibus Priori & Vicario Generali Ordinis, quatenus hanc Constitutionem inter Ordinis Institutiones registrari & in singulis Provinciis & Capitulis ac Domibus de dicto Ordine publicari ac per eorum Fratres inviolabiliter observari faciant, prout statuit *Julius III. apud* d. Cherubin. *tom.* 1. *Constit.* 8. *quæ incipit* Cùm sicut.

1604. 2. Sept. —— Regulares accedentes ad Ordinarios locorum pro Sacris Ordinibus suscipiendis, præter litteras dimissoriales suorum Superiorum in quibus fit mentio de Ordinibus jam susceptis, tenentur etiam ostendere originalia Episcoporum à quibus inferiores Ordines susceperunt, si Episcopus attestationi Superiorum hac de re credere noluerit: & etiam tenentur ab Episcopis ordinantibus publicas de Ordinibus susceptis attestationes accipere, quæ tamen ab Episcopis & eorum Notariis gratis erunt concedendæ, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 11. *num.* 42. 1604

1604. 6. Sept. —— Si Prædicator præsentaretur pro aliquo Loco in quo adesset consuetudo, quod non prædicetur nisi in Ecclesia Cathedrali vel Matrice, Episcopus poterit præsentationem Concionatoriis reiicere & prohibère, ne prædicetur in aliis Ecclesiis etiam Regularium, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Asten.* & antea *in Tortonen.* 10. *Febr.* 1605

Febr. ejusd. anni 1604. *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 8. *num.* 5. *pag. mihi* 151.

1604. 6. Sept. —— Abbati Sacri Cœnobii Casinensis in Locis sibi subditis munia à Gregorio Decimoquarto Episcopis concessa exercendi facultatem impartitur *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constit.* 467. *qua incipit* Si contenta.

1604. 6. Sept. —— Cùm certus numerus in singulis Monasteriis Monialium etiam curæ Regularium seu Militiarum subjectis præscribendas sit juxta cujusque Monasterii facultates, & si quæ supra statutum numerum recipiatur, debeat duplicem eleemosynam adferre ac supranumerarium locum tenere, nunc declaratur, quod Moniales quæ supra numerum in quolibet Monasterio constitutum recipiuntur in locum Monialium decedentium, intra numerum nequaquam sunt subrogandæ; neque impedimento est, quin aliæ in locum earundem ex numero demortuarum recipi eo modo valeant, quo in singulis Monasteriis Moniales intra numerum possunt admitti, etiamsi in cæteris ab aliis nihil differant: Nomine verò duplicis eleemosynæ intelligi semper debet duplicata summa ejus quæ in receptione cujusque Monialis intra numerum in quolibet Monasterio constitutum erogari pro tempore consueverit, ita tamen ut si summa quæ confertur, minor est scutis ducentis, ibi saltem ratione duplicatæ eleemosynæ solvenda sint scuta quadringenta & non minus: Loca autem per obitum Monialium intra numerum decedentium pro tempore vacatura, nulli Puellæ ad Habitum Regularem recipiendæ concedantur nec promittantur, nisi secuta vera & reali illorum vacatione, dummodo tunc temporis Puella recipienda ætatem habeat idoneam & cæteras qualitates requisitas, quibus etiam præditæ esse debent illæ Puellæ quæ supra numerum sunt recipiendæ jam tunc cùm eis loca vel promittuntur vel dantur: Abbatissæ denique & Prioriss æ ac alii quicunque

eunque Monasteriorum Superiores contra hoc Decretum facientes, privationi vocis activæ & passivæ obstricti declarantur, aliisque infligendis pœnis arbitrio Sacræ *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Quaranta *in Sum. Bullar verb.* Monasteria Monialium, *pag. mihi* 359. *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *circa Constit.* 6. *ii V.* §. 1. *num.* 9. *pag.* 198. Tamburin. *de Jur. Abbatissar. disput.* 5. *quæsito* 7. *num.* 8. *pag.* 20. Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 257. Barbosa *de potest. Episc. alleg.* 98. *num.* 4. & ex eo Murga *disquis. moral. tom.* 2. *disquis.* 6. *dub.* 23. *num.* 12. *pag.* 336.

1604. 20. Sept. —— Universis & singulis Ordinis 1608
Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo utriusque sexus Regularibus Personis præcipitur sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna (reservata Papæ absolutione) nec non privationis perpetuæ Officiorum per eos obtentorum ac inhabilitatis ad illa & alia quæcunque dicti Ordinis Officia exercenda ac vocis activæ & passivæ eo ipso incurrendis pœnis, ut si se à Prælatis gravari prætendant, ad Priorem Generalem ipsius Ordinis seu illius Protectorem aut Viceprotectorem in Romana Curia vel ad Romanum Pontificem pro tempore existentem supremum in Ecclesia Dei Judicem recursum habeant, unde illis brevi manu Justitia ministrabitur. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 110. *quæ incipit* Quoniam, *& refert etiam* Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap.* 9. *num.* 4. *pag.* 41.

1604. 25. Sept. —— In virtute Sanctæ obedientiæ & 1609
sub Excommunicationis majoris latæ sententiæ pœna eo ipso incurrenda præcipitur, ne quis in Italia Habitum externum tam in materia quàm in forma similem ei quem gestant Fratres Reformati seu Discalceati Ordinis Eremitarum S. Augustini (ita ut ex prædictis Discalceatis existimari possit) deferre præsumat, nisi hujusmodi Congregationis membrum actualiter existat aut à Congregatione Galliæ vel Hispaniæ pro negotiis gerendis huc adveniat: &

si quis scienter vel ignoranter secùs fecerit, is à quolibet prædictæ Congregationis Religioso possit habitu & sandaliis privari, ac illos proprio usui appropriet Congregatio prædicta: Sub eisdem etiam Censuris & pœnis præcipitur, quod nullus ejusdem Congregationis Professus in aliqua alia Provincia aut Congregatione Ordinis S. Augustini aut cujusvis alterius Religionis (præterquàm Carthusianorum) absque Sedis Apostolicæ aut Superintendentis licentia recipiatur, & si receptus fuerit, statim prædictæ Congregationi restituatur. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit.* 111. *quæ incipit* Pastoralis officii. ¶ Vide infra, 1615. 20. Mar.

1604. 7. Oct. —— Significandum Regularium Superioribus, ut invigilent, ne Regulares in Indiis tam Orientalibus quàm Occidentalibus mercaturam exerceant, neque in Locis Regi infideli subjectis, neque inde revertentes deferant secum aurum vel argentum aut gemmas sive ullas merces, prout significari decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Negotium, *num.* 1. ¶ Vide etiam infra, 1633. 22. Febr.

1604. 22. Nov. —— Regulares intervenire non debent electioni Monialium Ordinario subjectarum, non obstante Privilegio obtento, quando Monasterium ipsis erat subjectum, prout respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Ferrarien. apud* eund. *ibid. verb.* Electio, *num.* 16. *ubi etiam quod* potest è contra Ordinarius intervenire electionibus Monialium Regularibus subjectarum, *ex ead. Congregat. in Avenionen.* 1636. 13. *Dec.* juxta Constitutionem infra positam & editam 1622. 5. Febr.

1604. 23. Nov. —— Universis & singulis Ordinis Eremitarum S. Augustini utriusque sexus Regularibus Personis præcipitur sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna (reservata Papæ absolutione) nec non privationis perpetuæ Officiorum per eos obtentorum ac inhabilitatis ad illa & alia quæcunque

que dicti Ordinis Officia exercenda ac vocis activæ & passivæ eo ipso incurrendis pœnis, ut si se à Prælatis gravari prætendant, ad Priorem Generalem ipsius Ordinis seu illius Protectorem aut Viceprotectorem in Romana Curia vel ad Romanum Pontificem pro tempore existentem supremum in Ecclesia Dei Judicem recursum habeant, unde illis brevi manu Justitia ministrabitur. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 113. quæ incipit* Quoniam, *& meminit etiam* Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap. 9. sub num. 4. in fine, pag. mihi 42.*

1604. 1. Dec. —— Omnes & singuli Fratres dicti Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui pro Prælaturis & Dignitatibus ac Officiis in dicto Ordine consequendis ad Personas, ejusdem Ordinis non existentes recurrerint & aliis minus honestis viis dictos gradus & honores obtinere curaverint, & etiam illorum complices & fautores, ad eosdem gradus & honores obtinendos perpetuò inhabiles sint, obtentis eo ipso priventur, & sic privati voce activa ac passiva careant: & ideo in virtute Sanctæ obedientiæ ac sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna præcipitur omnibus dicti Ordinis Fratribus & Superioribus ac Prælatis etiam Priori Generali, ne quempiam ullo tempore precibus hujusmodi Personarum extra Ordinem existentium adducti, ad dictos gradus & honores promoveant. *Clemens VIII. apud* eund. *ibid. Constit. 114. qua incipit* Quoniam, *& meminit etiam* Lezana *cap. 10. num. 17.* ¶ Hanc Constitutionem confirmat & innovat Alexander VII. anno 1661. 1. Jul. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 113. quæ incipit Admonet. ¶ Vide infra 1608. 4. Jul. 1613

1604. 7. Dec. —— Officiales seu Superiores quovis modo nuncupati Regularium Ordinum & Religionum ac Institutorum, quibus in eorum & quibuscunque aliis Ecclesiis & Collegiis Confraternitates Sæcularium erigendi & instituendi facultas concessa est; nec non etiam Officiales seu Superiores Archi- 1614

chiconfraternitatum & Congregationum in quibuſcunque Eccleſiis & Domibus ac Oratoriis tam Sæcularium quàm quorumcunque etiam Mendicantium Ordinum & Religionum ac Inſtitutorum Regularium quavis auctoritate erectarum, quibus alias Confraternitates & Congregationes inſtituendi & erigendi ac ſibi aggregandi & illis Privilegia communicandi poteſtas à Romano Pontifice attributa ſit, unam tantùm in ſingulis Locis Confraternitatem & Congregationem erigere poſſint, de conſenſu tamen Ordinarii loci & cum litteris ejus teſtimonialibus: Inſtituentes vel Aggregantes Confraternitatem, eidem expreſsè & in ſpecie communicent Privilegia Ordini inſtituenti vel aggreganti nominatim conceſſa, non verò ea quibus per extenſionem & communicationem gaudent: Statuta autem pro regimine Ordinum & Religionum ac Inſtitutorum erigentium & inſtituentium ac communicantium ſeu Archiconfraternitatum & Congregationum aggregantium edita, examinentur prius & approbentur ab Epiſcopo Diœceſano, à quo etiam moderari & corrigi poſſint: Prædicti Ordines & Religiones ac inſtituta erigentia & inſtituentia ac communicantia nec non Archiconfraternitates & Congregationes aggregantes certam erigendi & inſtituendi ac aggregandi & communicandi formulam à Summo Pontifice noviſſimè approbatam diligenter obſervent. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 115. quæ incipit* Quæcunque, *& referunt etiam* Quaranta *in Sum. Bullar. verb.* Confraternitates, *pag. mihi* 203. Novar. *Commentar. 49. num. 1. par. 2. pag.* 310. Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in Appendice, pag.* 419. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 16. num. 2.* ¶ Vide infra, 1607. 7. Sept.

1604. 7. Dec. —— Confeſſarii, qui vigore Privilegiorum Ordinibus & Religionibus ac Inſtitutis erigentibus & inſtituentibus ac communicantibus ſeu Archiconfraternitatibus & Congregationibus aggregan- 161

gregantibus conceſſorum ac Confraternitatibus & Congregationibus aggregandis communicandorum pro tempore eligi poſſunt & poterunt, Sæculares ſcilicet in Alma Urbe à Vicario Papæ, ſedextra Urbem à locorum Ordinariis, Regulares autem non ſolùm à prædicto Vicario & à locorum Ordinariis reſpectivè ſed etiam à ſuis Superioribus approbati ſint, & Confratres confitentes à criminibus & caſibus ac Cenſuris juxta dictorum Privilegiorum (quatenus tamen ſint in uſu, & Sacri Concilii Tridentini Decretis ac Romanorum Pontificum Conſtitutionibus non adverſentur, nec revocata aut ſub aliquibus revocationibus comprehenſa ſint) formam & tenorem dumtaxat abſolvere valeant: Dicti Confeſſarii prædictos Confratres à Caſibus contentis in litteris quæ die Cœnæ Domini legi conſueverunt, nec non violationis Immunitatis ac Libertatis Eccleſiaſticæ, & Clauſuræ Monaſteriorum Monialium ſi videlicèt ſine neceſſaria & urgenti cauſa ac ſine Superiorum licentia vel etiam ſi cauſa & licentia conceſſa abutentes prædicta Monaſteria ingreſſi fuerint, nec non violentæ manus injectionis in Clericum, & ſingularis certaminis ſeu Duelli, ac ab aliis etiam Caſibus tam à Summo Pontifice quàm ab ejus Vicario & locorum Ordinariis reſpectivè reſervatis & pro tempore reſervandis, ac etiam à quavis Excommunicatione ab Homine lata abſolvere & ſuper Irregolaritatibus tam ex aliquo defectu provenientibus quàm occaſione delicti contractis cum aliquo diſpenſare prætextu Privilegiorum nullo modo poſſint. *Clemens VIII. apud* eoſdem, *ibidem*. ¶ Hæc Conſtitutio pluribus in locis ſuperiùs citatur, tanquàm diligenter obſervanda & attendenda.

1604. 7. Dec. —— Privilegiis, quibus Confraternitates & Congregationes ejuſdem Ordinis & Religionis ac Inſtituti ſeu Archiconfraternitatis & Congregationis cui aggregantur, ita in poſterum gaudeant, ut Miniſtri & Officiales dictarum Confra- 1615

ternitatum & Congregationum erectarum & aggregatarum ac quibus communicationes factæ sunt, Indulta hujusmodi debitis temporibus promulgare valeant, prævia tamen recognitione Ordinarii loci qui adhibitis duobus de ejusdem Ecclesiæ Capitulo, illa juxta Sacri Concilii Tridentini Decretum promulganda decernat: Dictis Ministris & Officialibus eleemosynas excipiendi potestas datur juxta modum & formam per Ordinarium loci præscribendam, remotis tamen mensis & pelvibus ac capsis quæ in Ecclesiis & Oratoriis dictarum Confraternitatum & Congregationum publicè ad hoc exponi consuevetunt; atque hoc ipsum observare teneantur Ordines & Religiones ac Instituta erigentia & instituentia ac communicantia seu Archiconfraternitates & Congregationes aggregantes ubique locorum existentes juxta modum à Vicario Papæ & ab Ordinariis locorum respectivè præscribendum: Eleemosynæ autem sic collectæ in reparationem & ornatum Ecclesiarum tam Ordinum & Religionum ac Institutorum erigentium & Archiconfraternitatum ac Congregationum aggregantium quàm Confraternitatum & Congregationum erigendarum & aggregandarum, aut in alios earum pios usus arbitrio ejusdem Vicarii Papæ & Ordinariorum respectivè exponantur fideliter atque erogentur: Litteræ verò erectionis & aggregationis hujusmodi gratis omninò ac nulla prorsus mercede etiam à sponte dantibus accepta expediri & concedi debeant ab ipsis Ordinibus & Religionibus ac Institutis seu Archiconfraternitatibus & Congregationibus: Si aliqui denique Ministri & Superiores vel Officiales dictorum Ordinum & Religionum ac Institutorum seu Archiconfraternitatum & Congregationum ac Confraternitatum hujusmodi in aliquo contra præmissa facere præsumpserint, erectiones & communicationes ac aggregationes sint nullæ, Officiis obtentis priventur, & inhabilitantur ad illa & alia obtinenda, reservata Papæ dictarum pœnarum remissio-

missione. *Clemens VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1604. 14. Dec. —— Capitulum generale Congrega- 1617
tionis S. Bernardi Hispaniarum de Ordine Cistercienſi tertio quoque anno celebretur: quod si intra dictum triennium Generalatus officium vacare contigerit, Capitulum de novo celebretur in quo Reformator Generalis ad reſiduum tantùm ejuſdem triennii eligatur: qui verò prædicto officio functus fuerit, vocem activam & paſſivam habeat in Capitulis generalibus, excepto Capitulo in quo ab eodem officio vacabit: Abbatiæ & Præſidentiæ tertio quoque anno vacent in Capitulo, nec confirmentur, & si objerit interim Abbas aliquis vel privetur, alter eligatur à Monachis ipſius Monaſterii pro reſiduo dumtaxat illius triennii: Abbates, Viſitatores, Conſiliarii, Procuratores, cœterique Officiales in dicto Capitulo eligendi, per triennium itidem ſint in ſuo quiſque officio, Diffinitoribus exceptis, quorum munus tempore prædicti Capituli generalis duret: Liceat tamen (ſi ita Capitulo viſum fuerit) Procuratorem in Urbe ultra triennium confirmare ad majorem Ordinis utilitatem. *Clemens VIII. in Conſtit. quæ incipit* Ex injuncto, *apud* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg. 62. pag. mihi* 380. ¶ Vide infra 1610. 17. Maii.

1604. 14. Dec. —— Nullus Monachus de dicta 1618
Congregatione S. Bernardi Hiſpaniarum, prætextu cujuſvis Privilegii aut Superioritatis etiam Generalatus, à Choro ſit immunis, niſi pro tempore quo fuerit actu occupatus in ſuo officio: Cum Lectoribus & Prædicatoribus poteſt diſpenſari pro diebus legendi & prædicandi, ac etiam cum ægrotis & Studiorum cauſa legitimè impeditis: Si ulterius videatur cum aliquo diſpenſandum in Choro ſeu aliis Ordinis Obſervantiis, ſolùm fieri poſſit à Diffinitoribus in Capitulo generali vel intermedio: Non liceat alicui ex Monachis, etiamſi Superior ſit, quidpiam quovis modo acquiſitum (etiam ex Concionibus ſive Lectionibus aut Miſſis, etiamſi ſubſi-

dia Consanguineorum aut Piorum largitiones seu Legata vel Donationes fuerint) tanquam proprium aut etiam nomine Conventus possidere, sed omnia statim tradantur Superiori & incorporentur Conventui: Monachorum Vestitus, & Supellex Cellarum comparetur ex communi pecunia, & omnino sit conformis & præferat paupertatem, ita ut nihil superflui admittatur, nec necessarium denegetur. *Clemens VIII. apud* eundem, *ibidem*.

1614. 14. Dec. —— Omnes Monachi præfatæ Congregationis S. Bernardi Hispaniarum, etiam Superiores quicunque & etiam Reformator Generalis, eodem Pane & Vino ac Obsonio seu Pitantia vescantur in communi Mensa prima vel secunda, nisi Infirmitatis causa impediti fuerint: Non liceat Superioribus (Sancto Paschate Resurrectionis excepto) Subditorum Confessiones audire, nisi ipsi Subditi id ab eis sponte petierint, sed Confessarii deputati audiant etiam vigore Privilegiorum Cruciatæ: Novitii auctoritate Capituli pro tempore recipiendi, in illis tantùm Monasteriis recipiantur in quibus viget Regularis Observantia & debitus Monachorum numerus ad Chori usum est præscriptus: Reformatori denique Generali, aliisque Abbatibus, Diffinitoribus, Superioribus, & Monachis universis ejusdem Congregationis præcipitur sub pœna privationis officiorum obtentorum ac vocis activæ & passivæ, nec non perpetuæ inhabilitatis ad illa & alia consequenda, ut Ordinationes supradictæ Reformationis in eadem Congregatione ac in singulis illius Monasteriis respectivè recipiant & admittant ac perpetuò observari procurent. *Clemens VIII. apud* eundem, *ibidem*. ¶ Vide infra 1630. 19. Jun. 1614

1604. 22. Dec. —— Liceat Priori Generali Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini (quoties ei placuerit) per se insimul cum uno à se eligendo ex Visitatoribus Congregationis seu Societatis de Lombardia ejusdem Ordinis, vel per Vicarium ejusdem 1622

So-

Societatis dumtaxat & non per alium visitare unam vel plures Domos ac ipsam Societatem: In Visitatione hujusmodi Prior Generalis tam in præcedentia quàm in aliis actibus publicis & privatis recipiatur & honoretur ut Caput & Administrator totius Ordinis S. Augustini ab ipso Vicario Congregationis prædictæ & Visitatoribus ac Provincialibus & Prioribus ac aliis Fratribus, à quibus omnibus eidem Generali Priori ut Superiori suo omnis præstetur obedientia in dicta Visitatione: Teneantur Vicarius Generalis & Visitatores ac alii Fratres de prædicta Congregatione Lombardiæ subire ac recipere hujusmodi Visitationem tam quoad Loca quàm quoad Personas, & omnes obedientiam præstent Priori Generali in his quæ per ipsum in Visitatione fuerint ordinata, subjaceant pœnis & correctionibus ab eodem impositis ac illas adimpleant: Visitator Congregationis qui vocatus à Priore Generali interierit Visitationi, vel Vicarius ipse si fuerit in Conventu visitando, assistat ipsi Priori Generali, ut illum informet & certiorem faciat de statu & negotiis Domorum visitandarum ac de vita & moribus Fratrum, sed nullam habeat vocem activam in ipsa Visitatione, & non possit ferre aut prætendere votum nisi consultivum, neque etiam debeat scrutinio aut examini secreto interesse, sed solus Prior Generalis interfit: Assistentes Ordinis associent dictum Priorem Generalem in Visitatione Congregationis hujusmodi & perpetuò eidem assistant, & Prior Generalis absque eorum consilio nihil decernat, dictique Assistentes in dicta Visitatione locum habeant ab omnibus de præfata Congregatione: Teneatur Prior Generalis saltem per mensem ante Visitationem denunciare Visitatori à se electo Visitationem faciendam & ejus locum ac tempus, & si vocatus recusaverit aut neglexerit in loco visitando intervenire, liceat eidem Priori Generali vocare ad hoc officium de propinquiori Monasterio Priorem vel eo absente Vicarium, & illis adhuc accedere recusantibus, ab-

absque eorum interventu liceat dicta Loca visitare. *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 117. *quæ incipit* Ex injuncto.

1695. 10. Jan. —— Conservator Regularium non valet Tribunal erigere, nec assumere Ministros utpotè Promotorem Fiscalem & Notarium ac alios Officiales, sed uti debet Officialibus Curiæ Episcopalis, sub pœna Regularibus privationis vocis activæ & passivæ, præter nullitatem, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Vicentina, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 29. *de Conservatorib. num.* 13. *ad VIII.* & refert etiam Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de *Conservatoribus, pag. mihi* 207.

1605. 14. Jan. —— Monachus licèt non possit esse arbiter, potest tamen esse arbitrator, Bald. *in l. si qui ex consensu, sub num.* 5. *C. de Episcop. aud.* & ex eo dixit *Rota in Civitatis Castelli Hæreditatis seu nullitatis Laudi coram* Ludovisio, *decis.* 204. *sub numer.* 9. *pag. mihi* 185.

1605. 25. Jan. —— Bebotrochium, seu Locus ubi Senes & Valetudinarii ac propter solam senectutem infirmi homines curantur, adeo pium opus est, ut supprimi non debeat, ut ubi ponantur Religiosi etiam Reformati, prout censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Capuana*, & antea *in ead.* 1603. 29. *Nov. ac in Brugneten.* 1604. 3. *Febr. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Hospitale, *num.* 1. *ad III.*

1605. 10. Febr. —— Vicario Papæ jurisdictionem cognoscendi quascunque Causas Archihospitalis S. Spiritus in Saxia de Urbe Ordinis S. Augustini, vel ejus & suarum Personarum interesse concernentes confert *Clemens VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 118. *quæ incipit* Cùm sicut accepimus. ¶ Hanc jurisdictionem quoad Causas obligationum Cameralium spectantes vel ad Reverendam Cameram Apostolicam vel ad Magistros Viarum Urbis declarat Paulus V. anno 1606. 3. Jul, *ibid. Constit.* 22. *quæ incipit* Decet.

10. Mar.

1605. 10. Mar. —— Omnia & singula Privilegia Clericis Regularibus Congregationis de Somascha concessa, nec non omnia & singula Statuta in dicta Congregatione hucusque edita, licita tamen & honesta, Sacrisque Canonibus & Concilii Tridentini Decretis minimè contraria, nec revocata, aut sub ullis revocationibus comprehensa (citra tamen facultatem dispensandi super Irregularitatibus ex delictis tam publicis quàm occultis provenientibus, & dummodo Confessarius Regularis, qui pro tempore Confessiones Pœnitentium alienæ Parochiæ audiat, ab Ordinario loci ad eas audiendas prius fuerit approbatus, nullumque propter Cadaverum Sepulturam in Locis dictæ Congregationis præjudicium juribus quorumcunque Parochorum inferatur) approbat & confirmat *Paulus V. in Constitut. quæ incipit* Cùm ad utilitates, *in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi* 91. 1625

1605. 10. Mar. —— Novitii Habitum dictæ Congregationis de Somascha pro tempore suscipere volentes, quocunque anni tempore de consensu Capituli Collegialis recipiantur in Domibus & Locis à Capitulo generali destinatis: In dictæ Congregationis Ecclesiis & Cœmeteriis omnium Christifidelium Cadavera valeant Sepulturæ mandari sine præjudicio Parochorum: Singuli Presbyteri professi Congregationis præfatæ possint omnibus suæ curæ commissis Extremæ-Unctionis & tempore Paschatis Resurrectionis Dominicæ Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramenta ministrare absque aliquo Censurarum vel pœnarum incursu; Ut autem dicta Congregatio valeat sibi Conservatorem eligere cum ejusdem muneris præscriptione concedit *Paulus V. ibidem*. ¶ Ut autem impunè possint supradictis Personis Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ministrare etiam per modum Viatici, citra tamen præjudicium Jurium Parochialium, concedit idem Pontifex *ibid. pag.* 137. 1626

1605. 11. Jun. —— Episcopus Regularis debet Officium 1627

cium recitare juxta Ritum ſuæ Diœceſis, non verò Regulæ, & occurrente Feſto Regulæ in Feſto Diœceſis, hoc erit præferendum: Capellanus verò Epiſcopi, qui cum eo recitat Officium, debet ſe illi conformare, ut decrevit *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Theſauro Sacror. Rit. par. 2. ſect. 1. cap. 5. tit. 2. num. 2. & 3.* & refert etiam Murga *in Tract. de Benefic. Eccleſ. quæſt. 10. num. 149. pag. mihi* 744. ex Pace Jord. *tom. 2. lib. 10. tit. 39. num.* 18. & eſt juxta Gloſs. *in cap. de Monachis, verb. diſcedere, il 3. 16. quæſt. 7.* ibi: unde non debes regere Eccleſiam ſecundùm Officium Monachale, nam ad quamcunque Eccleſiam veneris, illius conſuetudinem ſervabis, 12. *diſt. illa*, 41. *diſt. quiſvis*.

1605. 16. Jun. —— Epiſcopi & locorum Ordinarii vigore cujuſvis Decreti Concilii nullam habent facultatem quovis tempore in Monaſteriis & Domibus ac Eccleſiis Regularium viſitandi Sacriſtias & Paramenta ac Vaſa Sacra & Altaria ac alia aut etiam Tabernaculum ſeu Pixidem in qua aſſervatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, prout cenſuit *Congregat. Concil. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 24. num.* 18.

1605. 17. Jun. —— Acceſſus ad Collocutoria vel Rotas aut alias Monaſteriorum Monialium partes eſt materia pertinens ad Clauſuram, & per conſequens ſpectat ad Ordinarium, etiam in Monaſteriis Monialium Regularibus ſubjectarum, qui ea ad libitum viſitare poteſt, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Januen. apud* d. Matthæucc. *ibid. cap. 5. num.* 22.

1605. 21. Jun. —— Epiſcopus præcipere poteſt Monialibus etiam exemptis & etiam curæ Regularium ſubjectis, ut habeant locum ſeparatum & commodum pro Novitiis & Puellis educandis: & poteſt prohibere, ne illas extra dictum locum teneant ex quovis prætextu etiam licentiæ Superiorum: inſuper decernere & declarare poteſt, quod Abbatiſſæ & Prioriſſæ quæ tempore ſui officii noluerunt recipere

pere Novitiarum & locorum distinctorum erectionem, ad illud officium & in futurum eligi non possint: & etiam, quod Moniales particulares cujuscunque Monasterii quæ recipiunt Novitias vel Puellas educandas in suis Cellis, sint ipso jure privatæ voce activa & passiva, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Patavina, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 106.

1605. 27. Jun. —— Confessio Prælati de recepto, cessante errore vel fraude, nocet Ecclesiæ, Felin. in cap. fin. col. fin. de præscript. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. gloss. 18. num. 23. maximè quando juvatur adminiculis, Bal. & alii *in Auth. hoc jus porrectum, C. de Sacrosanct. Eccles.* ut dixit *Rota in Bononien. de Carnaliis coram* Marquemontio, *decis. recent. par. 3. decis. 92. num. 2.* 1631

1605. 13. Jul. —— Organista in Ecclesia Sæculari de licentia Sacræ Congregationis potest esse Regularis, maximè si non inveniuntur idonei Sæculares, & adsit Conventus sui Ordinis in eo loco, prout concessit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea *in una Conventualium* 1601. 11. *Dec.* ac *in alia Servitarum* 14. *Oct. ejusd. anni* 1601. *apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Organum, *num.* 4. *ubi etiam quod* si non adsit Conventus sui Ordinis, dari solet licentia degendi in aliquo alio diversi Ordinis Conventu vel in Palatio Episcopali, ut permisit *ead. Congregat. in una Augustinianorum de Lombardia* 1606. 28. Jan. 1632

1605. 20. Jul. —— Nomine Ordinariorum veniunt etiam Abbates & alii Prælati Jurisdictionem quasi Episcopalem & proprium Territorium habentes, *ex Littera Pontificia Pauli V. relata ab* Ascanio Tamburino *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 1. quæsito 4. num. 6.* ubi aliam refert Litteram Papalem Clementis VIII. editam *anno* 1603. 1. *Jul.* 1633

1605. 8. Aug. —— Non convenit, ut Regulares habitent in loco conjuncto cum Clausura Monialium, contra c. 21. deffinimus cnm seq. 18. quæst. 2. prout de- 1634

declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. numer.* 43. *pag. mihi* 116.

1605. 20. Aug. —— Monasteria ædificata à quadraginta annis citra, non tenentur ad solutionem Quartæ Funeralium, si modò sint ejus Religionis, cui à Sede Apostolica ante quadraginta annos indultum sit, ut eandem Quartam non teneantur solvere Episcopo, & sic declaratur Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 13. ideoque Fratres de Monte Carmelo eximuntur ab hujus Quartæ solutione, nec ob non solutionem hujusmodi possunt molestari ab Episcopis nec à Parochialium Ecclesiarum Rectoribus. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit.* 4. *quæ incipit* Decet, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *circa Constit. unic. Pyrrhi*, §. 12. *num.* 54. *pag. mihi* 10. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 3. *tract.* 11. *quæst.* 5. *num.* 12. Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constit.* 570. & meminit etiam Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. post Constit.* 6. *sect.* 20. §. 11. *num.* 428. *pag.* 123. ac Lezana *in Sum. quæst. Regular. cap.* 3. *sub num.* 13. *pag.* 10.

1605. 22. Aug. —— Regulares scribentes litteras & mittentes nuncios ad Moniales, subire debent pœnas arbitrio, licèt non comprehendantur in Decreto, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Cremonen.* & ad longinquas partes amandari, prout censuit *ead. Congregat. in Taurinen. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Conversatio, *num.* 2. ideoque S. Carolus in Concilio Mediolanensi primo prohibuit Monialibus, ne scribant litteras, nisi ad Superiorem & Episcopum sine licentia Præfectæ, neque ad se missas aperiant nisi Præfecta prius eas aperuerit & legerit, sub pœnis legendis apud Tamburin. *de Jur. Abbatissar. disput.* 25. *quæsito* 10. *numer.* 4. *pagin. mihi* 164.

1605. 22. Aug. —— Moniales non possunt instrumenta celebrare sine licentia Ordinarii, & etiam Superiorum Regularium si sunt sub eorum regimine,

ne, prout declaravit & respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in d. Cremonen. apud* d. Nicol. *in Flosc. verb.* Instrumentum, *num.* 2. ¶ Vide etiam infra, 1622. 5. Febr.

1605. 23. Aug. —— In Universitate Colimbriensi unum Collegium seu Seminarium Militiarum S. Jacobi de Spatha Ordinis S. Augustini, & S. Benedicti de Avis sub Regula ejusdem S. Benedicti erigitur & instituitur, in quo sub unius Rectoris à pro tempore existente Catholico Rege Magno Magistro deputandi & amovendi gubernio, aliqui prædictarum Militiarum Religiosi sub regulari clausura & obedientia debeant Sacræ Theologiæ seu Juri Canonico operam dare: Pro manutentione autem Rectoris & Collegialium possit dictus Magnus Magister pro tempore existens contributionem à singulis Prioribus & Præceptoribus ac Commendatariis & aliis Beneficiatis earumdem Militiarum pro rata fructuum respectivè faciendam taxare & statuere ac determinari & persolvi facere: Prædictum Collegium seu Seminarium Militare & Collegiales pro tempore admittendi, juxta Statuta & Regulas suorum Ordinum ac alias de novo faciendas & ab Ordinario loci prius approbandas regantur; & Collegiales præfati per Concursum prius eligendi, priusquam admittantur, in Conventibus dictarum Militiarum Regularem earum Habitum suscipere, & (si dicto Magno Magistro visum fuerit) Regularem Professionem emittere debeant: Seminario denique præfato contribuentes eximit ab aliis contributionibus & liberat *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 5. *qua incipit* Ex injuncto, *& refert etiam* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg.* 3. *pag. mihi* 525. 1638

1605. 1. Oct. —— Capitulum generale Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula de sexennio in sexennium celebretur, in eoque Corrector Generalis & illius Collegæ ac Zelosus seu Procurator Generalis ad hujusmodi sexennium eligantur: Alii verò Officia- 1639

ciales, Provinciales & eorum Collegæ de triennio in triennium, Correctores verò Domorum de anno in annum creentur & deputentur: & ita sub indignationis Papæ ac privationis vocis activæ & passivæ ac inhabilitatis ad quæcunque dicti Ordinis Dignitates & Officia ipso facto incurrenda pœna per quoscunque Ordinis præfati Fratres & Regulares ac quosvis alios observari præcipit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 6. quæ incipit* Cùm sicut, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 4. ejusd. Pontific. pag. mihi* 238.

1605. 15. Nov. —— Omnibus & singulis Sacerdotibus etiam Regularibus prohibetur, Missas anticipatè celebrare pro eo qui primò stipendium dederit, & Deus videt daturum, vel sub conditione in futurum contingente, verbi gratia, intendo celebrare pro eo qui proximè mihi eleemosynam largitus fuerit, ut prohibet *Congregat. Concil. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 12. numer. 4.* ex Barbosa *de potest. Episc. par. 2. allegat. 24. num. 12.* & referunt etiam Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Missa, *numer.* 33. ac Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract. 7. quæst.* 83. *num.* 8. 164

1605. 21. Nov. —— Abbas, qui habet Jurisdictionem quasi Episcopalem in Personas sæculares, potest deputare Vicarium Monachum Jurisperitum: quod si talem non habeat, debet tenere Vicarium Clericum sæcularem Doctorem: & si id minus fieri possit, poterit facere Vicarium Monachum non Doctorem, assignando tamen ei Doctorem pro Assessore, sine cujus consilio nihil facere possit, quod requirat altiorem indaginem, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Reguler. in una Nullius*, & antea *anno* 1603. 23. *Dec. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 28. de Offic. Vicar. Gener. numer. 4.* & refert etiam Pascuce. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 345. 164

1605. 2. Dec. —— Quando Ecclesia arochialis est sub- 164

subjecta Monasterio aut annexa vel de ejus Mensa, tunc non est locus Decreto Concilii Tridentini *sess.* 24. *cap.* 18. *de Reform.* sed Monasterium nominat, Episcopus verò sine Concursu approbat, juxta trad. *in cap.* 1. *de capell. Monach. & in cap. de Monach. de Præbend.* quod autem Ecclesia sit talis, non est necesse probare per instrumentum unionis vel annexionis, sed potest etiam probari per alia signa & argumenta: sic Ecclesia ædificata in Territorio Monasterii, dicitur ad Monastetium spectare, Gloss. & DD. *in d. cap. de Monach. in verb. proventibus, vers. Si verò ex donatione, de Præben.* sic Decimæ Parochialis à Monasterio perceptæ faciunt Ecclesiam de Mensa Monasterii, ut dixit *Rota in Ulixbonen. Juris Conferendi coram* Litta, *decis. recent. par.* 2. *decis.* 153. & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 1. *decis.* 102. *num.* 1. & 2. ¶ Hæc Decisio fuit confirmata anno 1607. 13. Jun. coram Lancellotto, *ibid. decis.* 204.

1605. 4. Dec. —— Quibuscunque Superioribus quorumcunque Locorum & Ordinum Regularium existentium intra fines Italiæ & Insularum adjacentium præcipitur, ut singuli in qualibet Provincia omnia Bona immobilia ejusdem Provinciæ recognoscant, in primo Capitulo Provinciali proponant coram tribus Judicibus à quibus sedulò examinetur quot Religiosi in unoquoque Loco Regulari competenter valeant sustentari, & nota eorumdem Bonorum exhibeatur dicto Capitulo in quo certus cuique Loco præfigatur numerus Religiosorum qui sufficienter ali possint: Superiores autem qui numerum hujusmodi præscriptum quovis modo augere præsumpserint, privationis omnium Officiorum obtentorum ac vocis activæ & passivæ ac inhabilitatis ad omnes suæ Religionis gradus perpetuam pœnam eo ipso incurrant, atque aliis etiam gravioribus ad Papæ arbitrium infligendis pœnis subjaceat. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 9. *quæ incipit* Sanctissimus, *& referunt etiam* Quaranta *in* 1643

Sum. Bullar. verb. Monasteria & Conventus, *pag. mihi* 334. Donatus *in Prax. Regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 2. *quæst.* 16. *num.* 9. Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 98. *num.* 5. Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. post Constit.* 13. *num.* 22. *pag.* 339. & Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 258.

1605. 12. Dec. —— Superioribus & Religiosis Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo Discalceatorum conceditur, ut ubique locorum in Districtu suo Domos & Monasteria juxta Concilii Tridentini Decreta & de sola licentia Ordinariorum, nullo aliarum Personarum etiam cujusvis Ordinis Regularium requisito consensu, condere & fundare ac erigere valeant, non obstante Constitutione de qua supra 1603. 23. Julii. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 10. *quæ incipit* Ad Ecclesiæ, *& referunt etiam* Barbosa *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 3. *numer.* 31. *& seqq.* ac Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 5. *quæsito* 1. *numer.* 4. ¶ Vide etiam infra, 1608. 14. Aug. & 1610. 8. Maii. 16

1605. 30. Dec. —— Plura ad Vocalium electionem & vota in Diffinitoriis & Dietis Congregationis Lateranensis Canonicorum Regularium de Ordine S. Augustini, nec non multa circa Abbatis Generalis ac Procuratoris electionem & Novitiorum receptionem, sub tresdecim paragraphis comprehensa & in virtute sanctæ obedientiæ observanda statuit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 14. *quæ incipit* Pastoralis. 1645

1606. 21. Jan. —— Unio Congregationum Fratrum S. Ambrosii ad Nemus Mediolanensis & Fratrum S. Barnabæ de Provincia Marchiæ & Januæ sub Regula S. Augustini viventium, à Sixto Quinto facta confirmatur: Constitutiones pro ipsarum Congregationum & earum Monasteriorum seu Domorum & Religiosorum prospero regimine editas, nec non etiam quæcunque Privilegia & Indulta eisdem Congregationibus in genere vel in specie à Summis Pontifi- 1649

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tificibus concessa (quatenus sint in usu, & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis non adversentur) approbat & illis Apostolicæ firmitatis robur adiicit *Paulus V. apud* eund. *ibid. Constit. 15. quæ incipit* Pastoralis, *& refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 4. num. 71. pag. mihi* 328. ¶ Vide supra 1375. 29. Nov. & 1496. 7. Jan.

1606. 27. Jan. —— Professio dicitur metu emissa ex præcedentibus minis aut verberibus à Patre illatis, etiam sine Patris expresso præcepto, Abb. *in cap. cùm virum, num. 8. vers. intellige, de Regul.* Dec. *in cap. 1. num. 10.* ubi Felin. *num 2. de offic. deleg.* metus etiam oritur ex continua importunitate paterna & assiduis imprecationibus, Gloss. *in cap. sunt qui opes, in verb. non judicio, vers. sed aliquis 17. quæst. 4. l. 1. §. persuaderi, ff. de serv. corrupt.* Gloss. *in l. 1. in verb. pignora, C. si Rector Provinciæ*, Cravett. *cons. 10. numer. 17.* ut dixit *Rota in Conchen. nullitatis Ordinum coram* Penia, *decis. recent. par. 3. decis. 105. numer. 2. & 3.* 1647

1606. 18. Febr. —— In tota Congregatione Fratrum Jesuatorum S. Hieronymi centum dumtaxat Religiosi ad omnes Sacros & Presbyteratus Ordines, statutis à Jure temporibus, promoveri possint & valeant, dummodò tamen prævio diligenti examine ad hoc idonei reperti fuerint: Non ascendentes ad Sacros Ordines, eisdem gradibus & honoribus cum promotis perfruantur: Promovendi verò litteras dimissorias habeant directas vel in Urbe ad Vicarium Papæ vel in Orbe ad Mediolanensem seu Bononiensem aut Senensem Archiepiscopos vel ad Episcopum Patavinum. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 16. quæ incipit* Religiosos. ¶ Notandum primò, quod ultra centum dictæ Congregationis Fratres in Presbyteratus Ordine constitutos, alii duodecim ad Subdiaconatus ac alii etiam duodecim ad Diaconatus Sacros Ordines 1648

de Superiorum ſuorum licentia poſſunt promoveri, ita quod quando aliqui ex numero promotorum hujuſmodi è vivis deceſſerint, alii in mortuorum locum ſubſtituantur, prout concedit idem Pontifex anno 1608. 13. Mar. *ibid. Conſtit. quæ incipit*, Apoſtolicæ, *ſtatim poſt d. Conſtit.* 16. ¶ Notandum ſecundò, quod omnes & ſinguli Congregationis præfatæ Religioſi pro tempore exiſtentes de illorum Superiorum licentia, ad omnes etiam Sacros & Presbyteratus Ordines ſtatutis à Jure temporibus à locorum Ordinariis vel aliis quibuſvis Antiſtibus promoveri valent, dummodò tamen prævio diligenti examine ad hoc idonei reperti fuerint & aliud eis non obſiſtat canonicum impedimentum ac aliàs ſervata forma Concilii Tridentini & aliis de Jure ſervandis, prout indulget & cum eis ſuper hoc diſpenſat idem Pontifex anno 1611. 25. Jan. *ibid. Conſtitut. quæ incipit* Oneroſa, *ſtatim poſt d. Conſtit.* 16.

1606. 18. Febr. —— Sacerdotes & alii de dicta Congregatione Fratrum Jeſuatorum S. Hieronymi ad Sacros Ordines promoti pro tempore, ex peculiari cujuſque obligatione Horas Canonicas in Choro, ſtatuto ab Eccleſia tempore, recitare debeant in illis ſcilicèt Conventibus in quibus quatuor ſaltem Fratres reperiuntur in Sacris Ordinibus conſtituti, in aliis autem Conventibus ubi pauciores quatuor erunt Sacris ordinati poſſint eas etiam privatim recitare: Dicti autem Fratres ad Sacros Ordines promoti, nullatenus in poſterum teneantur ad recitationem Orationis Dominicæ & Salutationis Angelicæ ex præſcripto ſuarum Conſtitutionum faciendam: Miſſas ſubmiſſa voce recitent & à ſolemnium celebratione abſtineant, niſi ſicubi ſolemniter celebrare conſueviſſent: Ad Sacerdotium promoti non audiant Sæcularium Confeſſiones, ſed tantùm Sacerdotibus ad Confeſſiones audiendas idoneis repertis & approbatis ab Ordinariis locorum liceat aliorum ipſius Congregationis Religioſorum Confeſſiones de ſui Superioris licentia audire: Fra-

tres

tres ipsi aliquo Sacro Ordine initiati non vacent exercitio distillationis aquarum neque earum venditionibus se immiscеant, imo cæteri ejusdem Ordinis Regulares ad Ordines non promoti & quibus id exercitium non adimitur, dictas aquas Mulieribus non vendant neque venales habeant seu exponant, sed tantùm vendere possint Aromatariis vel aliis Personis particularibus: Eidem denique Congregationi conceditur erectio Studiorum, in quibus tum humaniores litteræ ac disciplinæ tum Philosophia & Theologia legantur. *Paulus V. apud* eund. ibid. d. Constit. 16. ¶ Notandum, quod quicunque ex dictæ Congregationis Fratribus recitationi Horarum Canonicarum habiles & idonei erunt, illi ad earundem Horarum recitationem perpetuò tenentur, per quam satisfaciunt recitationi Orationis Dominicæ & Salutationis Angelicæ ex eorum Instituto faciendæ, prout observari mandat idem Pontifex anno 1608. 23. Sept. *ibid. Constit. quæ incipit* Ministerio, *statim post d. Constit.* 16.

1606. 25. Febr. —— Abbas semel benedictus cum usu Bireti, si transferatur ad aliam Abbatiam habentem usum Mitræ, non indiget alia Benedictione, sed potest per seipsum Mitram capere, prout declaravit *Congregat. Rit. in Bituntina, apud* Barbosa *in Sum. Apostolicar. Decis. Collect.* 1. *verb.* Abbas, *num.* 5. ex Joan. Maria Novar. *in Lucer. Regular. verb.* Benedicere, *numer.* 11. 1650

1606. 2. Mar. —— Renunciationes, quæ à Professionem emissuris factæ fuerint, non subjacent formæ Laicali Statuto præscriptæ, nec ejus omissio tales Renunciationes invalidat, utpotè ab his Personis scilicet Novitiis factæ, quæ secundùm præsentem statum tanquam Ecclesiastici censentur & legibus Laicorum non subjecti, prout respondit *Congregatio Concil. in Ferrarien. apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom.* 3. *circa Constit.* 1. *Clementis IV. sect.* 2. *sub num.* 59. *pag. mihi* 387. 1651

1606. 29. Apr. —— Prohibere non potest Episco- 1652

pus, ne celebretur in Ecclesiis Religionis Hierosolymitanæ à Sacerdotibus tam Fratribus quàm Capellanis dicti Ordinis, absque sua licentia, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Siracusana, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Hierosolymitani, *numer.* 14.

1606. 29. Apr. —— Omnia & singula Privilegia ac Indulta Congregationi Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti quomodolibet concessa confirmantur, quatenus Sacri Concilii Tridentini Decretis & Regularibus dictæ Congregationis Institutis non adversentur, ac revocata non sint nec sub aliquibus revocationibus comprehensa: Abbas Generalis eligatur prout moris est, & possit ac debeat visitare quæcunque Congregationis suæ Monasteria tam in Italia quàm in Gallia & ubique locorum existentia quando & quoties ei videbitur, etiam nulla Visitationis intimatione seu notificatione præcedente, cum observatione Regulæ ac Constitutionum ejusdem Congregationis; Venientes ad Urbem ex Provincia Galliæ & ex quacunque alia Provincia ad ipsum Abbatem Generalem absque licentia & obedientia suorum Provincialium & Superiorum (& maximè si sint Apostatæ aut profugi vel vagi) si Generalis cognoverit absque causa legitima illos veniisse, debeant puniri juxta formam Constitutionum, & statim remittantur si venerint absque hujusmodi suorum Superiorum licentia & obedientia, etiam pro eorum devotione; secus autem si velint accedere ad Urbem tanquam ad Apostolicam Sedem pro negotiis & recursibus habendis, tunc enim non liceat Superioribus id cuique prohibere: Nullus Prælatus, Provincialis, Abbas, Prior, vel Monachus habeat recursum pro negotiis Congregationis, nisi ad Abbatem Generalem in Italia existentem vel ubique locorum ubi erit, vel in Regno Galliæ ad suos Provinciales vel ad Capitula Provincialia, aliter pœnam incurrat Excommunicationis ipso facto, reservata Papæ absolutione, & privatus intelli- 165

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

telligatur quocunque honore & gradu Religionis, ac voce activa & passiva careat: Capitula denique pro tempore facienda tam in Gallia quàm in quibuscunque aliis Provinciis vocentur Capitula Provincialia non autem Generalia, ita ut Capitulum Generale sit illud, quod celebrabitur cum assistentia Generalis & cæterorum Patrum Diffinitorum. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 19. *quæ incipit* Injuncti, *& refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 2, *disput.* 24. *quæsito* 5 *num.* 43.

1606. 16. Maii. — Clericos Regulares Congregationis Ministrantium Infirmis, etiam ad Carthusianorum Ordinem sine speciali Romani Pontificis pro tempore existentis aut Cardinalium super Episcoporum & Regularium negotiis præpositorum licentia (firma remanente prohibitione generali transeundi ad quascunque alias Religiones præter Carthusianos, ut in Litteris Apostolicis, de quibus supra 1591. 21. Sept.) transire perpetuò prohibet *Paulus V. apud* Cherub. *in Bull. Rom. tom.* 3. *Constit.* 21. *quæ incipit* Romanum, *& meminit etiam* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. post Constit.* 6. *subsect.* 2. *num.* 140. *pag. mihi* 82. 1654

1606. 23. Maii. — Omnibus Christifidelibus, qui canonicè & juxta Ordines cujuslibet Religionis ac Constitutiones Apostolicas Habitum Regularem à legitimis Superioribus causa profitendi in illo susceperint, die primo eorum ingressus in ipsam Religionem, si verè pœnitentes & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, Plenaria Indulgentia conceditur: Ac cuilibet Novitio, qui pœnitens & confessus ac Sacra Communione refectus, post completum Probationis annum emiserit Professionem, etiam Plenaria: Nec non cuilibet Religioso intra Claustra sui Monasterii viventi, qui in Festo principali sui Ordinis confessus & Sacra Communione refectus fuerit aut Missam recitans, pro Christianorum Principum concordia & hære- 1655

sum extirpatione ac Romani Pontificis salute ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderit etiam Plenaria: In cujuslibet verò mortis articulo, si pariter verè pœnitens & confessus ac Sacra Communione refectus, vel quatenus id facere nequiverit, saltem contritus Nomen JESU ore (si potuerit) sin autem corde devotè invocaverit, etiam Plenaria: Qui verò ad Presbyteratus Ordinem canonicè promotus & confessus primam Missam celebrabit, nec non etiam iis Religiosis qui pariter confessi ac Sacra Communione refecti interfuerint eidem Missæ aut ipso die Missam similiter celebrabunt, etiam Plenaria. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 21 quæ incipit* Romanus, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 8. pag. mihi 250.* Tamburin. *de Jur. Abbatiss. disput. 16. quæsito 7. num. 6. pag. 101.* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 259.* ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 6. num. 4.*

1606. 23. Maii. —— Iis verò Regularibus, qui de suorum Superiorum licentia à negotiis per decem dies alieni in Cella commorabuntur, aut ab aliorum conversatione separati in piorum librorum & aliarum rerum spiritualium animos ad devotionem & spiritum inducentium lectionibus operam suam dederint, addendo sæpè considerationes & meditationes Mysteriorum Fidei Catholicæ, Divinorum beneficiorum, quatuor Novissimorum, Passionis Domini Nostri JESU CHRISTI, & aliorum exercitiorum, orationum jaculatoriarum aut vocalium saltem per duas horas in diem & noctem orationibus mentalibus sese exercendo, faciendo eodem tempore Confessionem generalem aut annualem vel ordinariam, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint aut Missam celebraverint, quoties pro quolibet prædictorum exercitiorum, Plenaria conceditur Indulgentia: Præterea iidem Religiosi intra Claustra viventes, qui suam Ecclesiam devotè visitaverint & ibi oraverint ut præfertur,

tur, consequantur easdem Indulgentias quas visitantes Ecclesias Urbis & extra eam diebus Stationum consequuntur in omnibus diebus, perinde ac si ipsius Urbis Ecclesias personaliter visitarent: Omnibus item Religiosis intra Claustra viventibus, qui quinquies Orationem Dominicalem & toties Salutationem Angelicam ante Altare eorum Ecclesiæ in quolibet die, quinque annorum & totidem quadragenarum Indulgentia conceditur: Iis verò, qui de suorum Superiorum licentia in itinere existentes aut extra Claustra degentes tanquam Prædicatores & Lectores, quinquies eandem Orationem Dominicam & toties Salutationem Angelicam ante quodlibet Altare similiter dixerint, etiam quinque annorum Indulgentia conceditur & totidem quadragenarum. *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*.

1606. 23. Maii. —— Eisdem Religiosis, qui per mensem integrum singulis diebus spatio mediæ horæ Orationem mentalem fecerint ac confessi & Sacra Communione ultima Dominica Mensis hujusmodi refecti fuerint, conceduntur sexaginta anni & totidem quadragenæ de Indulgentia: Qui verò contrito corde & pœnitentes, eorum culpas & peccata ac imperfectiones in Capitulis Culparum accusabunt & spiritualiter communicabunt ac exercitium virtutum facient, tres annos & totidem quadragenas lucrentur: Quotiescunque autem de licentia Summi Pontificis aut suorum Superiorum in Ditiones & Terras Infidelium aut Hæreticorum ad concionandum aut Catholicos docendum vel Infideles & Hæreticos ipsos ad Fidem Catholicam convertendum & Ecclesiæ gremio reducendum missi fuerint, si pœnitentes & confessi ac Sacra fuerint Communione refecti vel Missam celebraverint, ut melius ad hujusmodi opus sese parare valeant, duabus vicibus scilicet quando itineri se accingent & quando in Provinciam missionis ingressi fuerint, Plenariam consequantur Indulgentiam: Insuper cùm Superior in Visitationibus generalibus Orationes 1657

nes quadraginta Horarum pro bono Visitationis progressu collocare voluerit, iis Religiosis, qui dictis Orationibus saltem spatio duarum horarum in diverso tempore interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia & hæresum extirpatione ac Romani Pontificis salute & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione necnon Disciplinæ & Observantiæ Regularis augmento pias ad Deum preces effuderint, si confessi & Sacra Communione refecti fuerint aut Missam celebraverint, Plenariam Indulgentiam concedit *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*.

1606. 23. Maii. —— Omnes supradictæ Indulgentiæ & Gratiæ Religiosis Regularibus cujusvis Ordinis tam Monastici quàm Mendicantis dumtaxat concessæ, etiam omnibus Monialibus cujusvis Regulæ approbatæ & intra Claustra viventibus cum tribus votis solemnibus & perpetua Clausura ac tam locorum Ordinariis quàm gubernio Regularium quorumcunque subjectis suffragentur: Cæterùm omnes & singulæ Indulgentiæ quibuscunque Ordinibus & Institutis Regularibus etiam Mendicantibus ac quibuslibet Personis Regularibus tam vigore Privilegiorum & Litterarum Apostolicarum quàm vivæ vocis oraculo aut alio quovis modo per quoscunque Romanos Pontifices & Apostolicam Sedem hactenus concessæ & confirmatæ ac approbatæ vel innovatæ perpetuò revocantur & cassantur ac annullantur seu abrogantur, & ad præsentium litterarum præscriptum reducit & moderatur *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra 1666. 18. Mar.

1606. 31. Maii. —— Monasterium non censetur exclusum, quando Testator non habuit respectum ad conservationem Familiæ & Fœminas ad successionem vocavit, ut deducit Molin. *de Primogen. Rip. lib.* 1. *cap.* 13. *numer.* 92. *&* 93. & ex eis dixit *Rota in Assisien. Hæreditatis coram* Marquemontio, *decis. recent. par.* 3. *decis.* 118. *num.* 3. *ubi num.* 4. *dictum fuit, quod* Statutum volens, quod Monasterium non succedat,

cedat, sine Papæ authoritate in Terris Ecclesiæ conditum, non valet, Felin. *in cap. in præsentia, num.* 36. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 83. *num.* 53.

1606. 31. Maii. —— Cùm Eques S. Joannis Hierosolymitani emittat tria Vota substantialia, & per consequens dicatur Vir Religiosus, ex Mohed. *decis.* 10. *de caus. poss. & propr.* Religio, quæ illum admisit, tenetur ad alimenta ei præstanda, cùm Monasterium teneatur alere Monachum, quem ad Religionem admisit, Castr. *cons.* 76. *num.* 1. *lib.* 1. ut dixit *Rota in Neapolitana Alimentorum coram* Manzanedo, *apud* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 3. *in fine, decis.* 26. *num.* 6. *&* 7. *pag. mihi* 314. 1660

1606. 3. Jun. —— Mulieres intrantes in Hortum Regularium à Clausura separatum clave & muro convenienti, non incidunt in pœnas à Pio Quinto & Gregorio Decimotertio (de quibus supra, 1566. 24. Oct. & 1575. 13. Jun.) Mulieribus intrantibus & Regularibus permittentibus impositas: Secus verò si intrent in Regularium Hortum eorum Clausuræ conjunctum, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Arben.* & antea *in Lauden.* 1583. 13. *Sept. ac in una S. Dominici* 1582. 24. *Apr. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Claustrum, *nu.* 4. & ex eo Matthæuce. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 18. *&* 20. 1661

1606. 16. Jun. —— Episcopus quoad Monasteria sita intra suam Diœcesim, habet intentionem fundatam de Jure Communi exercendi Jura Episcopalia, *cap. cùm venerabilis, de relig. domib.* Anchar. *cons.* 310. *num.* 5. Paris. *cons.* 95. *lib.* 4. & onus probandi contrarium spectat ad Monasteria: Prælatus autem inferior prætendens habère jurisdictionem in loco, tantum obtinet quantum probat se exercuisse, *cap. auditis, cap. cum olim, de præscript.* Gloss. & Bald. *in l.* 1. §. *si quis, ff. de itin. aut privat.* ut dixit *Rota in Calaguritana seu Nullius Jurisdictionis coram* Ortembergo, *apud* Tamburin. *de Jur. Abbat. in fine* 3. *tomi, decis.* 47. *num.* 14. *&* 15. *pag. mihi* 331. 1662

1606. 16. Jun. —— Etsi Ecclesia est pleno jure exempta, 1663

pta, tamen si Populus non est pariter exemptus, tunc Religiosi habent institutionem collatoriam quoad titulum, sed authorizabilis institutio quoad curam Populi pertinet ad Episcopum, *cap. unico de Capel. Monach. in 6. cap. cùm & plantare, de privil.* & ibi Abb. *num. 6. vers. ultimo casu*, & etiam Soc. *nu.* 23. Abbas igitur non potest quærere Territorium separatum ab Episcopo, ita ut faciat caput in eadem Diœcesi, sed benè potest quærere sub Episcopo, ut Episcopus habeat universalem jurisdictionem saltem habitu, & Prælatus inferior habeat quasi sub eo, licèt exercitio excludatur Episcopus, Calder. *cons. 2. de præscript.* ut dixit *Rota in d. Calagurita-na seu Nullius Jurisdictionis coram* eod. *ibid. numer.* 19. & 21.

1606. 23. Jun. —— Jus Conferendi Beneficia Regularia spectat ad Abbatem, constito quod Ecclesia sit Regularis, prout pluribus rationibus probat & dicit *Rota in Fanen. Beneficii coram* Manzanedo, *decis.* 41. *sub num.* 2.

1606. 23. Jun. —— Beneficium esse Regulare, & ad Abbatis collationem spectare patet ex antiquissimis enunciativis ultra centum annos, in quibus enunciatur aliquam Ecclesiam esse membrum mensale Monasterii & ad Abbatem illius pertinere, ex quibus tam jus conferendi Abbatis quàm Ecclesiam esse Regularem probatur ex Put. *decis.* 209. *lib.* 7. & Litta *in Parmen. Prioratus:* & patet etiam, si constet de possessione Abbatis conferendi ex pluribus ipsius collationibus effectum sortitis, quæ sufficiunt ad probandam pertinentiam, juxta *decis.* 3. *de probat. in nov.* Milis. *in suo Repert. in verb. probatio, quod Beneficium pertineat:* his accedere potest antiqua Inscriptio marmorea existens in faciem Ecclesiæ, & Insignia Abbatialia in illius parietibus sculpta, ex quibus inducitur ad probationem Beneficii Regularis, juxta notata per Gloss. & DD. *in cap. cum causam, de probat.* Bald. *consil.* 310. *per tot. volum.* 5. Anchar. *consil.* 113. *sub num.* 4. Rip. *in cap. cum Ecclesia, sub.*

sub num. 97. de cauſ. poſſ. & propr. Cravett. *conſil. 158. ſub numer. 4.* Lambertin. *de Jurepatron. lib. 3. quæſt. 5. art. 4. num. 2.* & ex eis dixit *Rota in Fanen. Beneficii coram* Manzanedo, *deciſ. 41. per tot. pag. mihi 7.*

1606. 1. Jul. —— Non poteſt Ordinarius prohibère, ne Regulares vocati accedant cum Muſicis ad alias Eccleſias, præterquàm Monialium, ad formam Decreti, ut reſpondendo declaravit *Congregat: Epiſcopor. & Regular. in una Conventualium, apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Eccleſia, *num. 17.* 1666

1606. 1. Jul. —— Ne efferantur Cadavera à quoquam, nec à Regularibus quibuſcunque ſub quovis prætextu, non vocato & expectato Parocho Defuncti & eo præſente, niſi ipſe aliud permiſerit vel adeſſe recuſet, non obſtante quacunque ſpeciali conſuetudine: Debent autem Parochi certiores fieri à Regularibus de audita Ægrotorum Confeſſione: Non eſt denique cogendus Populus ad audiendam Miſſam in Parochiali, cùm poſſit eam audire in Eccleſiis Regularium ad libitum, ut ad hæc tria reſpondit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Gavant. *in Manuali, verb.* Exequiæ, *num. 9. & 10. verb.* Confeſſarius, *num. 27. & verb.* Miſſa Parochialis, *numer. 10. & 11.* & quoad tertium de Miſſæ auditione idem referunt etiam Barboſa *de poteſt. Parochi, par. 1. cap. 11. num. 16.* ac Lantuſca *in Theatro Regular. verb. itid.* Miſſa Parochialis. ¶ Vide infra, 1670. 21. Jun. 1667

1606. 1. Jul. —— Regulares ad Monialium Monaſteria accedentes ſine licentia, ultra pœnas privationis Officiorum ac vocis activæ & paſſivæ, incurrunt etiam pœnam peccati mortalis, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. circa Conſtit. 6. Pii V. §. 10. num. 36. pag. mihi 203.* & referunt etiam Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat. 102. num. 72.* ac Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 1. numer. 16. pag. 81.* nec non Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 2. diſput. 25. queſito 5. num. 1.* & hoc iterum firmavit eadem Congrega- 1668

gregatio anno 1672. etiam ex rationabili causa, quando non adsit licentia, ut habet Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 12. & refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in Appendice, pag. mihi* 437.

1606. 1. Jul. —— Nulla Monialis energumena intra Monasterii septa à quocunque Sacerdote etiam Regulari & etiam Confessario exorcizetur, sed ad Ecclesiam exteriorem ejusdem Monasterii (obtenta prius à Sacra Congregatione licentia) ea de causa deducatur vel transferatur: In translatione autem hujusmodi, sicut & in actu exorcizationis Energumenam comitentur honestæ Personæ consanguineæ vel aliæ Mulieres provectæ ætatis ac probatæ conversationis: Exorcista sit ad actum hujusmodi ab Ordinario approbatus, & exorcizatio minori quo fieri potest strepitu fiat: Ecclesiæ janua eousque occlusa remaneat, quousque exorcizatione completa reducatur Energumena ad Monasterium: Cæterum tam in reditu quàm in accessu ad Ecclesiam & Monasterium respectivè, rectà & sine diversiculo tendatur, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 90.

1606. 11. Jul. —— Litteræ Sixti Quinti & Clementis Octavi (de quibus supra, 1586. 5. Maii, & 1592. 4. Sept.) Congregationi Regulari Monachorum Beatæ MARIÆ Fulienfis de Ordine Cistercienfi S. Benedicti & illius Personis concessæ, ac omnia & singula in eis contenta approbantur perpetuò & confirmantur, quatenus sint in usu & Concilii Tridentini Decretis ac aliis Canonicis Sanctionibus non contrarientur, nec sub ullis revocationibus Apostolicis comprehendantur: Eidem etiam Congregationi omnia & singula communicantur Privilegia, quibus alii quicunque Ordines Monastici fruuntur & fruentur. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3, *Constit.* 23. *qua incipit* Divina, *& refert etiam* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg.* 1. *pag.*

pag. mihi 424. ac Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 380. ¶ Vide infra, 1607. 21. Nov.

1606. 13. Jul. —— Generali Correctori & Fratribus 1671
Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula pro tempore existentibus inhibetur sub majoris Excommunicationis latæ sententiæ & aliis Ecclesiasticis sententiis & Censuris, nec non sub privationis Dignitatum & Officiorum ac vocis activæ & passivæ ac perpetuæ inhabilitatis ad illa vel alia obtinenda eo ipso incurrendis pœnis, ne de cætero quosvis alios quàm Nationis Gallicanæ dicti Ordinis Fratres in Conventu Ss. TINITATIS de Urbe Correctores seu alios Locales & Conventuales vel Habitatores eligere aut electos confirmare, inibi recipere, vel eis locum & domicilium assignare, seu etiam quoquo modo eos admittere vel tolerare præsumant: Fratres tamen dictæ Nationis Gallicanæ fugitivos seu quavis alia juris aut facti infamia notatos non esse in dicto Conventu recipiendos vel admittendos decernit *Paulus V. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *Constit.* 7. *quæ incipit* Romani, *pag. mihi* 243. ¶ Hanc Constitutionem confirmat Innocentius X. anno 1645. 10. Apr. *in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 8. *quæ incipit* Ex incumbenti.

1606. 15. Jul. —— In jejunium Regulares uti pos- 1672
sunt Ovis & Lacticiniis, extra tamen tempora ab Ecclesia universaliter prohibita, ut fuit determinatum in Capitulo generali Capuccinorum 1596. & fuit approbatum à Sacra *Congregat. Episcopor. & Regular. in Consentina, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Capuccini, *num.* 9.

1606. 21. Jul. —— Licèt Statutis seu Stabilimentis 1673
Militiarum JESU CHRISTI, S. Jacobi de Spatha, & S. Benedicti de Avis in Regnis Portugalliæ existentium caveatur expresè, quod Milites non possint dictarum Militiarum Præceptorias aut Commendas vel alia Beneficia consequi, nisi prius integrum triennium in partibus Africæ cum duobus servientibus contra Infideles militaverint, nihilominus

minus quicunque Milites qui in qualibet Classe Regis Hispaniarum contra Infideles aut Hæreticos per quinquennium continuum tam æstivo quàm hiemali temporibus militaverint cum duobus servientibus, quascunque dictarum Militiarum & cujusvis earum respectivè Commendas seu Præceptorias obtinère possint & valeant, perinde ac si in Africa juxta prædicta statuta & stabilimenta militassent. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 24. quæ incipit* Majestatis tuæ, *& refert etiam* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg. 5. pag. mihi 529.*

1606. 23. Aug. —— Omnia & singula Indulta ac Privilegia per Romanos Pontifices Ordini Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum quomodolibet concessa confirmantur & innovantur, dummodo tamen Sacris Canonibus & Decretis Concilii Tridentini ac Constitutionibus Apostolicis contraria & sub aliquibus revocationibus non sint comprehensa, & exceptis etiam indultis & concessionibus Indulgentiarum ac peccatorum remissionibus & relaxationibus: Congregatio quoque Fratrum Reformatorum seu Recollectorum hujus Ordinis cum eorum Regulis non tamen revocatis nec contrariis dicto Concilio Tridentino aut aliis Canonicis Sanctionibus itidem perpetuò approbatur, quam tamen Generali Magistro & aliis Prælatis Ordinis prædicti totaliter supponit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 25. quæ incipit* Inter omnes, *& refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 4. num. 77. pag. mihi 336.*

1606. 1. Sept. —— Ne occasione prærentionum (de quibus supra, 1562. 1. Apr.) oriantur impedimenta quoad Regulares delinquentes in Causis Sancti Officii, ideo omnes concessiones quibusvis Superioribus quorumcunque Ordinum sive Mendicantium sive Clericorum Regularium factæ cognoscendi Causas ad dictum Officium quovis modo spectantes revocantur, sed ipsi Religiosi possint & debeant

omnes

omnes etiam Ordinum hujusmodi Professores de Hæresi suspectos liberè denunciare Inquisitoribus vel Ordinariis locorum vicinioribus, absque eo quod Superiores prædicti Personas denunciandas & causas perquirere vel impedire aut retardare præsumant: Causæ coram ipsis Prælatis pendentes remittantur Inquisitoribus vel Ordinariis locorum terminandæ; dictisque Superioribus præcipitur, ut omnia Acta Causarum hujusmodi præfatis Inquisitoribus & Ordinariis consignent, & eisdem denuncient Professores & Fratres ac Religiosos supradictos, quos in Visitatione Hæresi labe infectos vel suspectos esse noverint: Quod si Generales & alii Prælati præsentibus litteris non paruerint, privationis quarumcunque Dignitatum & Prælaturarum suorum Ordinum ac vocis activæ & passivæ ac etiam perpetuæ inhabilitatis ad easdem, necnon contra fautores hæreticorum & impeditores Officii statutas & inflictas pœnas ac alias Ecclesiasticas Censuras etiam Excommunicationis majoris latæ sententiæ (reservata Papæ absolutione) eo ipso incurrant. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 26. qua incipit* Romanus, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 9. pag. mihi* 252. ac Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 53. pag.* 160. ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra, 1633. 14. Apr. ¶ Vide infra 1660. 8. Jul.

1606. 4. Sept. —— Laudabile Societatis JESU Institutum, Constitutiones, & perpetuitas Præpositi Generalis jamdiu stabilita & in eadem Societate usu recepta & solita, ac ipsum Præpositum ad vitam eligendi usus & consuetudo & illius in Urbe ordinaria residentia, ac ipsius Societatis Unitas & omnium Nationum sub uno Capite collectio in dictis Constitutionibus sancita, necnon Decreta sub num. 93. 70. & 87. emanata in quinta generali dictæ Societatis Congregatione, & quæcunque alia dictum Institutum & illius gubernandi rationem concernen- 1676

tia, atque etiam Privilegia eidem Societati & illius pro tempore existenti Præposito Generali ac Religiosis hactenus concessa (salvis Litteris Leonis IX. super Decimis) approbantur & confirmantur. *Paulus V. in Constit. quæ incipit* Quantum, *in Corpore Institutor. d. Societ. tom.* 1. *pag. mihi* 162.

1606. 5. Sept. —— Superioribus Fratrum Capuccinorum Ordinis S. Francisci conceditur, ut ubique locorum in Regnis Hispaniarum nova Monasteria seu Domos accipere licitè & liberè valeant, servata tamen forma in iis recipiendis Sacrorum Canonum & Concilii Tridentini *sess.* 25. *cap.* 3. *de Regular.* & non obstante Constitutione Clementis Octavi supra posita & edita anno 1603. 23. Julii, prout concedit & indulget *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 27. *quæ incipit* Ad uberes. ¶ Vide supra 1574. 6. Maii.

1606. 16. Sept. —— Ad celebranda Capitula generalia Congregationis S. Bernardi Hispaniarum de Ordine Cistercienſi non eligantur Procuratores, sed tantùm celebrentur per Abbates: Conveniant ad ea Monachi qui officium Generalis Reformatoris objerint, Visitatores Generales triennii immediatè præcedentis, & Monachi qui ex licentia Capituli generalis & non aliàs gradum Magisterii in Sacra Theologia acceperint, dummodo prius per duodecim annos Sacræ Theologiæ aut Artium & Theologiæ in Collegiis Ordinis Prælectores fuerint aut in aliqua Universitate Cathedram rexerint: In Capitulo generali ex omnibus Capitularibus eligantur sex Diffinitores ad sequens triennium duraturi loco Consiliariorum de cætero non eligendorum, & non possint simul esse Abbates pro eodem triennio, conveniant tamen ad Capitulum in quo à suo munere vacant, & ipsi cum omnibus supradictis vocem activam & passivam in dictis Capitulis habeant, & non alii, nisi ex facultate Apostolica: Hæc autem Decreta in capitulo generali dictæ Congregationis emanata confirmantur; & ut ab omnibus recipian-

cipiantur & observentur, sub pœna privationis officiorum obtentorum ac vocis activæ & passivæ præcipit *Paulus V. in Constit. quæ incipit* Ex injuncto, *apud* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg.* 63. *pag.* 383.

1606. 10. Oct. —— Sub nomine totius Congrega- 1679
tionis Fulensis de Ordine Cistercienſi comprehenduntur Abbatissæ & Priorissæ ac aliæ quæcunque Moniales, quæ gerunt & gerent Habitum dictę Congregationis, & omnibus gaudent Privilegiis tam spiritualibus quàm temporalibus quibus eadem Congregatio fruitur & fruetur: & ideo tam ipsæ quàm earum Monasteria & Bona eximuntur ab omni jurisdictione & subjectione ac visitatione quorumcunque Superiorum Ordinis Cistercienſis, prout declarat *Paulus V. in Constit. quæ incipit* Quæ Regulares, *apud* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg.* 9. *pag. mihi* 431.

1606. 31. Oct. —— Magistro Generali Fratrum Prę- 1680
dicatorum Ordinis S. Dominici, & illo absente, ejus Vicario in Urbe commoranti conceditur, ut Confraternitates Ss. NOMINIS DEI extra Urbem prædictam valeat ubique locorum erigere & instituere, illisque possit Indulgentias & Gratias spirituales communicare, quas (revocatis hactenus per Summos Pontifices concessis) hujusmodi Confraternitati in Ecclesia S. MARIÆ super Minervam de Urbe Ordinis præfati canonicè erectæ de novo concedit *Paulus V. in Bullar. Confraternit. Ordin. Prædicator. Constit. quæ incipit* Cùm certas, *pag. mihi* 180.

1606. 3. Nov. —— Administrantibus & Confrati- 1681
bus Archiconfraternitatis Ss. SACRAMENTI in dicta Ecclesia Beatæ MARIÆ super Minervam de Urbe conceditur, ut Confraternitates hujusmodi valeant sibi aggregare, illisque possint (servata tamen forma tradita in Constitutione Clementis Octavi supra posita & edita anno 1604. 7. Dec.) Indulgentias communicare, quas (revocatis hactenus per Romanos Pontifices concessis) dictæ Archicon-

fraternitati de novo largitur *Paulus V. in d. Bullar. Confraternit. Ordin. Prædicator. Constit. quæ incipit* Cùm certas, *pag. mihi* 205.

1606. 15. Nov. —— Licentiam assumendi Regulares in Vicarios Episcoporum, Monachos scilicet Cœlestinos & etiam Dominicanos, concedit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Vestana*, & antea in *Trahunen.* 15. *Jul. ejusd. anni*, ac etiam *in Puteolana* 1593. 4. *Febr. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 345. & refert etiam Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 18. de Offic. Vicar. General. *num.* 4. *ubi etiam quod* Episcopi in partibus Infidelium passim absque alia speciali licentia deputare solent Regulares etiam Mendicantes in Vicarios.

1606. 23. Nov. —— Omnia & singula Privilegia & Indulta spiritualia & temporalia quomodolibet quibusvis Mendicantium & non Mendicantium Ordinum Congregationibus per quoscunque Romanos Pontifices concessa, ad Congregationem Monachorum Silvestrinorom Ordinis S. Benedicti extenduntur, quatenus sint in usu & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis seu particularibus Constitutionibus ejusdem Congregationis Silvestrinorum non contrarientur, & exceptis Privilegiis Monachorum S. Benedicti, per quæ eidem Ordini Indulgentiæ conceduntur, ac etiam excepta facultate eligendi & deputandi Conservatores Religionis & Monachorum. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit. quæ incipit* Religiosorum, *statim post Constit.* 106.

1606. 27. Nov. —— Episcopus Ecclesiæ Cathedralis Regularis habet jurisdictionem privativè in Monachos Canonicos illius Ecclesiæ Cathedralis: & quando proceditur in figura Judicii, habet prædictam jurisdictionem privativè, prout dixit *Rota in Montis Regalis Jurisdictionis coram* Coccino, *apud* Barbos. *de Canonic. & Dignitatib. cap.* 1. *numer.* 17. & re-

& refert etiam Farinac. *decis. tom.* 1. *decis.* 121.

1606. 28. Nov. —— Per Breve Pauli Quinti (de quo supra 1606. 23. Maii) super revocatione seu annullatione Indulgentiarum omnibus Ordinibus & Congregationibus Regularibus concessarum, non fuit mentis & intentionis Sanctitatis suæ, Indulgentias tam Plenarias & perpetuas quàm quascunque alias per dictam Sanctitatem suam & alios Romanos Pontifices ac Sedem Apostolicam quibuscunque Christifidelibus Ecclesias Congregationis Beatæ MARIÆ Fulienſis visitantibus hactenus concessas revocare & annullare, sed illas in suo robore permansisse, prout declaravit *Paulus V. viva vocis oraculo facto Octavio Cardinali Bandino*, *apud* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg.* 16. *pag. mihi* 440. ¶ Huic autem declarationi plenam fidem ubique locorum adhibendam esse decrevit Hieronymus Cardinalis Pamphilius Vicarius Generalis Papæ & Curiæ Romanæ ac ejus Districtus Judex ordinarius *anno* 1607. 13. *Mar. apud* eund. *ibid. Privileg.* 8. *pag.* 430. 1685

1606. 4. Dec. —— In promotione Personarum Militiæ & Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani ad magnam Crucem, habeatur ratio meritorum & sufficientiæ promovendorum potius quam antianitatis, juxta dictæ Religionis Statutum quintum de electionibus, si est in usu, omni exceptione & affectione cessante; aliter irritum sit & inane quidquid secùs super his à quoquam scienter vel ignoranter contigerit attentari. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 30. *quæ incipit* Accepimus. 1686

1606. 9. Dec. —— Abbas Generalis pro tempore existens Congregationis Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti Functiones omnes, quas cæteri omnes Abbates exempti faciunt, exercère & facere possit, nec non semper tam in Urbe quàm in omnibus aliis Civitatibus & ubique locorum Habitum Prælatorum Regularium, Caputium scilicet sive Mozzet- 1687

tam ſuper Mantelletto, & Birettum quadratum more Clericorum ſæcularium, ac Pileum more Prælatorum deferre valeat, ac in Eccleſiis & Monaſteriis ſuo Ordini ſubjectis utatur Cappa & Baculo ac Mitra & cæteris Pontificalibus Indumentis, & in eiſdem Eccleſiis Miſſas ſolemniter more aliorum Abbatum Benedictinorum celebrare poſſit ac Monachis ſui Ordinis & aliis Chriſtifidelibus quibuſcunque ad dicti Abbatis Miſſas audiendas convenientibus & intereſſentibus (quandocunque Epiſcopi & alii Superiores Prælati ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ibi præſentes non ſint) impertiri poſſit, & in pacifica omnium præmiſſorum poſſeſſione manutenendum nec à quovis ſuper præmiſſis moleſtandum eſſe decernit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. quæ incipit* Ex injuncto, *ſtatim poſt Conſtit. 26. Urbani Octavi*, & refert etiam Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. diſput. 20. quæſito 2. num. 20. pag. mihi 298.*

1607. 23. Jan. —— Exceptio in ſententia poſita poteſt verificari in fructibus, qui inſerviunt pro victu proprio & victu Regularium, Abb. *in cap. ex parte, num. 3.* ubi Anchar. *ſub num. 2. verſ. item quod dicis de herbis*, & Joan. de Anan. *ſub num. 2. de Decim.* ſecus autem in foliis mororum, quæ licèt Fratres colant, & propriis manibus colligant pro alendis Bombicibus ad conficiendum ſericum, & conſequenter pertineant ad utilitatem Fratrum, cùm tamen non deſerviant ad uſum proprium, ceſſat exemptio, quam poſſunt prætendere vigore ſuorum Privilegiorum, quæ non extenduntur ad alium caſum quàm ad uſum proprium Fratrum, Abbas & Anchar. *loc. præcit.* qui utuntur dictionibus *Tantùm & Dumtaxat*, quæ ſunt excluſivæ excepto uſu proprio, *l. iis ſolis, C. de revoc. donat.* Pariſ. *conſil. 85. ſub num. 47. lib. 2.* ut dixit *Rota in Cartaginen. Decimarum coram* Penia, *apud* Poſthium *de manutenen. deciſ. 416. ſub num. 2. & 3. pag. mihi 319.* 1683

1607. 1. Febr. —— Epiſcopus viſitare non debet Eccleſias 1683

clesias & Loca exempta etiam tanquam Delegatus Apostolicus, nisi prius visitaverit sua, & tunc intimare Visitationem omnibus indifferenter & sine partialitate, ut respondit *Congregat. Concil. in Torpartialitate*, ut respondit *Congregat. Concil. in Tornacen.* & antea *Congregat. Episcopor. & Regular. in Januen.* 1599. 7. *Sept. apud* Crispin. *in Tract. de Visitat.* *Pastor. par.* 1. §. 13. *num.* 3. & refert etiam Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 39. *numer.* 4. *vers.* XIII. amplias, *ubi etiam quod* declarare debet, se id facere tanquam Delegatum Apostolicum, *ex eod. Congregat. in Messanen.* 1619. 23. *Mar.* juxta Constitutionem Pii Quinti, la 136. quæ incipit *Exposuit*, de qua supra 1571. 22. Septembris: Non tamen, quando visitat Parochiales Regularium, prout declaravit *ead. Congregat. in Portugallien. S. Benedicti* 1607. 1. *Nov.* quia Regulares quoad Curam Animarum non dicuntur exempti, ex Tridentino *cap.* 11. *sess.* 25. *de Regular.*

1607. 4. Febr. —— Minister Generalis pro tempore existens totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia super omnibus Reformationibus & Fratribus Reformatis eandem ordinariam potestatem habere possit, quam super aliis ejusdem Ordinis Fratribus habet: Ministri verò Provinciales Reformati ordinariam super Custodibus & Reformatis similiter exerceant potestatem: Qui autem ex dictis Ministris de Familia erunt, eisdem Custodibus & Reformatis præcedant & pro eorum Superioribus recognoscantur: Custos & ejus Vocales ad Provinciale Capitulum accedant & in eo in electione Ministrorum & Diffinitorum habeant vocem activam & passivam, & ipse Custos à Vocalibus suæ Custodiæ in prædicto Capitulo eligatur, qui unà cum Discretis Guardianos constituet & Familias in sua Custodia disponet ac suam Custodiam (quoties sibi necessarium videbitur) possit visitare & mutare ac corrigere & punire: In casu verò Appellationis, ad dictum pro tempore existentem Ministrum Generalem erit appellandum: Quotiescunque aliquis ex 1690

Fratribus Reformatis ob infirmitatem vel aliam legitimam causam à Reformatione exire & ad Familiam transire voluerit, in Capitulo aut Congregatione Provinciali de consensu Custodis & majoris partis Vocalium Custodiæ illi concedatur, ac eorumdem consensu necnon Ministri Provinciæ poterunt Fratres de Familia ad Reformationem migrare: Novitiis quoque qui in Capitulo aut Congregatione recipientur, utrum ad Reformationem vel ad Familiam se conferre velint ad Novitiatum agendum, eligere liberum erit, servata tamen Sixti Quinti Constitutione supra posita & edita anno 1587. 26. Novembris: Circa verò Conventus de Familia acceptandos, quidquid à pro tempore existentibus istius Ordinis Protectore ac Generali Ministro ordinatum fuerit, observetur: In virtute igitur sanctæ obedientiæ præcipitur omnibus & singulis dicti Ordinis & Reformationis prædictæ Superioribus & Religiosis, ut præmissa omnia observent & Generali Ministro in illis promptè obediant ac assistant, alioquin sententiam seu pœnam, quam ritè ipse tulerit seu statuerit in rebelles, ratam habebit Summus Pontifex *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 31. quæ incipit* Postulat, & *refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 42. ¶ Vide etiam infra, 1615. 8. Jul.

1607. 16. Febr. —— Omnibus & singulis Parochialium Ecclesiarum Rectoribus pro tempore existentibus in Indiis Occidentalibus & Orientalibus interdicitur & prohibetur, ne sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna (reservata Papæ absolutione) majorem eleemosynam ab iis qui in Domorum Ordinis Eremitarum S. Augustini Ecclesiis sepelientur, ea quam illis præscribit Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 13.* juxta explicationem Pii Quinti supra positam & editam anno 1567. 16. Maii, quovis prætextu etiam de consilio vel consensu aut mandato suorum Ordinariorum exigere valeant seu

præ-

præsumant. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 32. quæ incipit* Expositum. ¶ Vide supra 1604. 28. Jan. & infra 1608. 25. Jun.

1607. 17. Febr. —— Dominicanis prohibetur per Breve Pauli Quinti Appellatio, nisi quando veniunt condemnati in pœnam gravioris culpæ simpliciter vel ad carcerem perpetuum vel ad triremes vel ad privationem Habitus: in quibus casibus Appellatio debet fieri gradatim, nempè à Priori ad Provincialem & à Provinciali ad Generalem; excepto quod hoc ordine non servato, possunt immediatè appellare ad Sedem Apostolicam vel ad Cardinalem Protectorem, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 2. tit. 28.* de Appellationibus, *numer. 46. pag. mihi 75.* 1692

1607. 17. Febr. —— Quoad Regulares solos incedentes potest quidem eorum Superiores monere, sed non contra eos procedere, sine speciali commissione Sacræ *Congregat. Episcopor. & Regular. in Ariminen.* & antea *in Genuen.* 1599. 18. *Maii, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Solus, *num. 1. ubi num. 2. ait, quod* Regulares extra habitatum possunt incedere soli, & etiam intus, qui sunt Officiales, ut censuit *ead. Congregat. in Casinen.* 1602. 2. *Aug.* sic etiam in Oppidis non multùm amplis, prout declaravit *ead. Congregat. in Eugubina* 1602. 15. *Sept.* 1693

1607. 4. Apr. —— Beneficia in Territorio Sacri Monasterii Cavensis existentia contribuere tenentur Seminario Caputaquensi, nisi sint unita vel de Mensa Monasterii propter Privilegium Pii Quinti: Donec autem hoc probetur, Seminarium Caputaquense manuteneatur in quasi possessione exigendi, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* d. Nicol. *in dd. Floscul. verb.* Seminarium, *num. 7. & refert etiam* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Seminario, *pag. mihi* 387. 1694

6. Apr.

1607. 6. Apr. —— Congregationis Cassinensis aliàs S. Justinæ de Padua Ordinis S. Benedicti in universa Italia & Insulis ei adjacentibus septem Provinciæ, nempe Romana, Hetruriæ, Neapolis, Siciliæ, nec non Venetiarum, Lombardiæ, ac Liguriæ, constituuntur & deputantur: illisque sic constitutis & deputatis, ⁊ *Romanæ* videlicet S. Pauli propè & extra muros Almę Urbis, necnon S. Scolasticę Sublaci, ac S. MARIÆ Farfensis, & S. Petri Perusini, necnon ejusdem S. MARIÆ etiam propè & extra muros Cæsenatensis, ac S. Vitalis Ravennatensis, & S. Proculi Bononiensis, nec non ejusdem S. Benedicti Ferrariensis: ⁊ *Et Hetruriæ* S. Eugenii Senensis, necnon Ss. Floræ & Lucillæ Aretinensis, & S. MARIÆ Florentinæ, ac S. Honorati Lerini, ac S. MARIÆ Cromensis Ragusinæ Diœcesis, & S. Petri Mutinensis, ac S. Petri Regiensis: ⁊ *Necnon Neapolitanæ* ipsius S. Benedicti Castrovillarum, S. Michaelis de Monte Caveoso, S. MARIÆ Andriensis, Ss. TRINITATIS Cavensis, S. Severini Neapolitani, S. Angeli Cajetani, S. Laurentii Aversanensis, & ejusdem S. Benedicti de Monte Cassino: ⁊ *Siculæ* verò S. Placidi Messanensis, S. Nicolai Cathanensis, S. MARIÆ Fondroni, S. Flaviæ ac S. MARIÆ de Monte Regali, S. Martini Panormitani, ejusdem S. MARIÆ de Gangio, ac S. Philippi de Argirione: ⁊ *Ac Venetæ* S. Nicolai de Lictore, S. Georgii Venetiarum, S. MARIÆ de Pratalia, S. Justinæ de Padua, Ss. Felicis & Fortunati de Vicentia, S. Nazarii Veronensis, S. Pauli de Argon, S. Jacobi de Pontida Bergomensis Diœcesis, & S. Faustini ac S. Euphemiæ Brixiensis: ⁊ *Lombardiæ* autem S. Simpliciani & S. Petri in Glossiate Mediolanensis, S. Spiritus & S. Salvatoris Papiensis, S. Sixti Placentini, S. MARIÆ Gratiarum Placentinæ Diœcesis, S. Joannis Evangelistæ Parmensis, S. Columbani Bobiensis, & S. Benedicti de Padolyrone: ⁊ *Liguriæ* denique Provinciis prædictis

16

ctis S. Nicolai Buschetti, S. Benigni & S. Juliani ac S. Catharinæ & S. Hieronymi de Cervaria Januensis Diœcesis, S. Bartholomæi Astensis, ac S. Petri Saviliani Taurinensis Diœcesis dictorum Ordinis & Congregationis Monasteria perpetuò subiicit & supponit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 33. *quæ incipit* Cùm sicut, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constitut.* 261. ¶ Vide infra, 1608. 25. Mar.

1607. 6. Apr. —— In dictis septem Provinciis Congregationis Casinensis novem Abbates Diffinitores eligantur & deputentur, ex quibus Romana unum, Hetruriæ unum, Neapolitana unum, & Siciliæ unum, ac Liguriæ alium, Veneta verò & Lombardiæ Provinciæ prædictæ majores pro qualibet earum habeant duos Abbates hujusmodi ex illis respectivè oriundos: Dicti novem Diffinitores per vota & scrutinia secreta electi, in quibuscunque Capitulis generalibus omnes & singulas tam spirituales quàm temporales gratias à Sede Apostolica eis concessas, quas hactenus habuerunt, habeant, hac tamen ratione ut nullo modo duo ex eadem Natione vel Professione uno & eodem tempore in prædicto Capitulo esse patiantur, licèt ex diversis Provinciis prædictis professi sint, sed ex eisdem Provinciis oriundi eligantur: Ad tollendam verò dictorum Diffinitorum perpetuitatem quieti dictæ Congregationis maximè contrariam, singulo quoque anno tres Diffinitores ex antianis sive antiquioribus, duo nempe ex Lombardiæ, Venetæ, & Liguriæ, ac unus ex Romana, & Hetruriæ, Neapolitana, & Sicula Provinciis prædictis ab eodem Diffinitorio per biennium vacent, ac eorum loco tres substituantur respectivè ex eisdem Provinciis, ita ut semper unaquæque Provincia suum vel suos semper habeat Diffinitorem vel Diffinitores: Si aliqua justà causa Abbates alicujus ex præfatis septem Provinciis ad prædictum Capitulum Cassinense non accederent, 1696

rent, vel accedentes ab electione Diffinitorii excluſi remanerent, ſeu illo anno Viſitatorum officio functi eſſent, ſeu quod per biennium minimè vacaſſent, & eo caſu in prædicto Diffinitorio excluſi eſſent ab hujuſmodi electione, & tunc ex Provincia viciniori Abbas Diffinitor (ſervatis tamen ſuperiùs narratis) pro illa vice tantùm eligatur. *Paulus V. apud* eoſdem, *ibidem*. ¶ Vide infra 1619. 25. Mar.

1607. 6. Apr. —— Conſervatores juxta Conſtitutiones dictæ Congregationis Caſſinenſis approbatas, nempe duo ex Romana, Hetruriæ, & Neapolitana, alii verò ex Veneta, Lombardiæ, & Liguriæ Provinciis prædictis eligantur, ipſique ſic electi cum Dei timore & omni diligentia omnia illo anno à Diffinitoribus & Viſitatoribus ac Præſidente geſta & præcipuè electiones Prælatorum & Officialium perſpiciant ac recognoſcant, & quidquid contra Romanorum Pontificum Decreta ac dictæ Congregationis Conſtitutiones factum eſſe reperient, illud nullum & irritum declarent, ac cum effectu ſub privationis Dignitatum quas pro tempore obtinerent, ac inhabilitatis ad illas obtinendas pœnis eo ipſo incurrendis (illorum habilitationem Romano Pontifici pro tempore exiſtenti omnino reſervando) exequi mandent, & contra inobedientes etiam Diffinitores (nulla habita Perſonarum vel Dignitatum ratione) per Cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas procedant: In qualibet ex Provinciis prædictis tot Abbates & Priores ac Cellerarii & Magiſtri Novitiorum ex ea oriundi exiſtant, quot ſunt in ea Monaſteria vel Prælaturæ & Officia: & caſu quo in ſingulis Monaſteriis idonei ad hoc munus ſubeundum minimè reperiantur, tunc idonei aliis ex Monaſteriis ejuſdem Provinciæ Profeſſi ſubrogentur: quod ſi in tota Provincia non ſint tot Monachi idonei Profeſſi, qui ad prædicta Officia ſuæ Provinciæ aſſumi poſſint, tunc ex Monaſteriis vicinioribus alterius Provinciæ idonei aſſumantur. *Paulus V. apud* eoſdem, *ibidem*. 165

6. Apr.

1607. 6. Apr. —— Ne facultas Regimini dictæ Congregationis Cassinensis diminuta intelligatur, pro arbitrio dicti Regiminis Abbates & Priores ac omnes Officiales & singuli privati Monachi ex Provincia in Provinciam (prout expediens ei videbitur) amoveri & destinari possint & valeant, nulla Nationum & Personarum seu Monasteriorum habita ratione; quinimò singuli Abbates cujuscunque Provinciæ Monasteriis Congregationis deputentur & præficiantur arbitratu Diffinitorii & Regiminis: Abbates & Priores & cæteri Officiales prædicti juxta præscriptum usum dictæ Congregationis non præficiantur alicui Monasterio ultra quinquennium, & ab illius administratione etiam per quinquennium omninò vacent, ita ut tam Abbates quàm cæteri Officiales prædicti quot annis præfuerunt, tot etiam vacent ab ejus Monasterii ac Officii administratione: singuli autem resideant, nec ab eis ullo quæsito colore ultra unam dietam & per octo dies sine licentia Præsidentis abesse possint, juxta causam expressam Conservatoribus in proximo Capitulo generali exhibendam & examinandam an justa fuerit causa discessus; & qui secùs fecerint, illorum arbitrio puniantur: Ne autem aliis prædicantes Abbates prædicti, reprobi inveniantur, ad Vitam Communem & Divina Officia tam diurna quàm nocturna ac omnia Regulæ dictæ Congregationis Instituta cum Dei timore (habita tamen Personarum ac temporum qualitate) concurrant, ut si cum hospitibus impediti sint vel alia justa causa excusentur. *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*. 1698

1607. 6. Apr. —— Monachis dictæ Congregationis Cassinensis litteris operam dantibus provideant de idoneis Lectoribus ac aliis necessariis & decentibus rebus atque commoditatibus illis benevisis: In omnibus quoque Monasteriis parem formam vivendi & vestiendi ac Regularem Disciplinam ab omnibus observari curent: In administrarione autem rerum temporalium ea cautio adhibeatur, ne Prælati eam per seip- 1699

seipsos exerceant, sed ea per Cellerarios à Diffinitoribus vel Ordinis Regimine deputatos (corruptela & abusu Cellerariam in pectus, ut dicunt, Abbatis concedendi penitus sublatis) exerceatur, ac Constitutiones Ordinis prædicti, ut Cellerarii à Regimine deputati Decani existant, omninò observentur: Duo autem Visitatores dictæ Congregationis ex Romanæ, Hetruriæ, ac Neapolitanæ, & alii duo ex Lombardiæ, Venetæ, necnon Liguriæ Provinciarum Abbatibus ex ipsismet Provinciis oriundi eligantur, qui extraneas Provincias visitent non autem proprias (si id Diffinitores expedire judicaverint, aliàs Constitutiones dictæ Congregationis serventur) & in Provincia Sicula duo Visitatores eligantur juxta præscriptum usum Congregationis ejusdem, qui Visitatores Deo juvante munus suum Visitationis cum omni diligentia subeant ac absolvant, singulosque Monachos de statu Monasterii necnon Præpositorum & Ministrorum qualitate, ac rerum spiritualium & temporalium statu exactissimè examinent, Monachos verò vel Commissos ab aliquo Monasterio, in quo saltem per annum continuum non permanserint, & quos amovendos necessarium judicaverint cum onere conscientiæ, per illam Provinciam tantùm mutare valeant, Capitulo generali mutationes de una ad aliam Provinciam reservando. *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*.

1607. 6. Apr. —— Novitiatus pro Novitiorum educatione in singulis Provinciis dictæ Congregationis Cassinensis constituti & constituendi in suo robore permaneant, ita tamen quod in quibuslibet Novitiatibus prædictis ex ejusdemmet Provinciis hujusmodi oriundi juxta Constitutiones Apostolicas & Decreta Concilii Tridentini idonei ad Probationem admittantur, ac semper & ubique cives Civitatum & Locorum Monasteria hujusmodi habentium præferantur cæteris extraneis paribus: In Provincia Romana etiam in Monasteriis S. Proculi Bononien- 1700

sis

sis ac S. Benedicti Ferrarensis constituantur Novitiatus, & in eis Juvenes ex eadem Provincia oriundi recipiantur ad Probationem: Quælibet autem Provincia illum tantùm numerum Novitiorum recipiat & ad Professionem admittat, quem commodè alere poterit: si verò aliqua Provincia seu Monasterium comperiatur habere plures Monachos quàm ex ejus redditibus ali possint, neminem recipiat priusquam illius Professi ad numerum præfixum redacti fuerint: Quia verò in Monasterio S. Pauli de Urbe ob illius aeris intemperiem (ut ajunt) Romani vel ex eadem Provincia oriundi minimè recipiuntur ut moris erat, & hoc in aliis Monasteriis servatur, ideo deinceps singulo quoque anno saltem sex Novitii recipiantur ibi ad Probationem, sed in Monasterium S. Scholasticæ Sublaci ad Probationem & Professionem emittendam mittantur, sumptibus tamen & expensis dicti Monasterii S. Pauli cujus sint & esse intelligantur Professi: Et hac de causa saltem duo Novitii pro Monasterio Farfensi, & alii duo pro Monasterio Sublaci ex Provincia Romana oriundi, in dicto Novitiatu Sublacensi usque ad numerum qui ex illorum Monasteriorum redditibus sustentari possint, quibuscunque non obstantibus recipiantur. *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*.

¶ Vide infra, 1608. 16. Febr.

1607. 6. Apr. —— Quoties contigerit, Abbatem Monasterii S. Pauli de Urbe oriundum vel professum esse ex Monasteriis Lombardiæ aut Venetæ seu Liguriæ Provinciarum de dicta Congregatione Cassinensi, tunc Procurator Generalis dictorum Ordinis & Congregationis oriundus vel saltem professus ex aliquo Monasterio Romanę aut Hętrurię sive Neapolitanæ Provinciarum de Congregatione præfata, & vice versa existat & esse debeat, nec ambo ullo unquam tempore ex Monasteriis earumdem sed diversarum Provinciarum prædictarum debeat esse: Sub pœna autem privationis vocis activæ & passivæ ipso facto incurrenda debeant præmissa inviolabiliter 1701

ter observari: Omnia etiam & singula Privilegia, Libertates, Immunitates, Favores, aliæque Gratiæ tam spirituales quàm temporales per Eugenium Quartum & Gregorium Decimumtertium ac Clementem Octavum sub quacunque verborum forma & expressione super Diffinitorum electione ac dictæ Congregationis bono regimine quomodolibet concessa & præmissis non contraria perpetuò approbantur & confirmantur, ad quæ firmiter observanda præter pœnas prædictas, additur etiam major Excommunicatio: Præsentis autem Constitutionis executionem Protectori dictæ Congregationis pro tempore existenti committit *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*.

1607. 26. Apr. —— Licèt Concionator etiam Regularis alterius Ordinis ab Episcopo tantùm sit deputandus, hoc tamen procedit, quando Abbas non habeat pro se immemorabilem, prout declarando respondit *Congregat. Concil. in Januen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 1. tit.* de Concionatoribus, *pag. mihi* 180. 1702

1607. 14. Maii. —— Clausura *si ei visum fuerit* posita in Constitutionibus Ordinis Prædicatorum, *dis. 2. cap. 2. §. 3. & cap. 3. §. 8.* de Priorum Conventualium & Prioris Provincialis confirmatione non importat liberam facultatem, sed arbitrium boni Viri, *ff. de legat. leg. fideicommissa* 11. §. 7. cum aliis allegatis à *Rota in Comen. Habitus coram* Justo, *apud* Passerin. *de elect. canon. cap.* 32. *num.* 60. ubi quod arbitrium boni Viri regulandum est à Jure, *ex ead. Rota apud Cæsarem de Crassis, de senten. & re judic. decis.* 7. *num.* 7. Bart. *in leg. fin. §. sed & si, num.* 16. Paris. *cons.* 8. *num.* 4. Peregr. *decis.* 239 *circa fin. l.* 2. & ideo ubi denotatur aliquid alicui commissum ad arbitrium boni Viri, ille tenetur servare omnes regulas Juris Communis, ut habet Alex. *cons.* 33. *nu.* 3. *l.* 1. Soccin. jun. *cons.* 49. *num.* 16. *l.* 2. Cravet. *cons.* 612. *num.* 11. Menoch. *cons.* 69. *num.* 4. & 5. Tusc. *litt. A. conc.* 470. *num.* 2. Barbosa *Axiom.* 32. *num.* 2. 1703

19. Maii.

1607. 19. Maii. —— Res gravis pro licita Missæ Votivæ solemnis decantatione ea est apud Regulares, cùm in eorum Comitiis Generalibus seu Provincialibus canitur Missa pro re, eorumdem judicio, gravi: si tamen Paramenta adhibeantur Violacea, tunc non dicitur Hymnus Angelicus nec Symbolum: utrumque enim declaravit *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. par. 1. tit. 8. litt. b. ubi etiam quod* ex dictis sublatum est Privilegium de *Gloria in excelsis* datum Minoribus ab Alexandro Quarto & Sixto Quarto. 1704

1607. 25. Maii. —— Dum aliquis Prælatus inferior est in quasi possessione per antiquam consuetudinem dandi licentiam audiendi Confessiones & administrandi Sacramenta vel faciendi alia exercitia spiritualia, non debet ab Episcopo turbari: sed Episcopus si quid prætendit, jura sua (nihil interim innovando) deducere debet coram Sacra *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 4. tit. 15.* de Interdictis, *num. 63.* 1705

1607. 6. Jun. —— Mercatura, quæ obiici potest ad effectum, ut quis sit incapax Religionis Hierosolymitanæ, debet plenè probari, nec sufficit testis unus cum fama, ut excludatur probatio, quæ in contrarium potest deduci, ut dixit *Rota in Civitaten. Habitus seu Antianitatis coram* Ludovisio, *decis.* 322. *pag. mihi* 309. & refert etiam d. Nicol. *ibid. tom. 2. Canon. lib. 2. tit. 20.* de Testibus, *num. 31. pag. mihi* 68. ¶ Licèt Mercatura obstet susceptioni Habitus hujus Ordinis Militaris, tamen eadem Religio interpretatur, hoc non habere locum in Civitate Florentiæ & similibus, ubi Mercatores habentur pro Nobilibus, ut ait dictus Nicol. *in Flosc. verb.* Hierosolymitani, *num. 13.* 1706

1607. 6. Jun. —— Procurator specialis alicujus Monasterii, de cujus interesse agitur, magis est citandus, quàm Procurator Generalis Ordinis, ut fuit dictum *in Causa Calaguritana Beneficii*: Procurator enim Generalis non est legitimus Procurator pro sin- 1707

gulis Collegiis seu Domibus, juxta Fastol. *dub.* 23. Felin. *in cap. cum te, sub numer.* 14. *de rescript.* hoc tamen fallit in Procuratore Societatis JESU propter amplissimas illius facultates, ut dixit *Rota in Mel liten. Beneficii coram* Lugdunensi, *apud* Farinac. *decis. tom.* 3. *decis.* 201. *pag. mihi* 190.

1607. 13. Jun. —— Licèt Cura Animarum sit Monachis interdicta, hoc procedit in Monachis particularibus & quando Monasterium non habet Populum, in quibus terminis est textus *in cap. placuit* 16. *quæst.* 1. ut notat ibi Gloss. *in verb. placuit*, secùs aliàs, quia de jure aut saltem consuetudine à jure approbata non est prohibita Monasterio, ut in *cap.* 1. *de capell. Monach.* Clem. *ne in agro*, §. *cæterum*, *de stat. Monach.* Abb. *in d. cap.* 1. *num.* 1. *& 6. de Capell. Monach.* & ex eis *Rota in Ulixbonen. Juris Conferendi coram* Lancellotto, *decis. recent. par.* 2. *decis.* 204. *numer.* 8. 1708

1607. 5. Jul. —— Abbas benedictus potest Primam Tonsuram & minores Ordines subditis Regularibus conferre, & omnia Ornamenta Sacra benedicere, exceptis iis quæ Unctionem requirunt, prout juxta plures resolutiones rescripsit *Congregatio Concil. in Syracusana, apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom.* 3. *circa Constit.* 6. *Urbani IV. sub numer.* 23. *pag. mihi* 330. 1709

1607. 7. Jul. —— Sacerdotes Regulares possunt absque Episcopi approbatione audire Confessiones Sæcularium, qui sunt de Regularium familia & eorum continui Commensales, nec tenentur reddere rationem proprio Parocho, quod præcepto Ecclesiæ satisfecerint, sed tamen Superiori Regularium, prout declaravit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 5. *tit.* 38. *de pœnit. & remiss. numer.* 10. *vers.* Limita quartò, *pag. mihi* 163. 1710

1607. 24. Aug. —— Neque Constitutione in Generali Concilio Lugdunensi edita quæ incipit *Volentes*, neque Decreto Concilii Tridentini *cap.* 14. *sess.* 7. comprehenduntur Regulares, ideoque isti juxta 1711

eo-

eorum Privilegia coram Superioribus suis vel Conservatoribus sunt conveniendi: nec Decretum dicti Concilii *cap.* 20. *sess.* 24. pertinet ad Regulares nec eorum Conservatorias imminuit, neque quoad primam illarum instantiam aliquid novi inducit, prout approbando responsionem Sacræ Congregationis Concilii confirmat *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 34. *quæ incipit* Religiosorum, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *circa Constit.* 2. *Sixti IV.* §. 11. *num.* 32. *pag. mihi* 20. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 7. *numer.* 13. *pag.* 139. ac Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 381. ¶ Vide supra, 1596. 23. Febr.

1607. 7. Sept. —— Superiores Regulares, quibus concessa est nova facultas instituendi Confraternitates sæculares juxta formam Constitutionis Clementinæ supra positæ & editæ anno 1604. 7. Decembris, possint absque Ordinarii loci consensu confirmare Confraternitates à dictis Superioribus Regularibus canonicè erectas ante publicationem præfatæ Constitutionis in propriis Ecclesiis Regularibus Collegiatis, in quibus manent saltem duodecim Religiosi de Familia, non obstante quod in Patentibus Confirmationis dicatur expresè id fieri de consensu Ordinarii: At in novis institutionibus faciendis in Ecclesiis etiam Regularibus aut in confirmationibus etiam antiquarum etiam in dictis Ecclesiis erectarum, in quibus non maneant duodecim Religiosi, necessariò haberi debeat dictus Ordinarii consensus & totum servari quod præscribitur in eadem Constitutione: Dicti Regulares similiter possint confirmare Confraternitates antiquas & novas instituere, licèt non sit tota locorum distantia in Brevibus Apostolicis præscripta, dummodo tamen (præter alia requisita) concurrat etiam ad hoc particularis consensus Ordinarii loci in scriptis exhibendus antequam dispensetur super tali distantia: Si diversæ reperiantur Sæcularium Confraternitates antiquæ ca- 1712

nonicè erectæ in Ecclesiis Regularium Collegiatis dudecim saltem Religiosorum confirmari possint, servata tamen in reliquis forma præscripta in dicta Constitutione Clementina, secundùm quam confirmari etiam possint plures ejusdem Nominis & Instituti Confraternitates antiquæ in eodem loco canonicè à Superioribus Regularibus erectæ, sed in Confraternitatibus instituendis una sola in quolibet loco erigatur, excepta Societate Ss. SACRAMENTI: In revocatione denique Indulgentiarum (de qua supra, 1606. 23. Maii) antiquitùs Regularibus concessarum non comprehenduntur Indulgentiæ Visitantibus Ecclesias Regularium concessæ, sed istæ manent in suo robore, donec aliter à Summo Pontifice deliberetur, & ideo possunt publicari, si nihil aliud obstet, ut declaravit *Congregat. Indulgentiar. in Senen. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 9. num. 79. pag. mihi* 354.

1607. 22. Sept. —— Omnes & singuli Canonici Regulares Congregationis S. Salvatoris de Ordine S. Augustini, qui pro Prælaturis vel Dignitatibus aut aliis præfati Ordinis Officiis consequendis ad Personas de gremio dictæ Congregationis non existentes recurrerint, vel aliis minus honestis viis gradus & honores hujusmodi obtinere quæsiverint, illorumque complices & fautores, ad dictas Prælaturas vel Dignitates seu Administrationes in ipsa Congregatione obtinendas perpetuò inhabiles sint, priventur obtentis, & sic privati voce tam activa quàm passiva careant: In virtute igitur sanctæ obedientiæ ac sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna præcipitur omnibus dictæ Coegregationis Superioribus etiam Priori Generali, ne quemquam precibus dictarum Personarum extra Ordinem existentium adducti, ad præfatos gradus & honores promoveant vel pœnas aliquas remittere audeant vel præsumant: Omnes & singuli in præmissis delinquentes, nulla alia monitione præcedente & absque processu desuper habendo, sententias & pœnas prædictas irremissi-

missibiliter eo ipso incurrant, & ad probandum dictarum sententiarum & pœnarum incursum plenam fidem in Judicio & extra faciant solæ præmissarum Personarum instantiæ & preces etiam oretenus porrectæ. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 35. quæ incipit* Quoniam, *& meminit etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. disput. 10. quæsito 5. num. 10.* ac Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap. 10. sub num. 17. pag. 53.*

1607. 25. Sept. —— Ministro Generali, & Commissario Generali Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, & eorum cuilibet facultas & auctoritas perpetuò duratura conceditur, ut in Ecclesiis eorum Ordinis tantùm, ac in Locis in quibus non existent Conventus vel Ecclesiæ dicti Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, Confraternitates Cordigerorum S. Francisci utriusque sexus erigere & instituere, illisque sic erectis & institutis Indulgentias & Gratias spirituales in hac Constitutione enumeratas communicare liberè & licitè possint, servata tamen forma in Constitutionibus Sixti Quinti & Clementis Octavi (de quibus supra 1585. 19. Nov. & 1604. 7. Dec.) tradita, prout concedit *Paulus V. in Constit. quæ incipit* Nuper, *apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Confraternitas, *sub num. 3. pag. 134.* 1715

1607. 9. Nov. —— Omnia & singula Privilegia & Indulta tam spiritualia quàm temporalia (excepta tamen exemptione à Jurisdictione Ordinariorum) quibusvis Mendicantium Ordinum Congregationibus & eorum Locis ac Personis concessa & concedenda (quatenus sint in usu, & non sint revocata neque sub ullis revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis non adversentur) ad Congregationem Clericorum Regularium de Somascha aliàs S. Majoli Papiensis ac ejus Loca & Personas perpetuò extendit & illa eis communicat ac de novo concedit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 37. quæ incipit* 1715

cipit Ex quo, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit.* 382. ac habetur *in Libro Privilegior. d. Relig. pag. mihi* 106.

1607. 12. Nov. —— Licèt Beneficia commendata non dicantur vacare ita verè & propriè, sicut Beneficia quæ in titulum conferuntur, dicuntur tamen suo modo vacare, cùm Commendatarii aliqualem titulum habere dicantur in Ecclesia commendata, licèt non ita firmum, sicut habet ille, cui fit collatio, Felin. *in cap. cùm olim, num. 6. vers. quia licèt Commendatarius, de major. & obed.* quod videtur etiam probari ex *Clem. 1. de suplen. neglig. Prælat.* ubi: si Prælati Regulares intra sex menses non conferant Prioratus, Ecclesias, Administrationes, aut quævis alia Beneficia ad eorum dispositionem spectantia cùm vacant, provisio devoluitur ad Ordinarios, prout habet *Rota in Compsana Juispatronatus coram* Pegna Decano, *decis. recent. par. 1, decis.* 141. *num.* 5. ubi *numer. 6. dictum fuit, quod* Commendatarius non est verè Prælatus, sed rerum Ecclesiæ custos & legitimus administrator, Milis in repert. in verb. Beneficium vacans reservatum, Alex. *cons.* 96. *num.* 2. *lib.* 4. Socin. *cons.* 32. *numer.* 17. *lib.* 1. Felin. *in cap. cùm olim, quæst.* 11. *num.* 6. *de major. & obed.* Bertrand. *cons.* 235. *num.* 2. *lib.* 3. *in antiq.* sed id de Commendatario temporali intelligendum est, ut prudenter observavit Mandos. *ad Cons. Rom.* 350. *super verb. Gloss. litt. B.* quia Commendatarii perpetui dici possunt veri Prælati, Alciat. *in l. pactum curatoris, col.* 5. *vers. sed an id Commendatario, C. de pact.* 1716

1607. 16. Nov. —— Etsi pro parte Episcopi allegetur assistentia Juris ad fundandam suam intentionem in quibuscunque Ecclesiis & Locis Diœcesis suæ, *cap. omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. *cap. conquerente, de offic. ordin.* & consequenter ad obtinendam manutentionem sine alia probatione quasi possessionis, Caputaq. *decis.* 306. *numer.* 2. *par.* 1. tamen cùm Monasterium negetur esse in sua Diœcesi, Episcopus 1717

pus tenetur illud probare, Abb. *in cap. cum olim, num.* 2. *de cenſib.* Anchar. *conſil.* 310. *ſub numer.* 5. Pariſ. *conſil.* 95. *lib.* 4. Abbate autem habente Territorium ſeparatum, dicitur in totum juriſdictio ab Epiſcopo adempta, *Clem.* 1. §. *volumus*, & ibi Gloſſ. *in verb. Diœceſanis*, Panormit. *ſub numer.* 15. Cardin. *ſub numer.* 2. Vital. *ſub num.* 4. *de for. compet.* & licèt Conſilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. §. *ad hoc*, *de reform.* det ſoli Epiſcopo Cauſas Matrimoniales & Criminales, non tamen excludit Abbates habentes Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem & Territorium ſeperatum, ut fuit dictum *in Salamantina Juriſdictionis*, & in *Burgen. S. Joannis*, ex quibus dixit & firmavit *Rota in Conſtantien. Juriſdictionis coram* Ortembergo, *apud* Poſthium *de manutenen. deciſ.* 438. *à num.* 1. *ad* 8. *pag. mihi* 331.

1607. 21. Nov. —— Congregatio Regularis Monachorum Beatæ MARIÆ Fulienſis de Ordine Ciſtercienſi S. Benedicti & ejus Perſonæ utriuſque ſexus ac Bona, denuò ab omni juriſdictione non ſolùm Superiorum Ordinis Ciſtercienſis ſed etiam quorumcunque Ordinariorum & Judicum Eccleſiaſticorum perpetuò & prorſus liberantur & ſub Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipiuntur, ita quod dicti Ordinarii & Judices etiam ratione delicti aut contractus vel rei de qua ageretur, nullam in dictos Monachos vel eorum Loca ſuperioritatem exercere vel Excommunicationis aut Suſpenſionis vel Interdicti & alias ſententias & Cenſuras ac pœnas Eccleſiaſticas promulgare præſumant quoquo modo: Ordinariis & Judicibus præfatis nec non Prælatis etiam dicti Ordinis Ciſtercienſis præcipitur in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub Excommunicationis latæ ſententiæ pœna (reſervata Papæ abſolutione) ne in rebus & negotiis, etiam ratione delicti vel contractus ubicunque commiſſi vel initi ſeſe ingerere, nec Perſonas utriuſque ſexus de hac Congregatione Fulienſi moleſtare, vel de terris & poſſeſſionibus ſuis quas propriis manibns excolunt aut 1718

aliis excolenda tradunt Decimas aut aliud quodcunque genus exactionis etiam prætextu cujuscunque Visitationis aut transitus, nec non de hortis & virgultis ac piscationibus suis & de suorum animalium nutrimentis exigere aut extorquère audeant: Omnia denique & singula Privilegia quibusvis Mendicantium Ordinum Congregationibus concessa (quatenus sint in usu, & non revocata neque sub ullis revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis ac Constitutionibus Apostolicis non adversentur) ad dictam Congregationem Fuliensem extendit & illa eidem communicat ac de novo concedit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. quæ incipit* In supereminentis, *stat im post Constit. 23.* & refert etiam Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg. 10. pag. mihi* 433. ¶ Vide supra, 1606. 11. Jul.

1607. 28. Nov. —— In Religione Hierosolymitana antianitas incipit currere à die, quo quis admitti debuisset ad Habitum, nec per eum stetit, quominus admitteretur, & ideo haberi debet pro admisso ad omnem effectum, Roch. de Curte, *de consuet. sect. 4. in 3. requis. sub num.* 11. & si fuit admissus ex Decreto Magni Magistri & Consilii cum termino ad transportandas probationes, quibus existentibus (prout requirunt Stabilimenta Religionis) intelligeretur receptus, & à prædicta die curreret illi antianitas, hoc Decretum debet sortiri effectum, cùm probationes fuerint repertæ legitimæ & sufficientes, Alex. *in l. à Divo Pio, §. in venditione, num. 17. de re jud.* Felin. *in cap. quoad consultationem, post num. 1. extra eod. tit.* nec refert, quod eas in præfixo termino non transmiserit, quando id contigisset citra omnem ejus culpam propter impedimentum partis adversæ, nam venit excusandus, *l. sine hærede, §. idem juris, ff. ad leg. Rhod. de jact. l. non exigimus, §. 1. ff. si quis caut. l. Celsus, §. 1. ff. de arbitr.* Bald. *in l. diffamari, num. 5. in fin. C. de ingen. & manumiss. l. si cùm ipso, & ibi not. ff. de excus. tut. l. intra utile,* ubi Bald.

Bald. *ff. de minor.* Purpur. *consil.* 90. *sub num.* 6. & ex eis dixit & firmavit *Rota in Civitaten. Habitus & Antianitatis coram* Ludovisio, *decis.* 341. *per tot. pag. mihi* 326.

1607. 5. Dec. —— Gubernatio Monialium Regularibus subjectarum spectat ad ipsos Regulares, ad Episcopos autem custodia & reparatio Clausuræ: Licentiæ verò ingrediendi hujusmodi Monialium Monasteria & illas alloquendi, non solùm à Superioribus Regularibus sed etiam ab Episcopis subscribantur: & nulli Regularium permittatur accessus ad alloquendum dictas Moniales sine licentia in scriptis Sacræ Congregationis, exceptis earum Confessario & earumdem Regularibus Superioribus: & qui secùs egerit, ab Episcopo puniatur. *Congregat. Concil. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 262. ¶ Vide tamen infra, 1623. 20. Nov. 1720

1607. 12. Dec. —— Episcopi aut alii locorum Ordinarii, vigore cujusvis Decreti Concilii Tridentini, nullam habent facultatem quovis tempore in Monasteriis & Domibus ac Ecclesiis Regularium exemptorum, in quibus non imminet Cura Animarum Personarum sæcularium, visitandi Sacristias & Paramenta vel Vasa Sacra & Altaria ac cætera hujusmodi, aut etiam Tabernaculum seu Pixidem in qua Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asservatur, ut censuit *Congregat. Concil. in Bobien. pro Monasterio S. Columbani de Ordine S. Benedicti, apud* d. Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 263. 1721

1608. 9. Jan. —— Fratres Discalceati non sunt molestandi, neque impediri possunt in quæstuatione eleemosynarum, non obstante quod alii Fratres Mendicantes eadem die eleemosynas quærere soleant qua isti quærunt: & ita decrevit, ac ab omnibus Regularibus Mendicantibus, & præsertim à Fratribus S. Francisci de Observantia observari & exequi mandat *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Flavium Cherubin. *in Compend. Bullar. tom.* 2. *pagin. mihi* 103. 1722

8. Febr.

1608. 8. Febr. —— Fratres Ordinis Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum ad partes Infidelium pro redimendis Captivis se transferentes, possint ibidem omnium Christifidelium Captivorum & non captivorum Confessiones audire, & eos (dummodo tamen animo infrascripta facultate fruendi ad partes illas non confugerint) à quibusvis peccatis & criminibus ac excessibus & delictis quantumcunque gravibus & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis & etiam contentis in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta (non tamen Hæresis, læsæ Majestatis, Apostasiæ, Idolatriæ, Judaismi, nec delationis prohibitorum ad partes Infidelium) semel in anno Captivos sed liberos semel tantùm in vita, necnon à quibusvis Excommunicationis vel suspensionis aut Interdicti ac aliis Ecclesiasticis sententiis & Censuris ac pœnis absolvere in foro conscientiæ tantùm: Cum Presbyteris etiam captivis super quacunque Irregularitate per eos quomodolibet (præterquàm in Homicidio voluntario & Bigamia) contracta, cum liberis verò Presbyteris valeant super Irregularitatibus per eos dumtaxat contractis in illis partibus (exceptis pariter ex Homicidio & Bigamia provenientibus) dispensare in eodem tantùm foro: Absolvant pariter Captivos utriusque sexus à quibuscunque Votis non tamen solemniter emissis vel commodè possibilibus ad adimplementum: Super Bonis incertis, quæ Captivi prædicti malè parta habuerint (erogata tamen prius aliqua portione in usum Redemptionis hujusmodi) possint etiam disponere & illa eis concedere ac condonare. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 40. *quæ incipit* Ex omnibus. 1713

1603. 8. Febr. —— Fratres dicti Ordinis Ss. TRINITATIS, de Redemptione Captivorum, pro usu Locorum & Ministrorum Ecclesiasticorum existentium in dictis partibus Infidelium benedicant Paramenta & Ornamenta Ecclesiastica eo tempore dumtaxat quo apud eosdem Infideles commorabuntur, 1714

tur, nisi ibi quispiam alius reperiatur qui ex officio illa benedicere valeat: Religiosi & alii Presbyteri etiam captivi in illis partibus pro tempore existentes possint per unam horam ante ortum diei usque ad horam meridianam & post meridiem per aliam horam celebrare Missam in locis etiam profanis ad id eis commodioribus cum ornamentis in Altari Portatili, etiamsi tempore celebrationis hujusmodi existant ibidem præsentes Infideles, nisi adsit probabilis suspicio irrisionis & irreverentiæ: Tam Religiosi quàm alii Presbyteri prædicti valeant deferre Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in aliqua capsa ad id per dictos Religiosos benedicta inclusum ad Christifideles, sine tamen luminibus vel aliqua pompa & subtus vestes ordinarias: Dicti Religiosi recipiant pecunias & res ad se transmissas ac in necessarios dumtaxat usus tam proprios quàm Captivorum aut in hujusmodi redemptiones convertant, & cum quibusvis Infidelibus communicare vel pacisci aut consuetudinem habere possint, justâ substinente causa: Fratres denique prædicti valeant tres Missas pro Defunctis in qualibet hebdomada celebrare, & in unaquaque illarum unam Animam ex Fidelibus ibidem decedentibus liberare à pœnis Purgatorii. *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*.

1608. 9. Febr. —— Ecclesia Parochialis in Diœcesi venit sub nomine Matricis, antequam idcirco neque Regulares neque Confratriæ possunt Campanas pulsare in Sabbato Sancto, ut centuit *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Campana, *num.* 4. *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. sub eod. verb. num.* 3. ¶ Notandum, quod ubi Religiosi ex immemorabili consuetudine semper & continuò consuevissent ad libitum in dicto Sabbato Sancto pulsare Campanas, nulla habita ratione an prius fuerint pulsatæ in Cathedrali vel Matrice, hujusmodi immemorabilis non est sublata à Constitutione Leonis Decimi supra posita & edita anno 1516. 19. Dec. neque à Cœremoniali Romano auctoritate 1725

tate Clementis Octavi publicato *lib. 2. cap.* 27. prout dixit *Rota in Calaguritana Juris pulsandi Campanas* 1619. 11. *Mar. coram* Dunozetto, *ubi etiam quod* ita declaravit Sacra Rituum Congregatio, *& iterum in ead. Causa* 1620. 17. *Febr. coram* Verospio, *& postea* 1624. 29. *Apr. coram* Merlino, *apud* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 7. *num.* 28.

1608. 16. Febr. —— In Domibus prope Ecclesiam Sanctæ MARIÆ Transtyberim de Urbe per Summum Pontificem Abbati & Conventui Monasterii S. Pauli de Congregatione Casinensi concessis, unus Novitiatus erigitur in quo omnes Juvenes qui vitam regularem ibidem ducere voluerint, vel saltem sex quolibet anno, donec numerus qui propriis dicti Monasterii S. Pauli redditibus manuteneri & ali poterit, completus fuerit, juxta formam litterarum (de quibus supra, 1607. 6. Apr.) recipiantur & admittantur; ipsique sic recepti & admissi permaneant in prædictis Domibus tam hiemali quàm æstivo temporibus, nisi Abbas & Cadjutores deputati dicti Novitiatus, prædictos Novitios in dicto Monasterio S. Pauli hiemali tantùm tempore permanère necessarium & expediens judicaverint. *Paulus V. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 265. *quæ incipit* Supernæ. 1718

1608. 16. Febr. —— Ordo Militaris sub Titulo & Habitu ac Regula Beatæ MARIÆ Virginis de Monte Carmelo pro nobilibus & ingenuè natis Gallicanæ Nationis Viris, de Bonis merè laicalibus & non beneficialibus dotandus erigitur cum uno Magno Magistro, qui Magister & Milites cum una, & ea defuncta, cum altera Muliere etiam Vidua dumtaxat Matrimonium contrahere possint, & aliàs ipsi castitatem conjugalem & obedientiam expresse profiteantur: Magistratus hujusmodi quoquo modo vacantis omnimoda dispositio ad Regem Galliæ pro tempore existentem pertineat, & de eo per Regem provisus confirmationem intra tres men-

1719

ses

ses à Sede Apostolica impetret ac Fidei professionem ad eandem Sedem transmittat, nec antea in administratione Magistratus se intromittat: Magnus Magister hujusmodi pro tempore existens principalem Ordinis sedem in locis à Rege possessis collocare, Milites creare, Stabilimenta seu hujus Ordinis statuta licita condere & mutare ac de novo facere, Prioratus & Præceptorias & alia ejusdem Militiæ Beneficia Ecclesiastica possit Militibus & Personis dicti Ordinis conferre. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 41. *quæ incipit* Romanus, & *refert etiam* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 2. *disput.* 24. *quæsito* 7. *numer.* 7. *pag. mihi* 448. ¶ Vide infra, 1608. 26. Febr.

1608. 16. Febr. —— Priores & Præceptores ac Capellani dicti Ordinis Militaris Beatæ MARIÆ Virginis de Monte Carmelo, obtento Magni Magistri consensu & habita Ordinariorum licentia, valeant in Ecclesiis Militiæ administrare Sacramenta Ecclesiastica, sine tamen Parochialium Ecclesiarum & earum Rectorum præjudicio: Dictus Magnus Magister usque ad mille & quingentorum, Milites verò ad quingentorum ducatorum auri de Camera summas valeant habere Pensiones super Beneficiis Ecclesiasticis in locis à Rege Galliæ possessis unà cum Prioratibus & aliis dictæ Militiæ Beneficiis: Hic Ordo Militaris & ejus Personæ ac Bona eximuntur ab omnibus impositionibus & ab Ordinariorum superioritate, ac totaliter subiiciuntur Magno Magistro, cui & Militibus ac aliis Personis prædictis confessis & Sacra Communione refectis tam in die qua in dicta Militia recepti fuerint & in ea Professionem emiserint, quàm in Festo Beatæ MARIÆ Virginis de Monte Carmelo die decima sexta Julii celebrari solito, à primis Vesperis usque ad occasum solis ejusdem diei, ac etiam in eorum mortis articulo saltem contritis ac Nomen JESU corde (si ore nequiverint) invocantibus Indulgentiam Plenariam perpetuò concedit *Paulus V. apud* eosdem, 1728

eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1608. 26. Febr.

1608. 16. Febr. —— Rex Franciæ perpetuus Ordinis Militaris Sancti Spiritus Administrator & Officiales ac Milites dicti Ordinis liberè & licitè possint exteros etiam non habilitatos nec Regni Franciæ incolas sed tamen Catholicos in dictæ Militiæ Milites admittere, illique valeant admitti, non obstante quoad hoc Statuto Ordinis ejusdem ac voto & juramento super ejus observantia, & dummodo hujusmodi exteri admittendi votum aut juramentum non emittant aut præstent contrarium superioritati Principum aut Dominorum quorum sunt subditi: Prædicti Rex Franciæ & Officiales ac Milites & quisquis ad dictæ Militiæ Habitum admittitur, non ipso die Congregationis generalis & quo Habitum suscipit, sed infra octavam præcedentem Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumere valeant & teneantur; & votum ac juramentum super observantia statuti commutat & pariter relaxat *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 42: *quæ incipit* Majestatis tuæ. ¶ Notandum, quod Regi Franciæ perpetuo dicti Militaris Ordinis Administratori seu Magno Magistro facultatem condendi & corrigendi ac immutandi statuta ejusdem Militiæ (licita tamen & honesta ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis ac Ordinationibus Apostolicis non contraria) concedit & elargitur idem Pontifex eodem anno 1608. 17. Apr. *ibid. Constit.* 44. *quæ itid. incipit* Majestatis tuæ. 171

1608. 26. Febr. —— Milites Ordinis Militaris Beatæ MARIÆ Virginis de Monte Carmelo nuper instituti (prout supra, 1608. 16. Febr.) professionem Fidei juxta formam superiùs citatam 1564. 13. Novembris emittant in manibus Magni Magistri ejusdem Militiæ seu ab eo deputandi, & illam manu propria subscriptam consignent Militaris Archivii curatori: Eo die, quo Habitum Militarem suscipiunt, ante illius susceptionem confiteantur Sacramentaliter peccata sua & Sanctissimum Eucha- 173

ristiæ

ristiæ Sacramentum sumant: In palliis Crucem fulvi seu impluviati coloris Imaginem dictæ Beatæ Virginis MARIÆ in medio habentem gestent, & aliam quoque Crucem auream cum dicta Imagine deferant è collo pendentem: Vota obedientiæ & castitatis conjugalis emittant: Promittant contra Romanæ Ecclesiæ hostes pugnare, & singulis diebus recitent Officium Beatæ MARIÆ Virginis seu Coronam: Festis ac Sabbati diebus Missam audiant, & feria tertia cujuslibet hebdomadæ ab esu carnium abstineant: Festis verò Beatæ Virginis MARIÆ & præcipuè de Monte Carmelo confiteantur Sacramentaliter & sumant Sacram Eucharistiam ac die festo ejusdem Ordinis ad eum celebrandum conveniant in unum: Ratione Commendarum solitas responsiones ærario dictæ Militiæ persolvant, prout aliarum Militiarum Milites persolvere debent: Sub quibusvis Ducibus absque expressa Magni Magistri licentia non militent, sub pœna privationis Habitus Militaris hujusmodi; & sic à Militibus prædictis observari præcipit & mandat *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit. quæ incipit* Militantium, *statim post Constit.* 41. & refert etiam Tamburin. *de Jur. Abbat. tom.* 2. *disput.* 24. *quæsito* 7. *num.* 7. *pag. mihi* 450.

1608. 19. Febr. —— Revocatis omnibus & singulis Indulgentiis per quoscunque Romanos Pontifices Congregationi Fratrum S. Joannis de Deo & illius Fratribus ac eorum Ecclesiis hactenus perpetuò vel ad tempus aut aliàs quovis modo concessis, nonnullas alias tam Habitum suscipientibus vel Professionem emittentibus quàm in articulo mortis aut in itinerum seu Infidelium periculis constitutis elargitur, aliasque quamplures visitantibus in certis diebus Ecclesiam dictæ Congregationis aut Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ad Infirmos Hospitalium deferendum associantibus vel dictos Infirmos visitantibus concedit *Paulus V. in Constit. quæ incipit* Cùm certas, *apud* Lantusca *in Suplem. ad Thea-*

tro

tro Regular. verb. Indulgentiæ, *sub numer. 6. pag.* 613.

1608. 3. Mar. —— Communicationes Privilegiorum non extenduntur ad ea, quæ non solent concedi, vel saltem cum magna difficultate conceduntur, & in quibus agitur de præjudicio Tertii, ad notata per DD. *in l.* 1. *ff. de leg.* 1. ubi Jason. *sub numer.* 21. *&* 22. Socin. jun. *consil.* 43. *&* 49. & ex eis dixit *Rota in Dertusen. Decimarum coram* Lugdunensi, *apud* Farinac. *decis. tom.* 3. *decis.* 214. *sub numer.* 5. *pagin. mihi* 204. etiam ex tribus præcedentibus Decisionibus, scilicet *in Valentina Decimarum coram* Lancellotto, *in Toletana coram* Justo, *&* *in Mediolanen. coram* Coccino. 173

1608. 17. Mar. —— Beneficium an sit Regulare vel Sæculare, ultimus status attendi debet, Calder. *cons.* 23. *incip. An si Papa reservat Beneficia, de Præben.* Simonet. *in Tract. de reservat. quæst.* 70. prout dixit *Rota in Ferrarien. Prioratus coram* Penia, *decis. recent. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 70. *num.* 3. & refert etiam Fairnac. *decis. tom.* 1. *decis.* 154. 173

1608. 21. Mar. —— S. Petri Mutinensis & S. Petri Regiensis Monasteria & illorum Abbates ac Priorus & Conventus ac aliæ illorum Personæ à Provincia Hetruriæ Congregationis Casinensis (de qua supra, 1607. 6. Apr.) perpetuò disjunguntur & separantur, illaque & illi etiam perpetuò subiciuntur & supponuntur Provinciæ Lombardiæ: Qui in Monasteriis dictorum Ordinis & Congregationis Civitatum & Locorum ex quibus non sunt oriundi, ad præsens Professi existunt, non autem qui de cætero ad hujusmodi Habitus susceptionem & Professionem Regularem admitterentur, omnibus utantur Privilegiis quibus oriundi utuntur & utentur, ac nihilominus oriundi cæteris paribus Professis in assecutione Dignitatum & Officiorum hujusmodi præferantur: Abbates & Priores Provinciæ Siculæ unà cum Abbatibus & Prioribus Romanæ & Neapolitanæ ac Hetruriæ Provinciarum, ad regimen Monasterii S. Pauli & officium Procuratoris 173

toris Generalis concurrant, ac ad illa & eorum alterum adinstar Abbatum & aliorum Priorum aliarum Provinciarum hujusmodi eligi possint & valeant: In singulis verò eorum Monasteriis pro quolibet decimotertio numero Monachorum professorum, unus Graduatus nempe unus Abbas vel Procurator Generalis aut Cancellarius Præsidis sive unus Prior, pro qualitate & capacitate Professorum in singulis respectivè Monasteriis: Et pro quinque Monachis professis, unus Decanus, computatis Cellerariis ac Novitiorum Magistris & Confessoribus Monialium atque Rectoribus & aliis Officialibus (ita tamen quod ipsi Decani numerum tercentum non excedant) assignentur. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. quæ incipit* Romani, *statim post Constit. 33.* & refert etiam Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 266.*

1608. 21. Mar. —— Ad Officium Decanorum dictæ Congregationis Casinensis, quoad sufficientiam literarum, illi dumtaxat Monachi assumantur qui vel per Examinatores ab Ordinariis locorum pro tempore deputatos, seu per Visitatores vel alios ab ipsis Visitatoribus vel Diffinitoribus subrogatos, ad Confessiones Christifidelium audiendas examinati cum effectu & per patentes litteras in forma probanti Visitatoribus tradendas & ab ipsismet Visitatoribus an favore vel merito illas impetraverint examinandas & Diffinitoribus Capituli generalis præsentandas tanquam idonei approbati fuerint: Quò verò ad integritatem vitæ & probitatem morum, pro potiori cautela & securitate faciant Visitatores exactissimam inquisitionem examinando tam Abbates & Priores quàm cæteros Monachos cum omni diligentia, & meram veritatem repertam Diffinitoribus in scriptis medio eorum juramento deferant. *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*. 1735

1608. 21. Mar. —— Constitutiones dictæ Congregationis Cassinensis per Gregorium Decimumtertium approbatæ & confirmatæ (dummodo per alias 1736

Constitutiones Apostolicas revocatæ non sint) in omnibus & per omnia inviolabiliter observentur, sub pœnis à Diffinitoribus statuendis ac præfigendis pro singulis transgressionibus præfatarum Constitutionum, in quas pœnas ipso facto incurratur: In Monasteriis autem dictæ Congregationis, etiam in quibus licèt tantùm decem de Conventu Monachi existant, Horæ Canonicæ tam diurnæ quàm nocturnæ in Choro psallendo singulis diebus recitentur, Culpæ Monachorum in Capitulo semel in qualibet hebdomada ad minus audiantur: Missæ decantentur, ac lectio Casuum Conscientiæ saltem bis in unaquaque hebdomada habeatur, & Disciplina Monastica servetur, prout servatur in aliis Monasteriis: In Refectorio Lectio assidua audiatur, Carnes verò in illis Monasteriis ac temporibus tantùm præscriptis in Constitutionibus præfatis & ut supra approbatis edantur, extra tamen illorum Refectoria: Præmissa omnia non observantes tam Superiores quàm inferiores, voce activa & passiva ad arbitrium omnium Diffinitorum seu Regiminis ipso facto privati existant. *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*.

1608. 21. Mar. —— Decreta facta & non impressa ac in posterum fienda pro bono regimine dictæ Congregationis Cassinensis, in ejus Capitulis generalibus per vota secreta à majori parte illorum Prælatorum approbentur: & ad effectum ut omnes ad eorum observationem sub pœna præcepti teneantur & obligati existant, à Sede Apostolica confirmari & approbari debeant: In reliquis verò omnia & singula in litteris (de quibus supra, 1607. 6. Apr.) contenta in omnibus & per omnia observentur, nec illorum declaratio vel moderatio aliqua in parte vel in totum seu revocatio ullo unquam tempore intentari vel impetrari possint, nisi de consilio & consensu omnium Congregationis ejusdem Prælatorum, etiam sub pœnis privationis Dignitatum & Officiorum obtentorum ac inhabilitatis ad illa obtinen-

tinenda eo ipso incurrendis. *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*.

1608. 28. Mar. —— Monachis Congregationis Beatæ MARIÆ Fulienſis de Ordine Ciſtercienſi S. Benedicti pro tempore exiſtentibus munus & ſacrum officium Agnus Dei in cera ſignandi & fractum renovandi, in Monaſterio S. Pudentianæ & Prioratu S. Bernardi de Urbe dictæ Congregationis ac quolibet eorum (& alibi, ſi ita Papæ viſum fuerit) per Religioſos à pro tempore exiſtente Congregationis præfatæ Generali deputandos, debitis temporibus obeundum & exercendum perpetuò committitur: Propterea omnibus & ſingulis quorumcunque Ordinum & Congregationum ac Societatum atque Hoſpitalium Monachis & Fratribus ac Religioſis & aliis præcipitur in virtute Sanctæ obedientiæ, ne in dicto munere vel officio ſe ingerant ſeu Religioſos dictæ Congregationis Fulienſis moleſtent. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 43. quæ incipit* Romanum, *& refert etiam* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg. 11. pag. mihi 436.* 1738

1608. 29. Mar. —— Inquiſitorum Bona non ſpectantia ad Sanctum Inquiſitionis Officium, poſt eorum obitum dividuntur juxta Conſtitutiones Religionis, prout declaravit *Congregatio Sancti Officii, apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 2. tit.* de Sancto Officio Inquiſitionis, *pag. mihi 150.* 1739

1608. 5. Maii. —— Abbas licèt habeat juriſdictionem cumulativam cum Epiſcopo, adhuc tamen Epiſcopus remanet verus Diœceſanus, etiamſi præſcripſiſſet Juriſdictionem Epiſcopalem privativè, Abbas *in cap. nimis, num. 1. de jurejur. & in cap. irrefragabili*, & ibi Felin. *num. 1. de offic. ordin.* prout dixit *Rota in Calaguritana ſeu Nullius Juriſdictionis coram* Attrebatenſi, *deciſ. recent. par. 1. deciſ. 156. num. 7.* & refert etiam Farinac. *deciſ. tom. 1. deciſ. 156. pag. mihi 175.* 1740

1608. 23. Maii. —— Ecclesia Beatæ MARIÆ de Catena in Civitate Panormitana existens conceditur Congregationi Fratrum Discalceatorum de Ordine Eremitarum S. Augustini nuper institutæ in Regno Siciliæ ad introducendam Observantiam ac Reformationem hujus Ordinis : Novitii ad Habitum & Professionem admitti possint sine Ordinariorum licentia, servata in reliquis Constitutione Clementina, de qua supra 1599. 5. Novembris: Dicti Fratres valeant novas Domos, non autem jam fundatas de licentia Ordinariorum accipere pro fabricandis eorum Monasteriis, cum declaratione tamen quod remaneant subjecti Priori Generali, nec possint aliquem gradum suscipere, sed nuda habeant officia exponendi & legendi ac similia: Superiores ipsorum Reformatorum seu Observantium ab ipsismet Reformatoribus seu Observantibus tantùm eligantur & à Priore Generali totius Ordinis pro tempore existente confirmentur : Si numerus Domorum hujusmodi excreverit, Vicarius hujus Reformationis eligatur, & in quibusvis Capitulis eorum Prior primæ Domus reformatæ Præsidens existat per biennium à Priore Generali confirmandum: liberum tamen sit dicto Priori Generali in certis casibus Præsidentem nominare & mittere non solùm ex prædicta Reformatione, sed quemcunque alium, non tamen Regni Siciliæ, cùm ita expedire visum fuerit: Omnes autem calceati incedant ac panno grosso & vilis pretii, seu ferandina (ut vocant) etiam crassa, non verò alio panno subtiliori utantur, & in reliquis Constitutiones & Decreta ac Ordinationes dicti Clementis observentur. *Paulus V. apud* Cherubin, *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. quæ incipit* Collapsæ, *post Constit. 3. Gregorii XV.* ¶ Vide infra, 1611. 7. Maii, ac 1621. 12. Febr.

1608. 28. Maii. —— Licèt Beneficium præsumatur potiùs Sæculare quàm Regulare, hæc tamen præsumptio non habet locum in Ecclesia, quæ per annexionem & unionem effecta est membrum Ecclesiæ

siæ Regularis; quale enim est Caput, tale censetur & Membrum, prout dixit *Rota in Nucerina seu Nullius Beneficii coram* Ludovisio, *decis.* 370. *sub num.* 3. *pag. mihi* 368. ex duabus præcedentibus Decisionibus, scilicet, *in Parmen. Prioratus coram* Litta, *& in Tudertina itidem Prioratus coram* Decano.

1608. 29. Maii. —— Sanctam Franciscam Romanam ex Oblatis Sororibus Ordinis S. Benedicti de Congregatione Montis Oliveti in numerum Sanctarum Viduarum refert, ejusque Festum die nona Martii (cum Indulgentiis, quæ cæteris dicti Ordinis Ecclesiis in diebus festis ejusdem Congregationis Montis Oliveti Sanctorum jam concessæ sunt) celebrari jubet *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 45. *quæ incipit* Cœlestis aquæ flumen. 1743

¶ Notandum ex occasione, quod Regulares in Causa Canonizationis possunt testimonium perhibère, non obtenta à suis Superioribus licentia, ut ex Abb. *in cap. cùm nuncius, num.* 4. ait Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Canonizatione Sanctorum, *pag. mihi* 43. imo & Religiosi ejusdem Religionis, quia quoad affectionem, ea purgatur per juramentum, Bald. *in d. cap. cùm nuncius, & in cap. insuper, num.* 5.

1608. 9. Jun. —— Facultas uniendi competens Ordinario, refertur ad omnia Beneficia, Rebuff. *in Prax. sub tit. de Union. numer.* 4. & 5. Hojed. *de Benefic. compar. par.* 2. *cap.* 3. *sub num.* 6. notandum est igitur, quod hæc potestas Episcopis concessa circa jus uniendi non reperitur de jure restricta, nisi tantùm quoad Ecclesias Cathedrales, & diversarum Religionum, Petr. de Perus. *de Union. Eccles. cap.* 4. *sub numer.* 28. & ex eis dixit *Rota in Firmana Altaris coram* Lugdunensi, *apud* Farinac. *decis. tom.* 3. *decis.* 222. *sub num.* 3. *pag. mihi* 213. 1744

1608. 11. Jun. —— Omnibus & singulis Mendicantium Ordinum Magistris & Ministris seu Prioribus Generalibus aut alio quocunque nomine nuncupatis Ordinum Capitibus pro tempore existentibus 1745

conceditur, ut (cùm neceſſitas poſtulaverit) quoslibet Ordinis ſpectatæ vitæ & eruditionis Religioſos, quos nimirum ad Evangelium prædicandum & Doctrinam Chriſtianam docendum ac Sacramenta miniſtranda & alia munia Eccleſiaſtica ſubeunda idoneos judicaverint, etiam per aliam viam quàm per Luſitaniam in Japonicas & alias illis proximas adjacentes & finitimas Inſulas ac Provincias & Regiones liberè & licitè valeant ad Superiores Ordinum in illis partibus exiſtentes tranſmittere, forma litterarum Clementis Octavi (de quibus ſupra, 1600. 12. Dec.) in reliquis ſervata. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 90. qua incipit* Sedis Apoſtolicæ. ¶ Vide infra, 1609. 8. Jul. & 1633. 22. Febr.

1608. 12. Jun. —— Non licet Regularibus in quæritandis eleemoſynis Altaria per Vicos habere conſtructa, minuſque eiſdem Candelabra vel Pollubra ſuperimponere, vel alia ſimili ratione Fideles ad largitionem provocare; & ut hoc Decretum à Regularibus quamvis exemptis obſervari faciat, Vicario mandavit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Neapolitana, apud* Nicol. *in Floſculis, verb.* Quæſtor, *num.* 8.

1608. 22. Jun. —— Carmelitæ Diſcalceati, qui abſque peculiari Sedis Apoſtolicæ licentia ad Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum transjerunt, cogi debent ad redeundum, ut reſolvit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Tranſitus, *num. 7. ubi etiam* ſimiliter Capuccini & alii, qui ſine debitis licentiis aſſumpſerunt Habitum Religionis S. Spiritus, prout decrevit *ead. Congregat. anno* 1646. 15. *Jun.* & 27. *Jul.* ac etiam antea 1645. 17. *Febr.*

1608. 25. Jun. —— Omnibus & ſingulis Parochialium Eccleſiarum in Indiis Occidentalibus & Orientalibus exiſtentium Rectoribus interdicitur & prohibetur, ne ſub Excommunicationis latæ ſententiæ pœna (reſervata Papæ abſolutione) majorem eleemoſy-

fynam ab iis qui in Domorum utriusque sexus Ordinis S. Francisci de Observantia Ecclesiis Sepulturam eligunt & sepeliuntur, ea quam illis præscribit Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 13. juxta explicationem Pii Quinti supra positam & editam anno 1567. 16. Maii, quovis prætextu etiam de consilio vel consensu aut mandato suorum Ordinariorum exigere valeant seu præsumant: nec Filios, quorum Patres in Ecclesiis dictorum Fratrum & Monialium sepulti sunt aut Sepulturam particularem pro se & suis habent, in eorum Parochialibus Ecclesiis sepelire & dictos Patres audeant cogere ad hoc ut in dictis Parochialibus sepeliantur. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 47. *quæ incipit* Expositum. ¶ Vide supra, 1604. 28. Jan. & 1607. 16. Febr. ac etiam infra, 1624. 21. Mar.

1608. 28. Jun. —— Non obstante Indulgentiarum correctione ac reformatione (de qua supra, 1606. 23. Maii) instante tamen Fratre Ludovico à S. Evangelista Commissario Generali Familiæ Ultramontanæ Ordinis Minorum, Indulgentiam Plenariam Fratribus recitantibus Coronam Beatæ MARIÆ Virginis (quæ constat ex septuaginta duabus Ave Maria & septem Pater noster, addito in fine uno Pater noster & una Ave Maria pro anima Pontificis) concedit *Paulus V. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *cap.* 10. *num.* 59. *ubi etiam quod* de hac concessione extat publicum monimentum impressum Romæ anno 1609. die 19. Januarii: & ita testatur Resighinus *in suo Templo Salomonis, cap.* 26. *in fine*, & Roderic. *resol.* 77. *num.* 45. 1749

1608. 4. Jul. —— Priori Generali ac Provincialibus & reliquis Ordinis S. Augustini Fratrum Eremitarum Prælatis pro tempore existentibus præcipitur in virtute sanctæ obedientiæ ac sub Excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, ne ad instantiam Personarum extra dictum Ordinem constitutarum cuivis dicti Ordinis Religioso ullam gratiam concedere vel pœnas aliquas remittere seu gradus & 1750

honores ejusdem Ordinis concedere audeant: Quinimò dicti Ordinis Fratres & Religiosi, qui contra Decreta his mediis per conquisitos favores aliquid sibi procuraverint, ad talia & similia ac etiam majora in eodem Ordine consequenda perpetuò inhabiles declarantur: Insuper dictis Religiosis & Fratribus ejusdem Ordinis quibuscunque sub eisdem pœnis interdicitur, ne ut non solùm in præmissis omnibus favores hujusmodi minimè procurare, sed nec etiam spontè oblatos aut ab eis minimè procuratos recipere, & similiter ne ad hunc effectum munera aliqua prædictis Personis exhibere præsumant. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 48. *quæ incipit* Admonemur. *& meminit etiam* Lezana *in Sum. qq. Regul. cap.* 10. *num.* 17. *pag.* 53. ¶ Hanc Constitutionem confirmat & innovat Alexander VII. anno 1661. 1. Jul. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 113. quæ incipit Admonet. ¶ Vide supra 1604. 1. Dec.

1608. 5. Jul. —— Monachus nihil propriè habet, ideo dicitur pauper, & inops, Castren. *in l. id quod pauperibus, num.* 4. *Cod. de Episc. & Cler.* Soc. sen. *cons.* 30. *num.* 16. *vol.* 4. ut tenet *Rota in Tullen. Monasterii coram* Sacrato, *decis. recent. par.* 3. *decis.* 194. *numer.* 2. *ubi numer.* 5. *dictum fuit, quod* exhibere quis non tenetur Scripturas, nisi prius probata earum existentia apud Conventum ad exhibendum, ad not. *in l.* 3. *ff. ad exhib.* Bart. *in l. si quis ex argentariis, §. an nec hæredi, num.* 2. *ff. de edend.* Paris. *cons.* 69. *num.* 4. *vol.* 4. 175[illegible]

1608. 14. Aug. —— Generali & Abbatibus ac Prioribus & Religiosis Congregationis Beatæ MARIÆ Fulienſis de Ordine Cistercieusi conceditur, ut ubique locorum juxta Litterarum Sixti Quinti (de quibus supra, 1587. 13. Nov.) formam & tenorem ac dictæ Congregationis Constitutiones & Statuta possint & valeant Monasteria & Domos vel Conventus & Oratoria aut Grangias ac alia quæcumque Loca juxta Concilii Tridentini Decreta construere 175[illegible]

de

de sola Ordinariorum licentia, nullo aliarum Personarum cujusvis Ordinis etiam Regularium requisito consentu, & non obstante Constitutione Clementis Octavi supra posita & edita anno 1603. 23. Julii, prout concedit & facultatem impartitur *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 51. *quæ incipit* Ministerio *& refert etiam* Henriq. *de Privileg. hujus Ordin. Privileg.* 12. *pag. mihi* 437. ¶ Vide supra, 1606. 5. Sept.

1608. 22. Aug. —— Administratio Oblationum Imagini factarum intus aliquam Parochiam etiam Regularium existenti spectat ad Ordinarium, qui eas erogabit in Ecclesia inibi ædificanda & ad alios pios usus, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Brixien.* & antea *in Perusina* 1605. 20. *Sept. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Imago, *num.* 6. 1753

1608. 1. Sept. —— Nulla Persona vigore licentiarum plura Monasteria vel Domos aut Loca Monialium pluribus vicibus ingrediendi, etiam absque clausula *in totum seu in universa, non autem in eorum aliqua vel singula* à Romanis Pontificibus concessarum vel concedendarum, aliqua vel singula Monasteria pluribus vicibus ingredi possit, sed licentiæ hujusmodi respectu universorum non autem aliquorum vel singulorum Monasteriorum suffragentur; ita ut cui bis in Anno seu amplius plura Monasteria ingredi conceditur, bis vel amplius tantùm universa non autem eorum aliqua vel singula ingredi liceat, etiamsi prædicta Monasteria in diversis Civitatibus vel Terris aut Diœcesibus & Locis existant: Mulieribus igitur prohibetur aliter quàm ut præfertur easdem licentias interpretari vel illis uti, sub ipso facto incurrendis Censuris & pœnis inflictis à Concilio Tridentino & Apostolicis Constitutionibus contra ingredientes intra sepia Monasteriorum Monialium sine licentia. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 52. *quæ incipit* Facultatum, *& referunt etiam* Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.* 24. *quæsito* 18. *num.* 6. *pag. mihi* 155. ac Barbosa *de potest.* 1754

test. Epist. tom. 2. in fine, pag. 70. ¶ Vide tamen infra, 1612. 10. Jul.

1608. 20. Sept. —— Confraternitatibus omnibus ubique locorum existentibus canonicè tamen institutis Sanctissimi ROSARII Beatæ MARIÆ Virginis conceditur, ut iisdem Indulgentiis à Romano Pontifice concessis frui & gaudere liberè & licitè valeant, quibus fruebantur & gaudebant ante revocationem Indulgentiarum & novam earum concessionem (de quibus supra, 1606. 23. Maii) perinde ac si Litteræ hujusmodi revocationis & novæ concessionis non emanassent. *Paulus V. in Constit. qua incipit* Cùm olim, *apud* Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract. 8. quæst. 10. n. 3.* & habetur etiam *in Bullar. Confraternit. Ordin. Prædicator. pag. mihi* 133.

1608. 15. Oct. —— Fratres Capuccini sunt verè Fratres Minores ac etiam Filii S. Francisci, *quamvis tempore ejusdem S. Francisci minimè instituti fuerint*, cùm tamen ejus Regulam profiteantur, atque eorum Instituta congruant tam Regulæ Statutis quàm ejusdem Regulæ Declarationibus, quæ habentur in Constitutione Clementis Quinti edita in generali Concilio Viennensi & incipit *Exivi de Paradiso*: Eorum præterea Constitutiones nihil continent, quod non sit Regulæ S. Francisci prædictæ consentaneum. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 54. quæ incipit* Ecclesiæ militantis. ¶ At quia prætextu verborum supra positorum, videlicet, *quamvis tempore ejusdem S. Francisci minimè instituti fuerint*, à nonnulis in dubium revocabatur, an iidem Fratres Capuccini ex vera & nunquàm intermissa linea S. Francisci originem traherent, ideo Fratres Capuccinos præfatos fuisse & esse ex vera & nunquam interrupta linea, ac veros & indubitatos Fratres Ordinis S. Francisci, & illius Regulæ observatores, ac sub ipsius S. Francisci Regula militasse & ad præsens quoque militare declarat *Urbanus VIII. apud* eund. *ibid. tom. 4. Constit. 68. quæ incipit Salvatoris.*

5. Nov.

1608. 5. Nov. —— Vacat Beneficium, eo quod illud obtinens ingressus fuit Monasterium, & in eo Professionem emisit, *cap. Beneficium, de reg in 6.* sed ad Professionem probandam, ut exinde sequatur vacatio, non sufficiunt duo Testes, ex quibus alter loquatur de auditu & deponat de fama per verba præsentis temporis, *Caputaq. decis. 9. part. 2.* alter verò deponens relativè ad Librum Professionis, ipsum Librum non exhibeat, *Auth. si quis in aliquo, Cod. de eden.* ut dixit *Rota in Pampilonen. Beneficii de Nuante coram* Ludovisio, *apud* Bordon. *de Profess. Regular. in fine Operis, decis. 40. pag. mihi 594.* 1757

1608. 14. Nov. —— Professio inducitur tacitè per solam delationem Habitus, ad notat. *in cap. eos, qui, de Regular.* Honded. *consil. 78. num. 18. lib. 2.* latè Gratian. *discept. cap. 640. num. 20. & seq.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 83. num. 25.* Mascard. *de probat. conclus. 1272. num. 14. & seq.* dummodo tamen susceptus Habitus deferatur in ipso Monasterio, Menoch. *d. præsumpt. 83. sub numer. 5.* Azor. *Instit. moral. lib. 12. cap. 5. quæst 3. par. 1.* Habitus autem Novitiorum non debet esse distinctus ab Habitu Professorum, aliàs data distinctione, per delationem talis Habitus non inducitur tacita Professio, ut benè declarat Gratian. *d. cap. 640. numer. 21. & seqq.* Hujusmodi autem Professio tacita non est sublata à Concilio Tridentino, Navar. *consil. 51. sub numer. 5. de Regular. lib. 3.* Gratian. *d. cap. 640. sub numer. 34. in fin.* excleditur autem ex reclamationibus & protestationibus in contrarium, Honded. *d. consil. 78. sub num. 15.* ut dixit *Rota in Pampilonen. Beneficii de Nuarte coram* Ludovisio, *decis. 385. sub num. 5. & in annot. sub num. 6.* 1758

1608. 1. Dec. —— Constitutio supra posita & edita 1607. 6. Aprilis circa electionem Abbatum, Priorum, & Decanorum Congregationis Cassinensis ex vicinioribus Monasteriis faciendam quando in propriis non inveniantur idonei, ita intelligenda est, ut primò Lectores Sacræ Theologiæ, Philosophiæ, 1759

Juris

Juris Canonici, vel Casuum Conscientiæ, cæteris præferantur: deinde approbati ad Confessiones audiendas Romæ, vel Mediolani, Bononiæ, Neapoli, Florentiæ, vel in aliis Civitatibus: Quæ pariter servanda erunt in eligendis ex numero resultante ex multis Monasteriis pro quibus datur Graduatus, si adhuc supersunt Monachi ex quibus in tota Provincia potest confici numerus treidecim pariter Monachorum pro quibus eligi debet Graduatus universæ Provinciæ. *Paulus V. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 267. quæ incipit Italicè* Al molto Reverendo.

1608. 19. Dec. —— Pro habilitate alicujus Equitis ad Commendas Religionis Hierosolymitanæ, Caravanæ habentur pro factis, quando per Equitem non stetit, quominus fierent, veluti si petiisset admitti ad eas faciendas, illique à dicta Religione non fuisset permissum, quia contra ipsam pro factis haberi debent, *l. jure civili*, & ibi Soccin. *ff. de condit. & demonstr. l. in jure civili, ff. de reg. jur.* & utrobiq. Doctores: & cùm Caravanæ non possint sine facto & sine consensu adimpleri, sequitur quod ab ipsis Superioribus impedimentum præstitum non debet nocere Equiti, præcipuè cùm de illius bono jure constiterit, sed impedienti imputandum, Decian. *consil. 8. sub num. 124. lib. 1.* Mantica *de conjectur. lib. 11. tit. 16. sub num. 17. & 19.* & ideo dictus Eques non est amplius cogendus ad Caravanas faciendas, quia sufficit semel fuisse habitas pro factis & impletis, Dec. *in l. 1. C. de instit. & substit. num. 3.* Goffred. *in l. si hæres, num. 4. de condit. instit.* quæ magis procedunt, si impedimentum præstitum per Religionem duraverit per multum tempus, & porrexerit suum effectum etiam pro tempore futuro, quo casu non potest cogi actu implere veluti ratione Senectutis, juxta Bart. *in l. stipulationes non dividuntur, num. 30. ff. de verb. obligat.* prout dixit *Rota in Civitaten. Habitus & Antianitatis coram* Manzanedo, *decis. 115. à num. 1. ad 7. pag. mihi 46.*

28. Dec.

1608. 28. Dec. —— Regulares poſſunt renunciare ſuis Privilegiis ſolummodo ipſorum favorem, non autem favorem Papæ concernentibus, ut poſt Joan. Andr. *in cap. cum tempore, de arbitr.* notant Franc. *in cap. 1. de pact. in 6. ſub numer.* 1. ibiq. Gemin. *ſub num.* 5. & omnes clauſulæ appoſitæ in Privilegiis cenſentur habere clauſulam, quatenus Pars uti velit, Oldrad. *conſil.* 206. Sarnen. *de trien. quæſt.* 94. *ſub numer.* 11. & iterum *de annat. quæſt.* 4. *ſub numer.* 4. & ex eis dixit *Rota in Elboren. Decimarum coram* Lugdunenſi, *apud* Farinac. *deciſ. tom.* 3. *deciſ.* 229. *ſub num.* 12. *pag. mihi* 221. 1761

1608. Die, &c. —— Palatium Cardinalium Titularium S. MARIÆ Tranſtyberim, Romæ juxta eandem Baſilicam ſitum, cum omnibus ſuis annexis & connexis ac cum Capella S. Calixti, eximitur ab eorumdem Cardinalium ditione ac jure quocunque, & Cameræ Apoſtolicæ applicatum & incorporatum conceditur Sacro Monaſterio S. Pauli de Urbe pro Novitiatu ibidem inſtituendo, idemque cum Monaſterio ſeu Hoſpitali S. Saturnini in Monte Quirinali de jure dicti Monaſterii S. Pauli permutatur: Navem quoque ſeu Barcam & Portum in flumine Tyberis extra mœnia Urbis, ubicunque libuerit, ad uſum eundi & redeundi ac tranſeundi pro Monachis & Perſonis ac rebus Monaſterii S. Pauli conſtituendi facultatem indulget *Paulus V. apud* Margarin. *in Bullar. Caſinen. tom.* 2. *Conſtit.* 470. *qua incipit* Cùm ſicut. 1762

1609. 9. Febr. —— Profeſſio Monachi ob non ſervatum annum Probationis intra Clauſtra Monaſterii dicitur nulla, Novitius enim non debet hoc Anno extra Monaſterium vagari; & eo magis eſt nulla, ſi fuit facta non ſervata forma Conſtitutionis Sixti Quinti, videlicet, capta prius diligenti informatione de Parentibus, Patria, vita, & moribus, eadem informatione relata & probata in Capitulo Generali vel Provinciali: Eſt etiam nulla, ſi fuerit facta per vim & metum etiam paternum, vel ſi fue- 1763

fuerit facta ante annum decimum sextum expletum, quia quoties lex certi anni vel certorum annorum mentionem facit, intelligi debet de annis per lapsum 365. dierum, ut benè notavit Alciat. *in l. anniculus* 138. *de verb. signific.* relatus à *Rota in Granaten. Professionis coram* Lugdunensi, *decis. recent. par.* 1. *decis.* 175. *numer.* 1. *& seqq.* & refert etiam Bordon. *de Profess. Regular. in fine Operis, decis.* 1. *pag. mihi* 503. ac Farinac. *decis. tom.* 1. *decis.* 175. *pag.* 204.

1609. 13. Febr. —— Regularis effectus Episcopus facit fructus suos in vita, & de eis disponere potest non minus, quàm Sæcularis, Bald. *in cap. Clerici, il* 2. *num.* 7. *de vita, & honest. Cler.* Card. *in c. si quis, col. pen. vers. in Religiosis, de pecul. Cler.* Navar. *cons.* 15. *num.* 4. *& per tot. reg.* ubi *num.* 8. *in fin. dicit*, praxim totius Orbis Christiani ita servare, *& cons.* 70. *numer.* 4. *eod. tit. dicit*, neminem contradicere, Sarnien. *de reddit. Eccles. par.* 1. *qu.* 9. *num.* 10. imo etiam potest disponere de rebus emptis ex fructibus Episcopatus, Navar. *de reddit. Eccles. qu.* 1. *monit.* 477. *col.* 2. *vers.* & ita Jacob. de Grass. *cons. num.* 21. *& seq. de reg.* nec facit, quod res emptæ à Prælato Regulari dicantur requisitæ Ecclesiæ, etiamsi pro se fit stipulatus, juxta trad. per Jo: Andr. & alios *in cap. cum, il* 2. *de Privil.* quia non procedit, quando apparet, Episcopum noluisse Ecclesiæ, sed potius alteri acquirere, puta, quando alteri stipulatur, quia tunc Ecclesiæ non acquirit ex defectu voluntatis, Innoc. *in d. cap. cùm olim, num.* 3. *circa med.* Host. *sub numer.* 12. Jo: Andr. *sub numer.* 5. Boic. *sub numer.* 4. ut dixit *Rota in Urselen. Spoliorum seu Donationis coram* Bononiensi, *decis. recent. par.* 2. *decis.* 241. *numer.* 4. *& seqq.* & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 3. *decis.* 241. 1765

1609. 3. Mar. —— Ecclesia Regularis, per mutationem status non amittit Privilegia sibi concessa, nisi expressè sint sublata, & nisi concernant ipsum statum, ut putà Ordinem Regularem, prout dixit

Rota

Rota in Cæsaraugustana Præeminentiarum coram Coccino, *& antea in Aquilana Jurisdictionis coram* Pamphilio, *ac etiam in Tarraconen. Sacristia* 1601. 29. *Mar. coram* Justo, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disputat.* 15. *quæsito* 11. *num.* 12. *pag. mihi* 176.

1609. 21. Mar. —— Inter plures Parochos sive Regulares sive Sæculares attendatur prærogativa Ecclesiarum, non verò Regulæ quoad præcedentiam, ut resolvit *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Præcedentia, *in additione, num.* 31. ¶ Notandum circa præcedentiam, quod Vicarius Generalis præcedit Abbatem Regularem, prout decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. anno* 1615. 31. *Jul. apud* eund. *ibidem, num.* 23. *ante additionem.* 1766

1609. 11. Apr. —— Puniendus est tanquam notoriè & extra Claustra delinquens Regularis ille, qui alteri Regulari sui Conventus in Domo Paterna ægrotanti Sacramentum extremæ Unctionis administravit, ejusque Cadaver extulit, irrequisito Parocho, prout respondit *Congregat. Concil. in Collen. Minimorum, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 23. *pag. mihi* 279. 1767

1609. 9. Maii. —— Abbati Generali de Congregatione Montis Virginis in Terris & Locis suæ jurisdictioni subjectis usum Mozzettæ seu Bavari lati concedit *Congregat. Rituum, apud* Margarin. *in Bullario Casinensi, tom.* 2. *Constitut.* 571. *quæ incipit* Procurator, *& refert etiam* Flavius Cherubin. *in append. ad Compend. Bullar. pag. mihi* 10. 1768

1609. 12. Jun. —— Non obstat Regula revocatoria Unionum, quando Unio fuit facta in substentationem Monasterii, & in executionem Sacri Concilii Tridentini, ut dixit *Rota in Verdunen. Prioratus coram* Ludovisio, *decis.* 419. *sub num.* 3. *pag. mihi* 417. ex alia præcedenti Decisione *in Portugallen. Dismembrationis coram* Justo. 1769

1609. 17. Jun. —— Ad majorem confirmationis Privilegiorum validitatem, aliquando apponi solet hæc Clausula, *Et pro majori cautela de novo concedimus,* 1770

mus, quæ nihil plus tribuit, quàm ipsa confirmatio, ut dixit *Rota in Toletana Admissionis coram* Pamphilio, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disputat.* 18. *quæsito* 6. §. XVII. *pag. mihi* 283.

1609. 27. Jun. —— Visitare potest Episcopus tam Confraternitates Laicorum in Monasteriis vel Ecclesiis Regularium existentes (in iis tamen, quæ Confratrum administrationem concernunt) quàm etiam Hospitale ac Beneficia commendata, in quibus non viget Regularis Observantia, ut dixit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Caputaquen. apud* Barbos. *in Concil. sess.* 22. *de reformat. cap.* 8. *numer.* 25. 17

1609. 1. Jul. —— In qualibet Domo Congregationis S. Joannis de Deo unus Confrater dumtaxat, arbitrio Protectoris pro tempore existentis dictæ Congregationis, ad omnes etiam Sacros & Presbyteratus Ordines à suo Ordinario vel de ejus licentia à quocunque Episcopo promoveri possit ad titulum Hospitalitatis, dummodo tamen prævio diligenti examine ad hoc idoneus repertus fuerit, neque aliud obstet canonicum impedimentum, & ante sex annos saltem Regulam Congregationis hujusmodi fuerit professus: Sic promoti nullum officium vel munus aut administrationem in dicta Congregatione gerere aut exercere possint, sed Missis celebrandis ac Sacramentis ministrandis tantummodo vacare debeant: Si verò eorum aliquis (ita exigentibus demeritis) Habitu dictæ Congrehationis postea privandus fuerit, ipso facto & absque ulla declaratione ab Ordinum hujusmodi exercitio statim suspensus sit & esse censeatur. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 55. *qua incipit* Inter alias. ¶ Vide infra, 1611. 7. Jul. 17

1609. 8. Jul. —— Omnibus & singulis cujuscunque Ordinis & Congregationis ac Societatis Regularibus Personis, qui ad Partes Indiarum pro Fide Catholica prędicanda sive aliis Ecclesiasticis ministeriis exercendis & in messem Domini Operarii mittentur, 17

tur, præcipitur & mandatur sub Excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, ut memores voti obedientiæ per eos emissi, ad eas Provincias & Loca rectà se transferant ad quæ ab eorum Superioribus missi fuerint, nec quovis prætextu absque eorumdem Superiorum licentia (legitimo tamen impedimento cessante) itinere immorentur vel ad Loca eis non destinata declinent. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 56. quæ incipit* Accepimus. ¶ Vide supra, 1600. 12. Dec. & 1608. 11. Jun.

1609. 16. Jul. —— Omnia & singula Privilegia ac Indulta spiritualia & temporalia Ordini Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula & ejus Personis ac Locis, etiam per modum communicationis & extensionis inter se & cum aliis Ordinibus Mendicantium & non Mendicantium ac aliàs quomodolibet concessa & approbata (dummodo tamen sint in usu, & Sacris Canonibus ac Concilii Tridentini Decretis & Romanorum Pontificum Constitutionibus, nec debitæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ obedientiæ & fidelitati repugnent, aut Regularibus dicti Ordinis Institutis non adversentur, neque revocata aut sub aliquibus revocationibus sint comprehensa) perpetuò confirmat *Paulus V. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 1. quæ incipit* Injuncti, *pag. mihi 236.* 1774

1609. 27. Jul. —— Potest Episcopus compellere Regulares etiam per Censuras, ut accedant ad publicas Processiones, & hoc ubique servandum esse censuit *Congregatio Rituum in Ferrarien.* & postea *in Auversana anno* 1641. 12. *Febr.* ac etiam *in Tarentina anno* 1642. 3. *Maii*, nec non & *in Spoletana anno* 1650. 7. *Maii*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatel. par. 2. tit.* de Processionibus, *pag. mihi 266.* 1775

1609. 24. Aug. —— Abbates & alii Prælati Regulares non possunt benedicere Paramenta Ecclesiarum non sibi subditarum, ut decrevit *Congregat. Rit. in* 1776

una Nullius Provinciæ Burgenſis, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *diſputat.* 22. *quæſito* 2. *num.* 2. ubi *diſputat.* 23. *quæſito* 1. *num.* 1. *ait*, *quod* Abbas licèt habeat uſum Mitræ & Baculi, & ſolemniter Populo benedicere poſſit, privatam tamen Benedictionem, more Epiſcoporum, per vias minimè dare poteſt, prout reſolvit *ead. Congregat. in d. Nullius, eod. anno* 1609. 24. *Aug.*

1609. 4. Sept. —— De Regularitate conſtat ex pluribus Inſtrumentis antiquis metam centum annorum excedentibus, quæ cùm habeant vim famæ probant in antiquis iſtam qualitatem Beneficii, concurrentibus adminiculis, ut dixit *Rota in Ferrarien. Prioratus coram* Penia, *apud* Murga *in Tract. de Benefic. Eccleſ. quæſt.* 4. *num.* 219. *pag. mihi* 643. ubi *num.* 220. *ait*, *quod* hoc procedit, quando iſta Inſtrumenta antiqua haberent originem à diverſis Perſonis, non verò ab eiſdem, ut habet *Rota in Mediolanen. Juriſpatronatus* 1589. *coram* Comitolo.

1609. 3. Oct. —— Epiſcopus extra ſuam Diœceſim exiſtens, non poteſt confiteri neque Regulari, qui non ſit ab Ordinario loci approbatus, prout reſolvit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 5. *tit.* 38. *de pœnit. & remiſſ. numer.* 10. *verſ.* Sed an, *pag. mihi* 163. & iterum *in Floſculis*, *verb.* Parochus, *numer.* 22. *in fine*.

1609. 10. Nov. —— Milites Regulares Militiæ S. Jacobi de Spatha, aliique hujuſmodi non emittentes tria Vota ſubſtantialia, videlicet, Caſtitatis & Paupertatis ac Obedientiæ, non ſunt incapaces Beneficiorum ſæcularium, ſive ſimplicium ſive Curatorum, neque etiam Penſionum, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtol. tom.* 1. *Conſtit.* 5. *Alexandri III. ſect. unic. numer.* 10. *pag. mihi* 114. & antea referebat Barboſa *in Concil. ſeſſ.* 14. *cap.* 11. *num.* 8. ex Garzia *in addit. ad tract. de Benefic. par.* 1. *cap.* 4. *numer.* 23.

4. Dec.

1609. 4. Dec. —— Hospitale, quod per Virum Religiosum & Regularem gubernatur, consequenter dicitur Regulare, aliàs enim per Religiosum obtineri non posset, Gambara *de offic. & potest. Legati, lib. 8. tit. de potest. Legati in Regulares & exemptos, sub numer. 43. & 44. vers. fallit. 2.* Zabarella *in Clem. 2. §. ut autem, quæst. 1. sub numer. 4. de Relig. Domib.* Prioratus quoque solitus dari & obtineri in Commendam, dicitur Regularis, & eo magis si in ejus Ecclesia appareat appositum aliquod signum, quod indicet regularitatem, Imol. *consil. 60. sub numer. 1.* Anchar. *consil. 113. sub numer. 4.* Ripa *in cap. cùm Ecclesia Sutrina, sub num. 97. de caus. possess. & propr.* aliiq. citati *à Rota in Ferrarien. Prioratus coram* Pegna, *apud* Farinac. *decis. tom. 1. decis. 202. sub num. 3. & 4. pag. mihi 246.* 1780

1609. 15. Dec. —— Congregatio Fratrum Reformatorum Discalceatorum de Ordine Ss. TRINITATIS Redemptionis Captivorum adscribitur inter cæteros Mendicantium Ordines & sub Mendicantium Nomine comprehenditur, ac propterea omnia & singula Privilegia & Indulta quomodolibet Mendicantibus concessa ad ipsam Congregationem Discalceatorum extenduntur quoad ea quæ eorum Regulæ primitivæ & Institutis ac Constitutionibus non repugnant tantùm: Omnia quoque & singula Concilii Tridentini Decreta pro Mendicantibus Ordinibus declarata & modificata, etiam pro Congregatione hujusmodi declaranrur & modificantur; cum illorum quoque concessione, quæ etiam per modum extensionis vel communicationis universo Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum Ordini concessa sunt, dummodo tamen prædictis Mendicantium Institutis & Privilegiis non adversentur. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 60. quæ incipit* Ecclesiæ Catholicæ. 1781

1609. 24. Dec. —— In Congregatione Fratrum Reformatorum Discalceatorum Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum in Regnis Hispania- 1782

rum non eligantur amplius Miniſtri à Conventibus dictæ Congregationis, ſed de triennio in triennium à Capitulo Provinciali ab univerſo Capitulo dumtaxat eligantur: Quod ſi diſſoluto jam Capitulo intra triennium rurſus Miniſterium aliquod vacare contigerit, Miniſter eligatur ab ipſiſmet Provinciali & Diffinitoribus, non autem per alios de eorum commiſſione: Duret verò uſque ad ſequens Capitulum Provinciale, ubi ceſſent omnia Miniſteria prædicta. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 59. quæ incipit* Ex debito. ¶ Vide infra, 1613. 14. Aug.

1610. 1. Jan. —— Epiſcopus dare debet Olea Sacra Oppidis & aliis Locis exemptis ſuæ Diœceſis: non enim eos decet aliò ire pro illis recipiendis, ut decrevit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Hieroſolymitana*: Etiam Regularibus, prout reſpondit *ead. Congregat. in Crotonien.* nam Oleum Infirmorum poteſt à Regularibus aſſervari in loco decenti pro eorum uſu, ut reſolvit *ead. Congregat. in Umbriaticen.* 1601. 20. *Febr.* & etiam aſſervari poteſt à Monialibus, ut dixit *ead. Congregat. in Pennen.* 1601. 18. *Mar.* permittendo quoque quod proteſtentur, illud recipere abſque præjudicio ſuarum exemptionum, ut declaravit *ead. Congregat. in una S. Auguſtini* 1602. 28. *Jun.* dummodo non ſint adeo parvi Conventus, ut in eis non vivant plures quàm quatuor Religioſi, tunc enim non tenetur eis Epiſcopus illud dare, niſi tempore neceſſitatis, quando aliquis ex ipſis Religioſis infirmaretur, prout reſcripſit *ead. Congregat. in Bovin.* 1595. 18. *Jul. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 15. num. 4.*

1610. 23. Jan. —— In omnibus Proceſſionibus, quæ Veronæ fiunt, in quibus Abbates & Monachi Caſſinenſes ac Olivetani ſimul interveniunt, Præcedentia danda eſt Abbati & Monachis Caſſinenſibus, & ſic in futurum ſervari mandavit, quibuſcunque non obſtantibus, perpetuumque ſilentium ſuper præmiſſis imponendum eſſe ambabus partibus cenſuit & impoſuit

posuit *Congregat. Rit. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 268. *quæ incipit* In Causa, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 25. *quæsito* 6. *num.* 5. *pag. mihi* 386.

1610. 10. Febr. —— Litteræ Clementis Octavi (de quibus supra, 1599. 20. Augusti) ad Congregationem Fratrum Reformatorum Discalceatorum Ordinis Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum spectantes, in omnibus & per omnia perpetuò approbantur & confirmantur: Dictæ Congregationis Fratres, qui de cætero profitebuntur, ultra alia Vota tempore ejusdem Professionis emittenda, aliud Votum etiam emittant videlicèt se directè vel indirectè per se aut per alios intra dictam Congregationem nunquam prælationem aliquam aut officium per constitutionem prætendi prohibitum prætensuros: & pariter extra eandem Congregationem neque directè neque indirectè per se aut per alios ullam prælationem prætensuros, nisi astringantur præcepto ejus qui eis præcipere poterit: Professi autem (si voluerint) juxta eandem formam idem Votum emittant. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 61. *quæ incipit* Quæ piè, & sanctè. 1785

1610. 4. Mar. —— Privilegia concessa Monasterio & rebus & non Personis, censentur realia & perpetua, & suffragantur quibuscunque Personis ad quarum manus ipsa Bona devenerint, *l. ætatem*, §. *fin. l. forma*, §. *quamquàm*, *de Censib.* Anchar. *cons.* 327. *num.* 2. *vers. Primò namque*, Natt. *cons.* 627. *num.* 12. *& seq.* Menoch. *cons.* 276. *num.* 8. Surd. *cons.* 525. *numer.* 26. ut dixit *Rota in Nullius seu Squillacen. Jurisdictionis coram* Martino Andrea, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *in fine*, *decis.* 69. *num.* 29. *pag. mihi* 350. 1786

1610. 8. Mar. —— Beneficia Regularia Sæcularibus conferri non possunt, nec è contra Sæcularia Regularibus, *c. super eo*, *de Regular. c. cùm singula*, *de Præben. lib.* 6. Clem. 1. *de elect.* Clem. 1. *de supplen.* 1787

neglig. Prælat. Conc. Trid. *seſſ.* 14. *de reform. cap.* 10. & 11. Regula *Cancellar.* 42. ut dixit *Rota in Ferrarien. Prioratus coram* Pegna Decano, *deciſ. recent. par.* 1. *deciſ.* 229. *num.* 1.

1610. 29. Mar. —— Abbas, qui ſcit benè legere, & benè loqui latinè, non videtur poſſe dici ineruditus, Gloſſ. & Scribentes *in Clem.* 1. *de conceſſ. præb.* & in terminis perſonæ Abbatis tradit Panorm. poſt Innoc. & Archid. *in cap. cum in cunctis, numer.* 4. *verſ. Religioſi verò, de elect.* attento præcipuè examine facto in adeptione Abbatiæ, quo ſtante præſumitur ſufficiens, *c. accepimus, de ætat. & qualit. & ibi DD.* & licèt neſciverit reſpondere nonnullis interrogatoriis ſibi factis, non per hoc probatur totalis ineruditio, cùm poſſit eſſe, quod in Libris veritatem eorum quæ ſcire tenetur, ſciat quærere, Innoc. *in d. cap. cùm in cunctis, numer.* 1. *in fine*, Butr. *numer.* 10. Abbas *numer.* 40. *verſ. mediocris verò, de elect.* ut dixit *Rota in Tullen. ſeu Nullius Senonen. Monaſterii coram* Damaſceno, *deciſ. recent. par.* 1. *deciſ.* 238. *numer.* 9. & refert etiam Tamburin. *de Jure Abb. tom.* 1. *diſput.* 13. *quæſito* 8. *numer.* 10. & *ſeqq.* ubi *quæſito* 2. *numer.* 13. *ait*, *quod* Abbas ſubjectum ſibi Abbatem deponere debet pro cauſis dumtaxat inferius annotatis, videlicet, pro Hæreſi, pro Simonia manifeſta, pro immunditia carnali, pro dilapidatione ſui Monaſterii enormiter alienando vel diſſipando Bona, pro furto, Homicidio, gravi Sortilegio, ſolemni perjurio, pro conſpiratione, & ſi falſarius fuerit Litterarum Summi Pontificis vel Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium aut Principum vel Epiſcoporum ſeu Abbatum ſui Ordinis, & ſi contra communia inſtituta ipſius Ordinis Privilegia impetraverit vel retinuerit aut uti præſumpſerit impetratis, prout conſtituit *Clemens IV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 1. *Conſtit.* 3. *quæ incipit* Parvus Fons, §. 26. & 27. 178

1610. 3. Apr. —— Carmelitæ Diſcalceati ad nullam aliam 179

aliam Religionem, præterquàm ad Carthusiam, transire possint, & ad dictam Carthusiam non nisi petita & obtenta à Superioribus licentia, ut statuit *Paulus V. apud* Murga *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. Constit. 6. subsect. 2. numer. 138. pag. mihi* 81. ex Lezana *tom. 1. Sum. Quæst. Regular. par. 1. cap. 22. num. 4. & 6.*

1610. 30. Apr. —— Conventus designandi in locum Novitiatus, debent esse numerosi, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una S. Agathæ, apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Novitius, *num. 4. ubi numer. 5. ait, quod* Novitii recipiendi decimumquintum saltem ætatis suæ annum attingere debent, prout rescripsit *ead. Congregat. in una Theatinorum 1632. 16. Jul. & in altera Observantium 1634. 7. Apr.* 1790

1610. 8. Maii. —— Superioribus Clericorum Regularium S. Pauli Decollati licentia & facultas conceditur, ut ubique locorum, quilibet in Districtu suo, valeant Domos & Monasteria eorum Instituti Regularis (servatis Sacrorum Canonum & Concilii Tridentini Decretis) de sola licentia Ordinariorum condere & fundare, nullo aliarum Personarum cujusvis Ordinis etiam Regularium requisito consensu, & non obstante Constitutione Clementis Octavi, de qua supra 1603. 23. Julii, prout concedit & indulget *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 64. quæ incipit* Ecclesiæ militantis, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 5. quæsito 1. num. 4.* ¶ Vide supra, 1606. 5. Sept. & 1608. 14. Aug. 1791

1610. 17. Maii. —— Si officium Generalis Reformatoris Congregationis S. Bernardi de Hispania per obitum aut alia occurrente causa vacare contigerit, pro novi Reformatoris electione ad residuum tantùm triennii duratura, solùm Abbas Montis Syon seu S. Bernardi extra Muros Toletanos, cum sex Diffinitoribus & duobus Visitatoribus, & cum Monachis qui officium Generalis Reformatoris obierint, 1792

jerint, Capitulum conficiant & celebrent, quod ad hujusmodi electionem sit sufficiens & legitimum; In Capitulo generali, quod ex omnibus Monachis munere Abbatum per triennium functis celebrari solet, sex præstantiores reeligi possint in Abbates aliorum Monasteriorum, non autem illorum in quibus immediatè fuerunt: Prior denique Monasterii de Palacuelos, ubi Generalis Reformator est Abbas, semper suffragium habeat in hujusmodi Capitulis generalibus. *Paulus V. in Constit. quæ incipit* Romani Pontificis, *apud* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg. 65. pag. mihi 387.* ubi ait, quod hoc Breve in Capitulo generali fuit admissum, excepto quoad reelectionem sex Abbatum. ¶ Vide supra 1604. 14. Dec.

1610. 25. Jun. —— Religiosi, qui tria Vota profitentur, nihil sibi appropriare possunt, sed omnia dispositioni Superioris relinquere debent, ut in Auth. *ingressi*, C. *de sacros. Eccles.* Mohed. *decis. 10. de caus. poss. & propr.* à quo nec quidquam Religiosis, potest concedi in perpetuum, *c. cùm ad Monasterium*, ubi Abb. *de stat. Monach.* Mohed. *d. decis. 10. num. 2.* Religiosus ergo obtinens Beneficium Regulare non potest excipere contra Pensionem super suo Beneficio reservatam à Superiore, qui potest fructus hujusmodi Beneficii inter Religiosos dividere, non perpetuò, sed ad tempus, vel eorum loco Pensionem reservare, Card. *in Clem. 1. de supplen. neglig. Prælat. num 4. vers. 5. oppono, ut etiam solvatur alteri Religioso ejusdem Ordinis*, ut voluit Abb. *in cap. nisi essent, num. 12. de Præben. & Dignit.* non enim repugnat Voto Paupertatis habere Pensionem ad nutum Superioris amovibilem, ut dixit *Rota in Trojana Pensionis coram* Pirovano, *decis. recent. par. 2. decis. 302. num. 1. & 2. & refert* etiam Farinac. *decis. tom. 3. decis. 302. pag. mihi 490.* 1793

1610. 28. Jun. —— Licèt vera sit conclusio, quam tradit Joan. Andr. *in cap. cum olim, il 2. num. 5. de Privileg.* quod Episcopus Regularis Ecclesiæ acquirat, 1794

rat, sive simpliciter sive impersonaliter sive sibi stipuletur, attamen verum est etiam quod dicit Hostiensis & alii, quod Ecclesiæ non acquiritur, ubi constat Episcopum noluisse illi, sed alteri potius acquirere, veluti si stipulatus fuit uti laica Persona & privata: nec facienda est vis in eo quod ex adverso dici potest, nempè quod non valet stipulatio uti de Persona laica, quia, quidquid sit de validitate, sufficit si inde colligatur intentio Episcopi aliena ab acquirendo Ecclesiæ, quæ intentio etiam ex actu nullo deprehendi potest, *l. fin. ff. de reb. eor.* Jason. *in l. Dominus, num. 2. ff. de condict. indeb.* Dec. *consil.* 407. *in fin.* Ruin. *consil.* 98. *sub num. 6. lib. 3.* & ex eis dixit *Rota in Usselen. Donationis seu Spoliorum coram* Bononiensi, *apud* Farinac. *decis. tom. 3. decis.* 306. *pag. mihi* 295.

1610. 3. Jul. —— Privilegium Regularium dispensandi cum Religiosis illegitimis ad Dignitates & Prælaturas ejusdem Ordinis, non tribuit facultatem dispensandi cum Monialibus, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 17. nu. 3. pag. mihi* 28. 1795

1610. 31. Jul. —— In cujuscunque Ordinis & Instituti Regularium tam Mendicantium quàm non Mendicantium etiam quomodolibet exemptorum & Apostolicæ Sedi immediatè subjectorum studiis omnibus habeantur trium Linguarum Hebraicæ & Græcæ ac Latinæ, in majoribus verò & celebrioribus etiam Arabicæ Doctores; Regulares quidem & ejusdem Ordinis si in illo harum Linguarum sufficientem notitiam habentes sint, sin minus etiam Sæculares aut alterius Ordinis Regulares qui illas actu & diligenter doceant, & hoc si Studia in Urbibus & Locis existunt ubi Linguarum prædictarum peritos conducendi facultas est: Studiis verò Locorum non habentibus hujusmodi Doctores provideantur de Scholaribus idoneis, qui in aliis Studiis Linguas hujusmodi habentibus valdè profecerint: Si Regularium Superiores fuerint negligentes in 1796

hac Linguarum institutione, Protectores Ordinum provideant: Scholares denique illi in promotione ad Doctoratus gradus & ad alios sui Ordinis honores cæteris paribus præferantur, qui in cognitione trium saltem Linguarum prædictarum profecerint, ita ut ad illas docendas apti sint. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 65. qua incipit* Apostolicæ, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit.* 383. ¶ Vide infra, 1623. 16. Oct. & 1625. 11. Apr.

1610. 14. Aug. —— Habitus Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci de Pœnitentia nuncupati Ultramontanæ Familiæ sit ex humili panno confectus hoc modo, videlicèt ex quatuor partibus lanæ naturaliter nigræ & sine aliqua tinctura contextæ, & una parte lanæ etiam naturaliter candidæ, ita quod singulis quatuor libris lanæ naturaliter nigræ addatur una libra lanæ albæ, per quod apertè distinguatur Habitus eorum ab Habitu Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula: Omnibus igitur & singulis ipsius Ordinis de Pœnitentia Fratribus & Ministris ac Prælatis dictæ Ultramontanæ Familiæ præsertim Hispanorum & Gallorum pro tempore existentibus mandatur in virtute sanctæ obedientiæ & sub privationis officiorum ac inhabilitatis ad illa & alia obtinenda nec non latæ sententiæ incurrendis pœnis, ut in futurum Habitu illo ut supra contexto utantur. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 66. qua incipit* Inter graves, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 6. pagin. mihi* 241.

1610. 13. Nov. —— Septa Monasteriorum Monialium Regularibus subjectarum nemini ingredi nec hujusmodi Moniales alloqui liceat, nisi licentiæ concedendæ in casibus necessariis (quæ Moniales respiciant) nedum à Superioribus Regularium dictorum Monasteriorum, sed etiam à locorum Ordinariis obtentæ fuerint, non obstantibus quibuscunque contrariis legibus, Statutis, consuetudinibus,

bus, etiam immemorabilibus, prout resolvit *Congregat. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pagin. mihi 69.* & antea referebat Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 4. tract. 5. quæst. 17. num. 10.* ¶ Vide infra, 1630. 21. Maii.

1610. 19. Nov. —— Ordinarius prohibere non potest in genere, quo minus Regulares in Ecclesia sui Ordinis concionari valeant: non enim præsumitur adesse justa causa pro omnibus unius Religionis, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Salernitana*: sed benè in specie ex aliqua causa justa, putá si quid in Concione dicant quod hæresim sapiat, vel quod offensioni & scandalo sit, prout respondit *ead. Congregat. in Gerunden.* 1597. 4. *Aug.* vel quando Episcopus propter Processionem aut aliam piam causam confluentia sit ad Cathedralem, ut rescripsit *ead. Congregat. in Faventina* 1593. 17. *Nov. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Prædicator, *numer.* 17. & 18. 1799

1610. 3. Dec. —— Confraternitates etiam existentes in Ecclesiis Regularium visitantur per Ordinarios, modò per laicos Administratores regantur, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Aquen.* & antea *in Tortonen.* 1604. 22. *Mar.* ac etiam *in Thelesina* 1596. 20. *Aug.* nec non & *in Caven.* 1595. 22. *Febr. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Confraternitas, *numer.* 14. *ubi etiam quod* non tamen visitantur Ecclesiæ, & Altaria etiam pro servitio dictarum Confraternitatum à Regularibus assignata, nisi quoad onera, prout declaravit *ead. Congregat. in Bisaccien.* 1582. 22. *Jun.* 1800

1610. 10. Dec. —— Licèt Beneficium Regulare non sit conferendum, nisi Regularibus Professis ejusdem Regulæ, text. *in cap. cum singulas*, §. *prohibemus*, *de Præben. in 6.* & ibi Bosich. *in cap. dilectus*, *à num.* 3. *ad* 8. *de concess. Præben.* Præpos. *in cap. nullus*, *num.* 4. 61. *dist.* & quamvis tale Beneficium, cùm sit Regulare, requirat personalem residentiam, ad text. 1801

in

in Clem. 1. §. *caterum*, & ibi Vitalin. *num.* 6. *de stat. Monach.* Felin. *in cap. cum omnes, num.* 33. *de constit.* attamen satisfit negando, quod Jus resistat, quin Beneficia Regularia possint dari auctoritate Apostolica in Commendam Clerico Sæculari: Dispensatio autem obtinendi per Clericum Sæcularem Beneficium Regulare in Commendam dicitur palliata, Cassad. *decis.* 5. *sub numer.* 14. *de Privileg.* & ex eo dixit *Rota in Elven. Camerariæ coram* Manzanedo, *apud* Posth. *de manutenen. decis.* 122. *à num.* 7. *ad fin. pag. mihi* 86.

1610. 15. Dec. —— Privilegia Equitum Lauretanorum retinendi Pensiones, Matrimonio non obstante, comprehendit etiam Pensiones reservatas super Regio Patronatu, ut dixit *Rota in Terulen. Pensionis coram* Sacrato, *decis. recent. par.* 3. *decis.* 307. *nu.* 1. 1787

1610. 19. Dec. —— Si Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare voluerint, non spectat ad Ordinarium examinare, sed ad eorum Superiores, prout respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Salernitana, apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par.* 1. *tit.* de Concionatoribus, *pag. mihi* 179. 1788

1611. 14. Jan. —— Extinctio Ordinis Regularium S. Augustini in Principatu Cathaloniæ, & sæcularizatio omnium Beneficiorum dicti Ordinis facta per Clementem Octavum, non extinxit jurisdictionem & potestatem conferendi, quam habent dicti Ordinis Abbates, & sic possunt conferre ista Beneficia olim Regularia, etiamsi nunc sint sæcularia, prout dixit *Rota in Vicen. Parochialis Castri Tertioli coram* Manzanedo, *decis. recent. par.* 2. *decis.* 323. *nu.* 7. & refert etiam Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 60. *num.* 26. & 33. 1789

1611. 16. Jan. —— Ecclesia non potest cogere vicinum ad sibi vendendam Domum pro ampliatione ipsius Ecclesiæ, quando illius Ecclesiæ Religiosi sunt posteriores in Ecclesia, quàm sit Dominus Domus illi vicinus, ut dixit *Rota in Romana Palatii de* 1805

Cani-

Comitibus coram Sacrato, *decis. rec. par.* 3. *decis.* 402. *n.* 6.

1611. 10. Febr. —— Statutum Urbis Romæ de duabus conformibus, quod scilicet faciant rem judicatam, ligat etiam Personas Ecclesiasticas: & licèt major difficultas sit, an comprehendat Collegium, quia nec Civis Romanus nec Incola propriè nuncupari possit, attamen cùm *in Causa Romana Census seu reconventionis* firmatum fuerit contra Fratres & Conventum Sanctorum Apostolorum, resolutum etiam fuit quod dictum Statutum comprehendat etiam Collegium & Communitatem ac Monasteria, quia non repugnat proprietati verborum Statuti quin Collegium dicatur Civis, Bart. *in l.* 1. *num.* 12. *ff. ad municip.* Cucch. major. *Instit. lib.* 2. *tit. de Canonic. sub numer.* 27. nec ratio suadet restringendum esse Statutum ad veros Cives, & non fictos ut est Communitas & Monasterium, postquàm eodem modo Collegium possidet Bona, contrahit, administrat, succedit, prout Cives alii Romani & Incolæ faciunt, ut dixit *Rota in Romana Salviani Interdicti coram* Pirovano, *apud* Farinac. *decis. tom.* 1. *decis.* 380. *sub num.* 1. *&* 2. *pag. mihi* 436. 1806

1611. 25. Febr. —— Licèt Professio Monachi non sit legitima non elapso anno Probationis, *Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 15. *de Regular. & cap. & si officii, de elect.* Put. ex illo text. *decis.* 261. attamen ante annum excipi potest, quando per Summum Pontificem illius receptio est commissa alicui Executori vigore *Regulæ Cancellariæ* 58. tunc enim non est expectandum aliquod tempus, sed est arbitrarium Superiori, ad quem spectat illum præficere Monasterio, qui secundùm qualitatem personæ, & notitiam quam de illo habet, potest hoc mandare, Jo: Andr. *in cap. officii, de elect.* Abb. *num.* 5. *in gloss. fin.* Butr. *numer.* 13. ut dixit *Rota in Legionen. Pensionis coram* Pirovano, *decis. recent. par.* 2. *decis.* 329. *num.* 2. & refert etiam Bordon. *de Profess. Regular. in fine Operis, decis.* 2. *pag. mihi* 505. nec non Farinac. *decis. tom.* 3. *decis.* 329. *pag.* 314. 1807

4. Mar.

1611. 4. Mar. —— Monasterium non tenetur solvere debita illius, ex cujus Bonis nihil ad Religionem pervenit, Hostiens. *in cap. unic. num.* 10. *de obligat. ad ratiocin.* Roman. *cons.* 292. *num.* 2. Abb. *cons.* 102. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 2. Innoc. *in cap. in præsentia, num.* 5. *vers. item Monasterium, de probat.* quamvis post Professionem emissam occasione illius Hæreditas supervenerit, quia eo casu dicitur immediatè delata Monasterio, non Monacho, ut dixit *Rota in Bononien. de Passis coram* Manzanedo, *decis. recent. par.* 2. *decis.* 333. *num.* 1. *&* 2. & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 3. *decis.* 333. *pag.* 319.

1611. 14. Mar. —— Bullam Clementis Octavi (de qua supra 1599. 23. Mar.) de Vocalibus Congregationis Clericorum Regularium de Somascha confirmat, & ab omnibus ejusdem Congregationis Religiosis exactè observari debere, etiamsi consuetudo tempore datæ dictarum Litterarum à viginti annis tantùm vigeret, decernit & præcipit *Paulus V. in Constitut. quæ incipit* His, quæ, *in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi* 110.

1611. 19. Mar. —— Monasteria, quibus tota Congregatio Monachorum Ordinis S. Benedicti de Congregatione Montis Virginis constare debet, vigintiquatuor sint cum certo Monachorum numero: Horum Monasteriorum decem & tria majora regantur per Abbates, undecim verò gubernentur per Priores, qui Priores juxta eorum merita sufficiantur in locum decedentium Abbatum, & eorum tres ex ipsis undecim coram Abbate Generali & duobus Diffinitoribus eligendi habeant in Capitulo vocem electivam, quam etiam Decanus & Diffinitores seu Visitatores ac Procurator Generalis & omnes Abbates prædicti atque Vicarius ex numero Abbatum eligendus semper habeant activam & passivam in Capitulis Generalibus & Provincialibus ac in electione Abbatis Generalis & Diffinitorum: Dicti Abbates omnibus gaudeant Privilegiis, quibus Abbates Camaldulenses fruuntur: Monachi sexagin-

xaginta annis majores, qui Abbates aut Priores per annos decem fuerint, utramque pariter vocem habeant, si Capitulum velit: In aliis verò Monasteriis unitis Monachus tantùm unus Sacerdos quadraginta annorum collocetur cum uno Converso seu Oblato, & hi censeantur de Familia Monasterii cui facta est unio: Si quæ Monasteria vel Domus competenter dotentur pro alendis duodecim vel saltem sex Monachis, tunc cum Capituli Generalis consensu & Protectoris licentia fiant Abbatiæ vel Prioratus. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 89. quæ incipit* Postulat, & refert etiam Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 384.*

1611. 19. Mar. —— Unus in Monasterio Montis Virginis de Monte & alter in Monasterio S. Agathæ de Urbe erigantur Novitiatus dicti Ordinis S. Benedicti, in quibus Novitii recipi ac sumptibus dictorum Monasteriorum respectivè ali debeant, & omnibus gaudeant Privilegiis quibus cæteri dictæ Congregationis Novitiatus perfruuntur & perfruentur: Decreta super Novitiis à Sede Apostolica evulgata omnino serventur: & non plures quàm tres ejusdem Patriæ Novitii recipiantur, nisi in defectum aliorum, & tunc cum Capitulo Generali de Protectoris licentia: Nemo etiam Abbas aut Prior vel Cellerarius creari possit in propria Patria: Alii duo Novitiatus arbitrio Capituli Generalis instituantur pro Novitiis Professis usque ad Subdiaconatus saltem Ordinem in Observantia Disciplinæ Monasticæ retinendis ut studeant: Novitiorum & Monachorum ac Conversorum professorum & non professorum ac Oblatorum Habitus sit distinctus: Filiationes verò Monasteriorum, uti habent aliæ Congregationes S. Benedicti, in hac quoque Congregatione Beatæ MARIÆ de Monte Virgine introducantur: Tam Abbates quàm Priores possint prædicare Verbum Dei in Locis per vigintiquinque milliaria distantibus à suis Monasteriis, & completis cursu Theologiæ & quinquennio Lectio-

ctionis valeant gradum Doctoratus suscipere cum licentia Abbatis Generalis, sed nulla gaudeant exemptione: Præscribitur Habitus Oblatorum ante & post Professionem deferendus, & eis assignatur annus integer Novitiatus: Aliis denique ad servitia utilia obeunda recipiendis proprium Habitum assignat *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*.

1611. 18. Apr. Antianitas in Religione Hierosolymitana debet incipere à die prima præsentationis probationum, quæ postea fuerunt declaratæ bonæ & validæ: Ut autem hujusmodi Militi dicta Antianitas currat, debet constare de solutione pecuniarum facta Thesauro Religionis prædictæ, prout dixit *Rota in Hispalen. Habitus coram* Ludovisio, *dec. 499. sub numer. 1. & 2. pag. mihi* 505. 1611

1611. 30. Apr. —— Abbas, Commendatarius, vel alius Prælatus Episcopo inferior, non potest Concursum & Examen instituere ad Parochiales existentes intra fines suæ jurisdictionis & collationis, quando non habet potestatem congregandi Synodum & actu non congregat, sed hujusmodi Concursus & Examen spectat ad Episcopum intra cujus Diœcesis fines existit Abbas, Commendatarius, vel alius Prælatus inferior: & Si non constat intra cujus Diœcesis fines existat, id spectat ad Episcopum viciniorem, prout decisum in Causa Castri Durantis refert Ventrigl. *in Prax. rer. notabil. tom. 2. Annot. 5. §. 1. num. 24.* 1813

1611. 7. Maii. —— Fratres Reformatos Discalceatos Ordinis Eremitarum S. Augustini de Sicilia unit cum Fratribus Italiæ Ordinis ejusdem, atque annuente Paulo Quinto incorporat *Antonius Cardinalis Saulius Ordinis Protector*, *apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. post Constit. 3. Gregorii XV.* ¶ Hanc Congregationum Siciliæ & Italiæ unionem confirmat cum supplemento quorumcunque defectuum, si qui desuper intervenerint, & quatenus opus sit, denuò facit, & in omnibus juxta voluntatem ac jussum dicti Pauli Quinti observari mandat dictus Ordinis 1814

dinis Protector, *anno* 1619. 5. *Mar. ibid. post d. Constit.* 3. ¶ Vide etiam infra, 1621. 12. Febr.

1611. 18. Maii. —— Ubi Abbates vel alii inferiores Prælati habent Territorium separatum, illud dicitur esse nullius Diœcesis, sed est propria Diœcesis, & per se, & cujus respectu ipsi quoque vocantur Diœcesani, Gloss. *in Clem.* 1. §. *volumus*, *in verb. Diœcesanis*, & ibi Card. *in* 4. *quæst. num.* 2. Vital. *num.* 4. Imol. *num.* 38. Abb. *num.* 15. *de for. compet.* ac de talibus dici potest, quod habent territorium sive forum, *l. pupillus*, §. *territorium*, *de verb. signific.* hujusmodi verò territorium solus Papa concedere potest ex privilegio speciali, ad quem solum spectat ut partem separet à Diœcesi, Hostien. *in c. cùm contingat*, *num.* 1. *de for. compet.* & ibi Butr. *num.* 11. *vers. de consuetudine autem*, Panorm. *numer.* 18. Belam. *num.* 15. *vers. tamen certum est*, ut dixit *Rota in Constantien. Jurisdictionis coram* Attrebatensi, *decis. recent. par.* 1. *dec.* 324. *num.* 1. *&* 2. & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 1. *decis.* 324. *pag. mihi* 378. 1815

1611. 18. Maii. —— Privilegia exemptionem continentia non faciunt, ut Loca exempta sint extra Diœcesim: licèt enim non sint de Diœcesi, tamen sunt in Diœcesi, *cap. cùm Episcopus*, & ibi Franc. *in* 2. *notab.* & Gemin. *num.* 3. *de offic. Ord. in* 6. *cap.* 2. Gloss. *in Clem. frequens*, *in verb. primi anni*, & ibi Vital. *num.* 127. *de excess. Prælat.* Abb. *in cap. Apostolica*, *num.* 3. *de donat.* Felin. *in cap. grave*, *num.* 2. *de off. judic. ordin. cum aliis quampluribus*: si enim Loca non essent in Diœcesi, frustra impetraretur Privilegium Exemptionis; tale autem Privilegium solùm eximit à subjectione, non à situatione & denominatione, Vital. *in Clem.* 2. *num.* 44. *de Præb.* & Franc. *in cap.* 2. §. *statuto*, *vers. sed adverte*, *de constit. in* 6. ut dixit *Rota in d. Constantien. coram* eod. *ibid. num.* 3. *&* 4. 1816

1611. 18. Maii. —— Privilegia, quæ eximunt Monasteria & eorum membra, non dicuntur eximere Loca & Castra, sive Populum, ideoque non con- 1817

cludunt Territorium ſeparatum, ſed exempti dicuntur habere tantùm juriſdictionem in Perſonis, non in Locis, *cap. per exemptionem*, ubi Gemin. *numer.* 5. Franch. *num.* 3. *verſ. quinto nota*, & Anchar. *num.* 3. *verſ. quartò nota*, *de privil. in* 6. Guliel. de Monte Lauduno *in Clem. Paſtoralis*, *num.* 24. *lib.* 1. citati à *Rota in d. Conſtantien. coram* eod. *ibid. num.* 6. ubi *num.* 11. *dictum fuit*, *quod* nulla conſuetudo vel præſcriptio operari poteſt, ut in eadem Civitate ſint duo Capita, hoc enim eſſet monſtruoſum, ut notat Hoſt. *in cap. cùm contingat*, *num.* 1. *de foro compet. & in cap. quanto*, *num.* 13. *& cap. quoniam*, *num.* 2. *de offic. Ordin.* eadem enim Civitas ſubjacèret Epiſcopo & Abbati ſeu alio Prælato inferiori, & ideo hæc præſcriptio eſſet irrationabilis, & circa ea quæ de ſui natura præſcribi non poſſunt, in quibus præſcriptio etiam immemorabilis locum non habet, Gabr. *de præſcript. concluſ.* 1. *num.* 8. *&* 36.

1611. 6. Jun. —— Licèt Abbati S. MARIÆ de Nagera Ordinis S. Benedicti competat juriſdictio privativè in Clericos & Capellanos Eccleſiarum S. Crucis & S. Michaelis, manutenendus tamen eſt Epiſcopus in approbandis Confeſſariis dictarum Eccleſiarum, nam Decretum Concilii Tridentini *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reform.* diſponit, quod nemo admitti poſſit ad audiendas Sæcularium Confeſſiones, niſi approbatus ab Epiſcopo: ita quod aſſiſtentia Juris eſt clara, propter quam datur manutentio, abſque alia probatione poſſeſſionis, ut in *cap. cùm perſona*, *de privil. in* 6. fuit etiam deciſum Monaſterium eſſe in & de Diœceſi: & hinc eſt, quod Sacra Concilii Congregatio reſpondit, eos, qui approbandi ſunt ad Confeſſiones audiendas in Eccleſiis Abbati ſubjectis, ab ipſo Abbate offerri debere Epiſcopo, & cum præſuppoſito quod Abbas habeat juriſdictionem quaſi Epiſcopalem privativè ad Epiſcopum, ut dixit *Rota in Calaguritana Juriſdictionis de Nagera coram* Attrebatenſi, *deciſ. rec. par.* 1. *deciſ.* 332. *nu.* 1. *&* 2. & refert etiam Farin. *deciſ. tom.* 1. *dec.* 332. *pag. mihi* 386.

6. Jun.

1611. 6. Jun. —— Confessio Prælati voluntaria & extrajudicialis non præjudicat Ecclesiæ, *cap. præsentium, de testibus*, Afflict. *decis.* 186. *num.* 4. Caputaq. 136. *in manuscript.* si tamen pro ea concurrant præsumptiones & conjecturæ, probat & præjudicium parit, Ruin. *cons.* 142. *post num.* 4. *lib.* 1. ut dixit *Rota in Massilien. Pecuniaria coram* Bononiensi, *decis. recent. par.* 1. *decis.* 334. *num.* 2. & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 1. *decis.* 334. 1819

1611. 7. Jul. —— Fratres Congregationis S. Joannis de Deo in Regnis Hispaniarum existentes, tria Vota substantialia videlicèt Obedientiæ & Castitatis ac Paupertatis & insuper quartum inserviendi Infirmis in suis Hospitalibus solemniter emittere in suorum Superiorum manibus omnino teneantur, ac sub Regula S. Augustini & sub jurisdictione Ordinariorum degere debeant, ac talia Vota emittentes censeantur veri Religiosi & Regulares ac pro talibus habeantur: Superiores Locorum hujusmodi Congregationis tot tantùm admittant ad Habitum & Professionem quot pro numero Infirmorum necessarii erunt, & in singulis eorum Hospitalibus duo Fratres Presbyteri manère & ali possint qui Confessiones tam Infirmorum quam aliorum Confratrum & Ministrorum inibi audiant & à peccatis absolvant ac illis Eucharistiæ & extremæ Unctionis Sacramenta ministrent; Ordinarii in Loca & Personas hujusmodi quoad Causas civiles & criminales ac mixtas tam in Visitatione quàm extra plenam habeant facultatem, & quando in Hospitalibus hujusmodi hospitalitas defecerit, dicti Ordinarii illa & eorum bona per hos Fratres aut alias Personas etiam sæculares administranda demandare valeant, quibus etiam Ordinariis dicti Fratres (dum ad ipsos administratio pertinebit) administrationis rationem singulis annis reddere teneantur. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 69. *quæ incipit* Romanus Pontifex. ¶ Vide infra, 1619. 16. Mar. 1820

1611. 23. Oct. —— Prædicatori Universitatis non 1821

conceditur licentia prædicandi in Ecclesia Regularium ubi non est solitum, sine consensu ipsorum Regularium, ut negavit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Tolentina*: non enim cogi possunt Regulares ad acceptandum in suis Ecclesiis Prædicatores sæculares vel diversarum Religionum, prout rescripsit *ead. Congregat. in Alatren.* 1613. 12. *Februarii*: nisi esset consuetudo in contrarium, ut respondit *ead. Congregat. in Firmana* 1614. 28. *Febr. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Prædicator, *num.* 19. *& refert etiam* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Concionatoribus, *pag. mihi* 180.

1611. 24. Oct. —— Abbas non habens aliquod ex tribus signis ad Dignitatem constituendam requisitis, quæ sunt administratio rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione, nomen Dignitatis, & Prærogativa tam in Choro quàm in Capitulo, & quod de consuetudine Ecclesiæ habeatur pro Dignitate, non est propriè & verè Abbas, sed abusivè & impropriè Abbas vocatur, ac quamdam ventosam Dignitatem repræsentat, ut dixit *Rota in Hispalen. Præeminentiarum coram Penia*: ideoque Abbatis nomen habens absque Dignitate, non præfertur Canonicis Collegiatæ, sed illis cedit, prout dixit *ead. Rota in d. Hispalen.* 1612. 4. *Jun. coram* eod. *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. in fine* 3. *tomi*, *decis.* 6. & 7.

1611. 9. Dec. —— Valet Professio facta in ætate legitima, & post annum Probationis, cum solemnitatibus requisitis, *cap.* 1. *de Regul. in* 6. *cap. ad Apostolicam*, *eod. tit. cap. cùm Gonsaldus* 17. *qu.* 2. Specul. *in tit. de Regular. numer.* 1. *& seqq.* nec de jure communi obstat morbus caducus, cùm quilibet morbus etiam gravissimus eam non vitiet, Gloss. *in cap. sicut tenor*, *in verb. extra mentem*, *de Regul.* Quod si in aliqua Religione adsit Constitutio, ut Professio Novitii tali morbo laborantis sit irrita, debet probari quod tempore Professionis fuerit in Novitio talis morbus, prout est necessarium, Gloss. *in d. cap. sicut tenor*, aliiq. citati à *Rota in Bononien. nullitatis*

litatis Professionis coram Ubaldo, *apud* Bordon. *de Profess. Regul. in fine Operis, decis.* 5. *num.* 1. 2. *&* 4. *pag. mihi* 510. & refert etiam Zacchias *quæst. medico leg. tom.* 2. *in fine, decis.* 33.

1824 1611. 9. Dec. —— Multa pro bono regimine Congregationis S. Benedicti Hispaniarum quoad electionem Generalis & Abbatum in Capitulo Generali faciendam, quoad etiam Generalatus & Abbatiarum durationem, & quoad alia necessaria statuit *Paulus V. in Constit.* 15. *quæ incipit* Ex injuncto, *apud* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. pag. mihi* 346. ¶ Hanc Constitutionem declarat Clemens IX. apud eund. *post Constit.* 15. *num.* 31. *pag.* 360.

1825 1611. 16. Dec. —— Omnibus utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Societatis JESU in die illius Invocationis à primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem perpetuò concedit & elargitur *Paulus V. in Constit. quæ incipit* Splendor, *in Corpore Institutor. d. Societ. tom.* 1. *pag. mihi* 170.

1826 1612. 26. Jan. —— Vendere Domum suam quis cogi non potest pro ampliatione Ecclesiæ seu Monasterii, quia licèt lex *si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. fun.* habeat ex identitate & majoritate rationis locum in Ecclesiis & Monasteriis & illorum necessaria ampliatione, ut post Jas. *in l.* 2. *num.* 4. *ff. sol. matrim.* Florian. *in d. l. si quis sepulchrum, num.* 1. Soccin. *in reg. vendere rem suam, num.* 8. *&* 9. aliosque quamplures, tenuit *Rota in Neapolitana Monasterii coram Card. Lancellotto*, nemo tamen regulariter cogitur vendere, *l. invitum, & l. dudum, C. de contr. empt. cum concor.* & præcipuè, ne vicinus, qui cogitur vendere, magnum patiatur detrimentum, ut sunt verba text. *in d. l. si quis sepulchrum in vers. Præses etiam*, ut dixit *Rota in Romana Palatii de Comitibus coram* Damalceno, *decis. rec. par.* 1. *dec.* 372.

num. 1. & seqq. ¶ Vide tamen infra, 1615. 15. Maii.

1612. 13. Febr. —— Quasi possessio eligendi Monachorum Priorem non suffragatur ad effectum ut electus confirmetur ab Abbate: hoc tamen non procedit in Priore Claustrali subordinato & obedientiario ipsi Abbati, nam hoc casu illius confirmatio pendet ab ejusdem Abbatis nutu & voluntate, qui sicut potest illum electum & admissum ad sui nutum removere etiam sine causa, Federic. de Sen. *cons.* 134. *num.* 2. Imol. *in Clem.* 2. *num.* 21. Abb. *in cap.* 2. *num.* 8. *ad fin. de stat. Monach.* ita potest non admittere neque confirmare ejus electionem, Gloss. *in cap. quàm sit, verb. obtinere, in fin.* Franch. *in cap. si religiosus, ad fin. vers. sed rectè videtur quod, de elect. in 6.* quo fit, ut nec eo invito possit ab alio confirmari, ad evitandum inutiles circuitus, ut dixit *Rota in Legionen. Confirmationis Electionis coram* Pamphilio, *decis. recent. par.* 4. *tem.* 1. *decis.* 112. *num.* 2. confirmata *anno* 1616. 7. *Nov. coram* eod. *ibid. dec.* 329. 181

1612. 13. Febr. —— Prior Claustralis ille est, qui non solùm talis vocatur in constitutione Monasterii, ad trad. per Abb. *cons.* 15. *in fin. lib.* 1. Alex. *cons.* 3. *num.* 1. *lib.* 1. Arm. *cons.* 26. *num.* 1. sed etiam si in Monasterio adsit Abbas, qui est caput illius, *cap. ad Monasterium*, §. *Prior autem*, & Abb. *de stat. Monach.* DD. quoque *in Clem.* 2. *de rescr.* & penes quem residet omnis potestas Monasterii, Abb. *in cap. ea noscitur, num.* 4. *ad fin. de his quæ fiunt à Prælat. sine consen. Capit.* & omnes Officiales tenentur ei parère, *d. cap. cùm ad Monasterium*, & ibi Abb. *in 6. de stat. Monach.* & ideo talis Prior non potest ullo modo dici Conventualis, quia propriè dicitur ille, qui est loco Abbatis, Franc. Monach. *quæst.* 1247. *num.* 3. *par.* 1. & præest Conventui, in quo non adest Abbas, *Clem. ne in agro*, §. *caterum, de stat. Monach. cap. nisi essent, de Præben.* ut dixit *Rota in d. Legionen. coram eod. ibid. num.* 3. 181

1612. 26. Mar. —— Ordinarius potest visitare omnes Ecclesias suæ Diœcesis, & si sint exemptæ vel 181

Nul-

Nullius, potest eas visitare tamquàm Sedis Apostolicæ Delegatus, non obstantibus Privilegiis quibuscunque, prout dixit *Rota in Toletana seu Nullius Jurisdictionis coram* Pirovano, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, decis. 67.*

1612. 2. Maii. —— Non potest Ordinarius mutare Conservatorium Orphanarum omni humano auxilio destitutarum in Monasterium contra dispositionem Fundatorum, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Majoricen. apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Conservatorium, *num. 2.* 1830

1612. 4. Maii. —— In Ecclesiis Parochialibus effectis de Mensa Monasterii Monachorum non potest Episcopus constituere Vicarios perpetuos vigore Tridentini *cap. 7. sess. 7. de reform.* nam hujusmodi Ecclesiæ non sunt simpliciter Monasterio unitæ, sed ex litteris Pontificum effectæ de Mensa Monasterii: quia conceduntur Ecclesiæ cum Bonis & cum illarum administratione, quod non importat simplicem unionem, sed quod Ecclesia unita fiat de Mensa Monasterii, ut ex Gloss. 1. *in Clem. 1. verb. de Mensa* dixit *Rota in Theatina Jurisdictionis coram* Coccino, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Parocho, *pag. mihi 217. ubi ideo ait, quod* quando Ecclesia est de Mensa Monasterii, tunc de Jure non est locus deputationi Vicarii perpetui, sed Abbas potest retinère in illis Presbyterum sæcularem ad nutum amovibilem, qui ipsum adjuvet in Cura. 1831

1612. 18. Maii. —— Procurator Generalis Religionis non sufficit citari, quando adest Abbas particularis Ecclesiæ, de qua agitur, juxta Dubium Fastoli 23. *caut. 6.* Felin. *in cap. eam te, numer. 14. vers. per istam differentiam, de rescript.* ut dixit *Rota in Lucana Abbatiæ coram* Cavalerio, *decis. recent. par. 1. decis. 410. num. 2.* 1832

1612. 4. Jun. —— Abbates non veri, nec reales, sed ventosi, nomen Abbatis impositum habentes, absque Dignitate, concurrentes cum Canonicis in 1833

quibusvis actibus, cæteris paribus, eis cedunt, nedum si sint Cathedralis Ecclesiæ, verùm etiam Collegiatæ, ut dixit *Rota in Hispalen. Præeminentiarum coram* Penia, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 25. quæst. 2. num. 21.* ¶ Abbates igitur veri & reales præferuntur Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, ut dixit *Rota in d. Hispalen.* 1611. 1. *Jul. coram eod.* ac à fortiori præcedunt Canonicos Collegiatæ, juxta regulam *in l. de accessionib. ff. de diverſ. & temporan. præscript.* scilicet, *si vinco vincentem te, multò magis vinco te.* ¶ Prædicta tamen intelligenda sunt, quando Canonici singuli incedunt, secus ubi Collegialiter Cathedralem Ecclesiam repræsentant, *ibid. num. 9. & seqq.*

1612. 10. Jul. —— Omnes & singulæ licentiæ ingrediendi Monasteria Monialium ubique locorum existentia, ac cum Monialibus conversandi & refectionem sumendi corporalem, Mulieribus quibuscunque à Sancta Sede concessæ revocantur; inhibendo Mulieribus prædictis licentias hujusmodi habentibus sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna (reservata Papæ absolutione) ne Monasteria prædicta prætextu licentiarum hujusmodi ingredi audeant seu præsumant: Ipsorum verò Monasteriorum Abbatissis seu Prioriſſis ac Superioribus mandatur sub eadem ac privationis suorum officiorum obtentorum & inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda ipso facto incurrendis pœnis, nec eas introducere seu admittere vel admissas quoquo modo retinère audeant. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 74. quæ incipit* Monialium statui, & *referunt etiam* Barbosa *de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag. mihi* 70. ac Tamburin. *de Jure Abbatiſſar. disput. 22. quæsito 1. num. 2. pag. 139.* nec non Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 273.*

1612. 1. Oct. —— Breviarium Monasticum emendatum, ab omnibus sub Regula S. Benedicti militantibus recitandum decernit, & eisdem Indulgentias à Pio Quinto concessas recitantibus Breviarium Romа-

manum communicat *Paulus V. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 274. *quæ incipit* Ex injuncto. ¶ Omnes Monachi & Moniales sub dicta Regula S. Benedicti militantes possunt & debent uti Breviario Benedictino ut supra edito, non obstante quod aliqui exempti in præteritum usi fuerint Romano vel alio Breviario, prout decrevit *Congregat. Rit. ibid. Constit.* 276. *quæ incipit* Sacra.

1612. 2. Oct. —— Eremitis Montis Senarii de Florentina Diœcesi Ordinis Servorum Beatę MARIÆ Virginis perpetuò conceditur, ut in eorum Domo tres ex antiquioribus à Capitulo Conventuali ejusdem Domus deputari possint, qui eandem habeant facultatem & potestatem in admittendis Novitiis, quam habent Capitula Generalia & Provincialia, nec non & alia deputandi juxta Constitutiones Sixti Quinti supra positas & editas 1587. 26. Nov. & 1588. 21. Octobris, dummodo in reliquis earumdem Constitutionum formam servent, prout ad hoc plenam & amplam facultatem & auctoritatem dictis tribus Deputatis impartitur *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 76. *quæ incipit* Sedis Apostolicæ. 1836

1612. 13. Oct. —— Dictis Eremitis Montis Senarii de Ordine Servorum Beatæ MARIÆ Virginis pro tempore existentibus conceditur, ut Feria quarta cujuslibet hebdomadæ Adventus & Quadragesimæ in pane & aqua tantùm jejunare minimè teneantur, firmis in reliquis remanentibus Litteris Clementis Octavi supra positis & editis anno 1593. 22. Octobris: Et ideo ipsi Fratres Eremitæ super præmissis aut eorum aliquo molestari vel perturbari nullo modo possint: Quidquid verò secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum sit & inane, prout non obstantibus prædictis Litteris Clementinis, irritum & inane declarat *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit. quæ incipit* Alias, *statim post Constit.* 76. *ejusd. Pontific.* 1834

14. Jan.

1613. 14. Jan. —— In Præpositura seu Parochiali Regulari saltem habitu, seu Vicariis sive membris subjectis & unitis Regularium Monasteriis non requiritur Concursus juxta formam Concilii Tridentini *cap.* 18. *sess.* 24. sed sufficit de idoneo tantùm illas providere, ut dixit *Rota in Fesulana Prioratus coram* Innocentio Decimo, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jacobi Pignatelli, par.* 1. *tit.* de Concursu Parochialium, *pag. mihi* 192. 183

1613. 19. Jan. —— Abbates, quando sunt plures in eodem Loco & habent Clerum distinctum, debent in Processionibus incedere, quisque cum suo Clero & in suo loco, prout declaravit *Congregatio Rituum in Nucerina Galdi, apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 25. *quæsito* 6. *num.* 8. 185

1613. 7. Mar. —— In Ædibus per Fratres Carmelitas Discalceatos Congregationis Italiæ in Monte Quirinali propè Ecclesiam Monialium S. Susannæ de Urbe noviter extructis unum Seminarium dicti Ordinis & Congregationis sub invocatione S. Pauli erigitur, in quo prædicti Ordinis Fratres ad Messem Dominicam aptiores possint diversarum Linguarum & Controversiarum scientiam ad evertendos Hæreticorum & Schismaticorum ac Saracenorum nec non Gentilium & Judæorum ac aliorum Infidelium necessariam addiscere, & majoribus vigiliis ac abstinentiis & aliis virtutum exercitiis assuescere, indèque edocti debeant pro arbitrio Superiorum ad Infidelium partes pro conversione Animarum proficisci: Huic Seminario & illius Rectori ac Fratribus omnia & singula Privilegia & Indulta tam spiritualia quàm temporalia, quibus alii Fratres Mendicantes & non Mendicantes fruuntur & fruentur, concedit & communicat *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 78. *quæ incipit* Romani *Pontificis*. 186

1613. 1. Mar. —— Equites Hierosolymitani sunt verè & propriè Religiosi, Mohed. *decis.* 10. *de caus. poss. & propr.* & ideo non possunt Bona jure proprio reti- 184

retinere, sed illa Religioni acquirunt, *Auth. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles.* Gambar. *de offic. & potest. leg. lib. 6. num. 245. & seq.* quæ stante dispositione Testatoris, qui noluit Bona ad extraneos pervenire, sed in Familia conservari, neque succedere potest, Paris. *consil. 22. sub num. 9. lib. 3.* Covar. *variar. resolut. lib. 1. cap. 19. num. 1.* Peregr. *de Fideicom. art. 28. num. 76. & 82.* nec etiam durante vita Equitis, juxta Lugdunen. *in Assisien. Hæreditatis*, quia si dicto Equiti concesserit Testator facultatem alienandi Bona Fideicommisso subjecta, non potest ipsa Religio tanquam contraveniens voluntati Testatoris, ejus Bona habere, *l. cum Pater, §. liberis, de leg. 2.* Petr. *de Fideicom. quæst. 14. num. 1. 2. & 9.* & ex eis dixit *Rota in Urbevetana Fideicommissi coram* Manzanedo, *decis. 294. sub num. 1. pag. mihi 126.* confirmata anno 1614. 14. Apr. coram eodem, *ibid. decis. 360. pag. 148.*

1613. 2. Mar. —— In Suburbanis & Territorio Romano circa præcedentiam inter Regulares in publicis Processionibus servandum est id, quod in ipsa Urbe servatur: & ideo juxta mentem & ordinem Sanctissimi idem in Civitate Tusculana circa præcedentiam inter Fratres Reformatos S. Francisci & Capuccinos servandum esse censuit & declaravit *Congregatio Rit. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Præcedentia, *sub numer. 12. pag. mihi 416.* ¶ Idem pro Reformatis Provinciæ Romanæ de Anagnina Diœcesi intra Districtum Urbis decrevit *ead. Congregat. anno 1626. 20. Jun. apud* eund. *ibid.* 1842

1613. 15. Mar. —— Datur Episcopo manutentio in quasi possessione percipiendi Quartam Canonicam etiam ex Parochialibus spectantibus ad Mensam Præceptoriarum Religionis Hierosolymitanæ, dum Episcopus est in antiquissima possessione eam percipiendi ab immemorabili tempore, qua stante quasi possessione, etiam de tempore motæ litis, competit Episcopo absque difficultate manutentio, §. *retinenda*, 1843

da, §. *hodie*, *Instit. de de interdict. cum vulgar.* quæ manutentio eò facilius concedenda est, quia Episcopus habet Juris assistentiam super dicta Quarta, *cap. omnes Basilicæ*, *quæst.* 7. *cap. conquerente*, *de offic. Ordin. cap.* 1. *de capell. Monach.* etiam contra Equites Hierosolymitanos, Hostien. *in cap. cum contingat*, *num.* 1. *de Decim.* nec obstat Privilegium Exemptionis, quia tanquam requirens altiorem indaginem & respiciens petitorium, non debet impedire manutentionem, ut dixit *Rota in Terulen. Decimarum coram Ubaldo*, *apud* Farinac. *decis. tom.* 2. *decis.* 477. 16

1613. 18. Mar. —— Generali Monachorum S. Hieronymi de Congregatione Lombardiæ pro tempore existenti conceditur, ut in Monasterio *Hospitaletto* nuncupato Laudensis Civitatis vel Diœcesis, Mitrâ & Baculo ac Annulo Pastoralibus & etiam Cruce & Sandaliis & aliis Ornamentis Pontificalibus uti, ac etiam post Nocturnas seu Matutinas Horas & post Missam decantatam ac Vesperas (in absentia tamen Episcopi Laudensis, & dummodo nullus ibi præsens existat Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, aut alius Antistes) solemniter benedicere, & singulis Christifidelibus hujusmodi Benedictioni interessentibus decem dierum Indulgentias elargiri liberè & licitè possit ac valeat. *Paulus V. in Constit. quæ incipit* Præclara, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 20. *quæsito* 1. *numer.* 23. *pag. mihi* 295. 1844

1613. 27. Mar. —— Licèt Monachus non possit esse Procurator extra res sui Monasterii, *Clem. Religiosus*, *de Procurat.* hoc tamen non procedit concurrente licentia sui Superioris, Gloss. *in cap. Monachi*, *il* 2. *verb. Abb.* 16. *quæst.* 1. ac etiam *in d. Clem. Religiosus*, *verb. licentiæ*, ubi Cardin. *sub numer.* 8. Vital. *sub numer.* 22. *&* 23. *de Procurat.* Innoc. *in cap. cum I. & A. sub num.* 2. *&* 3. *de sent. & re judic.* Butr. *in cap.* 1. *sub num.* 16. *de Syndic.* Dec. *in cap. decernimus*, *sub num.* 7. *de judic.* Rom. *singul.* 278. *incipien.* 1845

Mo-

Monachus, num. 2. Cæpol. *conſ. civil.* 21. *ſub num.* 7. & de communi teſtantur Felin. *in d. cap. cum I. & A. ſub num.* 21. *de ſent. & re judic.* Adden. ad Rom. *d. ſingul.* 278. quidquid in contrarium dixerint Joan. Andr. *in reg. in argumen. de reg. jur. in 6.* Abb. *in cap. ſopita, numer.* 3. *de cenſ.* Anchar. *conſ.* 57. *numer.* 1. & 2. cùm prædicta opinio ſit communis, ut patet ex allegatis, ex quibus dixit *Rota in Barchinonen. Parochialis coram* Damaſceno, *apud* Farinac. *deciſ. tom.* 3. *deciſ.* 445. *ſub num.* 1. *pag. mihi* 431.

1613. 30. Mar. —— Omnes & ſinguli Monachi Ordinis S. Bernardi de Congregatione Ciſtercienſium Italiæ, qui pro Prælaturis & Dignitatibus ac Adminiſtrationibus in dicta Congregatione conſequendis ad Perſonas de gremio dictæ Congregationis non exiſtentes recurrerint vel aliis minus honeſtis viis ad hujuſmodi gradus & honores aſpiraverint, illorumque complices & fautores, ad dictas Prælaturas & Dignitates ac Adminiſtrationes obtinendas inhabiles ſint, obtentis priventur, & ſic privati careant voce activa, & paſſiva: In virtute igitur ſanctæ obedientiæ ac ſub Excommunicationis latæ ſententiæ pœna omnibus dictæ Congregationis Superioribus & Prælatis etiam Præſidenti & Diffinitoribus præcipitur, ne quemquam precibus hujuſmodi Perſonarum extra gremium Congregationis præfatæ exiſtentium adducti, ad dictos gradus & honores promovere vel pœnas aliquas remittere audeant: Ambientibus etiam prædictis eandem Excommunicationis pœnam addit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3 *Conſtit.* 79. *quæ incipit* Alias per Nos, *& refert etiam* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg.* 6. *pag. mihi* 410. 1846

1613. 3. Apr. —— Auguſtiniani, petita licèt non obtenta licentia à Superioribus localibus, tranſire poſſunt ad Reformatos ejuſdem Ordinis, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular.* nam ad arctiorem Religionem tranſitus conceditur, dummodo id quis non petat ad aufugiendam aliquorum admiſſorum 1847

rum

tum criminum pœnam, prout respondit *ead. Congregat. in una S. Augustini, anno* 1601. 29. *Apr. & alibi*: Præmittere tamen debet novum Probationis Annum, licèt transeat ad reformationem arctiorem ejusdem Ordinis, ut decrevit *ead. Congregat. anno* 1633. 2. *Aug.* Superior tamen non potest suo Subdito præcipere, ut transeat ad aliam Religionem etiam arctiorem, prout rescripsit *ead. Congregat. in una S. Spiritus* 1603. 18. *Mar. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Transitus, *num.* 1.

1613. 29. Apr. —— Confessio Prælatorum prædecessorum alicujus Ecclesiæ non nocet successoribus, & præsertim emanata cum aliis Personis & ad diversum effectum, ut dixit *Rota in Hispalen. Juris nominandi coram* Pamphilio, *decis. recent. par.* 1. *decis.* 480. *numer.* 4. 1844

1613. 10. Maii. —— Unam sub nomine Oratorii JESU CHRISTI Domini Nostri Congregationem Gallicam in honorem Orationum quas in diebus carnis suæ fudit, ab Henrico Episcopo Parisiensi & Maria Francorum Regina promotam ad restituendam & augendam Fidem Catholicam, cum facultate alias hujusmodi Congregationes à Parisiensi dependentes erigendi, instituit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 91. *quæ incipit* Sacrosanctæ, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 24. *quæsito* 7. *numer.* 4. *pag. mihi* 437. 1845

1613. 13. Maii. —— Depositarius solvens Monacho pecuniam sibi à Monacho consignatam licèt Monasterio quæsitam, liberatur, si cesset dolus vel lata culpa, ut ex Jas. dixit *Rota in Anconitana Pecuniaria coram* Buratto, *decis. recent. par.* 1. *decis.* 487. *numer.* 4. & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 2. *decis.* 487. 1850

1613. 13. Maii. —— Equites Hierosolymitani sunt verè & propriè Religiosi, tanquam emittentes tria Vota, ut ex Stabilimentis Religionis, *tit. del ricevimento dei Fratelli, num.* 1. *vers. lo N. fol.* 9. tradit Mo- 1851

Mohed. *decis.* 10. *num.* 1. *de causa possess. & proprier.* nec possunt habere aliquid proprii, sed omnia acquirunt Monasterio, *Auth. ingressi*, ubi omnes, *Cod. de Sacros. Eccles. cap.* 2. *de stat. Monach.* Doctores *in cap. in præsentia, de probat.* Abb. *in cap.* 2. *num.* 3. *in* 3. *not. de stat. Monach.* & ideo Equitis hujusmodi donatio, etiam inter vivos, dispositio, consignatio pecuniarum vel bonorum est nulla, si ipse Eques obiit intra quadraginta dies à die factæ donationis, &c. ut ex Stabilimento Religionis 14. *sub tit.* 16. *de contratti & alienationi*, dixit *Rota in d. Anconitana coram* eod. *ibid. num.* 8.

1613. 24. Maii. —— Exemptio à jurisdictione Episcopi allegata ab Abbate, in necessarium antecedens præsupponit Abbatiam existere in Diœcesi Episcopi: Prædicta autem exemptio non suffragatur, nisi probetur quasi possessio, nam eo ipso, quod Ordinarius exercet jurisdictionem in una parte suæ Diœcesis, videtur constitui in quasi possessione exercendi quoad omnes in quibus alter non habet particularem quasi possessionem, Abb. *cons.* 71. *col. fin. vers. tertiò ad idem, lib.* 2. Felin. *in cap. auditis, num.* 19. *in* 3. *declar. de præscript.* Rebuff. *in tract. de Decim. quæst.* 9. *num.* 4. ac alii, & in terminis jurisdictionis tradunt Innoc. *in cap. dilectus, num.* 3. *vers. possessorium ex eo*, Hostien. *num.* 1. *vers. ex prædictis etiam*, Jo: Andr. *numer.* 8. Butr. *num.* 15. Boich. *num.* 11. *de Cappell. Monach.* Exemptionis igitur à jurisdictione alicujus quasi possessio non dicitur habere Subditus ex eo solo quod non appareat Superiorem in Illum exercuisse jurisdictionem, nisi probetur quod venerit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus & repulsioni acquieverit vel aliàs habuerit se pro spoliato, ut ex dd. DD. dixit *Rota in Sipuntina Jurisdictionis coram* Damasceno, *decis. recent. par.* 1. *decis.* 491. *num.* 1. *& seqq.* 1852

613. 27. Maii. —— Licèt Monachus de Jure non possit esse Procurator extra res sui Monasterii, *Clem. Religiosus, de procur.* potest tamen etiam in alienis negotiis 1853

gotiis procurare de licentia sui Superioris, Gloss. *in cap. Monachi, il 2. verb. Abbate 16. quæst. 1. & in d. Clem. verb. licentia*, ubi Card. *numer.* 8. Vital. *num. 22. & 23. de procur.* Innoc. *in cap. cùm I. & A. num. 2. in fin. & num. 3. de sent. & re judic.* Butr. *in cap. 1. num. 16. vers. per hæc, de Syndic.* Dec. *in cap. decernimus, num. 7. vers. an autem è contra, de jud.* Roman. *sing. 278. incip. Monachus, numer. 2.* Cæpoll. *cons. civil. 21. numer. 7.* aliique citati à *Rota in Barchinonen. Parochialis coram* Sacrato, *decis. recent. par. 3. decis. 503. numer. 2.* 161

1613. 31. Maii. —— Religio Monachum admittens, tenetur ad alimenta eidem præstanda, Castr. *cons. 76. num. 1. lib. 1.* qui movetur duabus rationibus, quas refert & sequitur Surdus *de alimen. tit. 1. quæst. 75. num. 1. & tit. 9. quæst. 27. num.* 10. & ex eis dixit *Rota in Neapolitana Alimentorum coram* Manzanedo, *decis. recent. par. 2. decis. 444. numer. 3.* ¶ Ideo Monachus præsumitur vixisse de alimentis sibi præstitis à Monasterio, *l. fin. vers. nec ferendus, C. de alimen. pupillo præstandis*, ubi post Bald. tenet Salic. *num. 3. vers. item nota*, dicens, hanc esse præsumptionem Juris & de Jure, *reg. præsumpt.* 50. Surd. *de alimen. tit. 6. quæst. 23. num. 11.* ut dixit *eadem Rota in Civitatis Ducalis Donationis, 1613. 5. Jun. coram* Buratto, *ibid. decis. 458. numer. 7. &* refert etiam Farinac. *decis. tom. 3. decis. 458. pag. mihi* 443. 1854 161

1613. 5. Jun. —— Monachi oblati Bona transeunt in Ecclesiam absque donatione, DD. *in Clem. 1. de Decim.* Abb. *in cap. fin. numer. 2. de success. ab intestato, cap. in præsentia, num. 2.* ubi Felin. *num. 5.* Dec. *num. 26. de probat.* prout dixit *Rota in Civitatis Ducalis Donatienis coram* Buratto, *decis. recent. par. 2. decis. 458. num. 3.* 1855

1613. 14. Jun. —— Regulares, qui obtinuerunt à Papa Breve directum Episcopo ad id delegato, ut alienare possint Bona quædam Ecclesiastica, illudque ei præsentarunt, ac ejus firmata jurisdictione fuit coram eo (præviis Edictis) incæptus Proces- 1856

fus

sus & inchoatum Judicium pro dicta alienatione cũ solemnitatibus ad id requisitis, non possuntetiam vigore cujuscunque alterius facultatis hoc Judicium omittere & aliud inire, sed tenentur coram Episcopo delegato illud prosequi & omnia peragere, ut dicit *Rota in Pampilonen. Parochialis coram* Ubaldo, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Alienatione rerum Ecclesiasticarum, *pag. mihi* 20.

1613. 13. Aug. —— Intimetur pro parte Sanctitatis Suæ Superioribus Monasteriorum Regularium, ne de cætero receptent & retineant in Monasteriis Condemnatos, Bannitos, Latrones, Fallitos, & ære alieno gravatos; & hoc sub pœna privationis Officii, vocisque activæ & passivæ, ut rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. ad Nuncium Neapolitanum de mandato Pauli V. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Bannitus, *sub numer.* 1. *pag. mihi* 45. ex Lucerna Regularium, *verb. Receptatio*, & ex Lezana, *verb. Bannitus*. 1857

1613. 14. Aug. —— Ex omnibus Monasteriis & Domibus ac Regularibus Locis Congregationis Fratrum Reformatorum Discalceatorum de Ordine Ss. TRINITATIS Redemptionis Captivorum in Regnis Hispaniarum existentibus fundatis & fundandis eriguntur duæ Provinciæ, una videlicèt Castellæ & altera Bethicæ, quarum quælibet per unum proprium Ministrum Provincialem ex dictis Fratribus Reformatis Discalceatis eligendum gubernari debeat: In Capitulo dictæ Congregationis Generali unus Prælatus eligatur Vicarius Generalis nuncupandus, per sex annos duraturus, qui Congregationis hujusmodi sit Superior & Ministro Generali totius Ordinis subsit: Ad electionem etiam deveniatur Diffinitorum Generalium ac Ministrorum tam Provincialium quàm Conventualium: Dictus Vicarius Generalis munere suo defuncturus præsidere debeat electioni successoris in dicto Capitulo per quodlibet sexennium celebrando, vel in ejus defe- 1858

ctum præsideat primus Diffinitor Generalis tunc præsens ejusdem Congregationis: Electus Vicarius confirmationem suæ electionis petere curet à Ministro Generali dicti Ordinis, & statim officium suum exercère valeat juxta Litteras Clementis Octavi supra positas & editas anno 1599. 20. Augusti ac tenorem præsentium. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. quæ incipit* In supremo, *statim post Constit. 59.*

1613. 4. Dec. —— Ordinariorum appellatione comprehenditur etiam Prior Militiæ S. Joannis, licèt inferior, prout dixit *Rota in Toletana seu Nullius Jurisdictionis coram Pirovano, decis. recent. par. 2. decis. 493. numer. 5.* & refert etiam Farinac. *decis. tom. 3. decis. 493. pag. mihi* 475.

1613. 5. Dec. —— Nonnulla Statuta & Decreta à Congregatione Clericorum Regularium de Somascha in Capitulo generali edita pro feliciori ejusdem Congregationis gubernio confirmat & approbat, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat & spectabit in futurum, inviolabiliter observari debere decernit *Paulus V. in Constitut. quæ incipit* Ut ea, quæ, *in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi* 115. ¶ Hæc Statuta quoad Præpositi Generalis & Diffinitorum electionem confirmat idem Pontifex anno 1614. 16. Jan. *in Constitut. quæ incipit* Nuper, *ibidem, pagin.* 29.

1613. 11. Dec. —— Abbates non sunt associandi ex sua Domo, nec excipiendi, cùm ad Pontificaliter celebrandum accedunt, quia Cæremoniale Episcoporum in hoc casu non comprehendit Abbates, ut declaravit *Congregat. Rituum in una Hispan. S. Joannis de Pegna, apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 21. quæsito 8. num. 6.* & referunt etiam Barbosa *in Sum. Apostolicar. Decis. Collect. 1. num. 22.* ac Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. Constitut. 16. §. 5. numer. 42. pag. mihi* 376. ubi *plures idem Decretum adducentes.*

1613. 14. Dec. —— Est valida Professio à Novitio Con-

Congregationis Somaschensis facta sub infrascripta verborum formula, scilicet: Ego N. voveo, profiteor, & promitto Deo omnipotenti, & tibi N. specialiter electo Obedientiam, Castitatem, & in communi vivere sub Regula S. Augustini Patris Nostri, & quòd absque licentia Præpositi Generalis vel ejus auctoritate fungentis aliquod cum Cura vel sine Cura Beneficium non acceptabo vel retinebo intra aut extra Ordinem Nostrum Clericorum Regularium: idque secundùm Constitutiones factas aut faciendas per Congregationem prædictam auctoritate Apostolica sibi concessa, reservata mihi testandi potestate de patrimonio meo, si opus fuerit, cum Præpositi auctoritate: Hanc enim Professionem sub formula suprascripta emissam (nisi aliud obstiterit) validam omninò esse censuit *Congregatio Concilii, in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi* 128.

1613. 14. Dec. —— Valida omninò est Professio facta cum reservatione facultatis testandi de suo Patrimonio, prout declaravit *Congregatio Concilii, apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *disputat.* 6. *quæsito* 16. *numer.* 15. *pag. mihi* 118. ex Barbosa *de Jure Ecclesiastico, lib.* 1. *cap.* 42. *numer.* 153. & habetur etiam *in Libro Privilegior. Congregat. Somaschæ pag.* 128. 1863

1614. 3. Jan. —— Qui in Religione S. Augustini Professionem jam emiserunt, si transeant ad Reformatos Arelatenses, Probationis annum peragere minimè tenentur, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Reformatio, *num.* 3. 1864

1614. 14. Jan. —— Regimen & administrationem Scholarum Piarum in Alma Urbe ad Pauperes gratis erudiendos institutarum & ubique instituendarum perpetuò demandat Congregationi Clericorum Sæcularium Beatæ MARIÆ Virginis, ipsamque Congregationem sub titulo & nomine MATRIS DEI nuncupari decernit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 81. *quæ incipit* Pastoralis, 1865

ralis, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 7. numer. 4. pag. mihi* 461. ¶ Notandum primò, quod Congregationem istam pridem ab Episcopo Lucano in ea Civitate institutam (nonnullis Regulis traditis) erexit & approbavit Clemens VIII. anno 1595. 13. Oct. *ibid. Constitut. 123. quæ incipit* Ex quo. ¶ Notandum secundò, quod eidem Congregationi alia Loca ubique de licentia Ordinarii recipiendi facultatem concessit idem Clemens anno 1604. 24. Jun. *ibid. Constit. quæ incipit* Illos, *statim post d. Constit. 123.* ¶ Vide etiam infra, 1614. 13. Jun.

1614. 27. Jan. —— Ubi Ecclesia fuit in quasi possessione non solùm quoad Decimas majores, sed etiam quoad minutas, videlicèt Hortorum, nutrimentorum Animalium, & similium antequam terræ pervenirent ad Monasterium, in ea debet manuteneri, cùm in continuatione possessionis metimur jus ex parte possessionis, & non ab eo contra quem possidetur, juxta decisionem Guidopapæ, quæ semper ad hoc solet allegari 629. Gig. *de Pension. quæst. 47. num. 10. vers. 5. sciendum*: nec obstat, quod Fratres quoad Decimas Hortorum habeant privilegium in Corpore Juris clausum, *ut in cap. ex parte, de Decim. cap. 2. de Eccles. ædif.* S. Anton. *par. 2. Sum. tit. 4. cap. 2. §. 4. de Decim.* Rebuff. *de Decim. quæst. 5. num. 21.* quia istud privilegium est examinandum in petitorio, & videndum an intret & an Monasterium habeat omnia requisita, ut eo uti possit, maximè cùm possessiones gravantur onere solutionis Decimarum, ad illos transiverint, quo casu est dubium an sint exemptæ à solutione dictarum Decimarum, ut dicit Gloss. *in d. cap. ex parte, il 1. de Decim. in verb. laborum suorum, vers. nisi pacto*, & dicit text. *in cap. ult. §. cæterum, eod. tit. in 6.* ut tenet *Rota in Abulen. Decimarum coram* Coccino, *decis. recent. par. 1. decis. 562. num. 1. & 2.* refert etiam Farinac. *decis. tom. 2. decis. 562.*

1614. 27. Jan. —— Donatio Castrorum & Villarum unà

unà cum omnibus Ecclesiis in illis existentibus facta à Rege alicui Monasterio valet, si à Pontifice fuerit confirmata: & hæc confirmatio videtur sufficere ad hoc, ut Ecclesiæ dicantur spectare pleno jure ad Monasterium, juxta Gloss. *in Clem. 1. §. quidam etiam, in verb. ad mensam, vers. istud autem, de excess. Prælat.* Abb. *in cap. de Monachis, sub num. 9. de Præben.* Jo: de Anan. *in cap. ut super, numer. 3.* ubi Imol. *num. 8. vers. quomodo autem, de reb. Eccles. non alien.* ut dixit *Rota in Jacen. Vicariæ coram* Buratto, *decis. recent. par. 2. decis. 513. num. 1. & 2.* & refert etiam Farinac. *decis. tom. 3. decis. 513. pag. mihi 492.*

1614. 14. Mar. —— Licèt regula sit, quod Procurator Generalis non possit comparere pro Monasterio particulari, per Fastol. *dub. 23.* Felin. *in cap. eam te, num. 4. de rescript.* tamen hæc regula fallit in Patribus Jesuitis, quia cùm habeant communicata Privilegia aliarum Religionum, & Ordo Prædicatorum habeat Privilegium ex concessione Bonifacii Noni, ut Procurator Generalis possit comparere pro quocunque Monasterio particulari & Causas per se vel alium tractare, illud ratione communionis etiam habent Patres Jesuitæ, ut dixit *Rota in Theatina Jurisdictionis S. Joannis in Venere coram* Coccino Decano, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, decis. 58. pag. mihi 341.* 1868

1614. 14. Apr. —— Etsi regulariter generica Nobilitatis probatio sufficiat eo modo, quo tradit Bart. *in l. 2. sub num. 87. & 98. C. de dign. lib. 12.* quæ Nobilitas aliàs admissa fuit ex Testibus, Instrumentis, Historiis, Insigniis, Armis, & aliis, quia tamen Stabilimenta Religionis Hierosolymitanæ *tit. de recept. Fratr. sub num. 17.* requirunt probationem Nobilitatis specificam respectu Parentum, quorum appellatione Pater & Mater, Avi & Aviæ ex utroque stipite continentur, ut in *tit. de verb. signific. sub num. 37.* non sufficit hoc casu probatio simplicis Nobilitatis, sed talis probari debet, qualis à dictis Stabilimentis desideratur, & etiam respectu Avorum & 1869

Aviarum, prout de Statuto requirente Nobilitatem antiquam tradit Rebuff. *in tract. de nominat. quæst.* 12. *sub numer.* 42. & Put. *decis.* 286. *sub numer.* 1. & ex eis dixit *Rota in Comen. Habitus coram* Buratto, *apud* Farinac. *decis. tom.* 3. *decis.* 535. *sub numer.* 1. & 2. *pag. mihi* 8.

1614. 28. Apr. —— Beneficia spectantia ad Religionem Hierosolymitanam, de sui natura sunt manualia, Mohed. *decis.* 10. *de caus. possess. & propr.* non tamen prohibentur Religiosi habere Beneficia quæ Sæcularibus conferuntur in titulum perpetuum, Abb. *in cap. de Monachis, num.* 9. *in fin. de præben.* Felin. *in cap. in nostra, num.* 44. *vers.* 7. *not. eod. tit.* dicta autem Religio habet Privilegium conferendi sua Beneficia in titulum, & ad nutum amovibilia, attamen non 161
potest Beneficia consueta conferri Clericis sæcularibus in titulum, conferre ad nutum amovibilia, & sic facere de collativo manuale, & de Sæculari Regulare, ut ait *Rota in Baren. seu Nullius Prioratus coram* Damasceno, *decis. recent. par.* 1. *decis.* 578. *num.* 2. *& seqq.* & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 2. *decis.* 578.

1614. 2. Maii. —— Monasterium nihil potest prætendere de bonis illius, qui in Religionem ingressus est & ante ingressum eadem Bona alteri donavit, ad text. *in cap. si qua mulier* 19. *qu. ult.* Authen. *nunc autem, C. de Episc. & Cler.* Covar. *in cap. quamvis, par.* 3. §. 2. *num.* 5. *in fine de pact.* in 6. prout dixit *Rota in Viterbien. Bonorum coram* Manzanedo *decis. recent. par.* 16
1. *decis.* 587. *numer.* 9. & refert etiam Farinac. *decis. tom.* 2. *decis.* 587. *pag. mihi* 144.

1614. 2. Maii. —— Censendus est Familiaris Regularium, qui in Monasterio & Cœnobio non comedit, sed portionem recipit in pecunia, & extra illud insumit, ut dixit *Rota in Hispalen. Portionis coram* Andrea, *apud* Murga *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. Constitut.* 2. §. 4. *numer.* 22. *pag. mihi ibid.* 22.

1614. 9. Maii. —— Mors civilis resultans ex ingressu Mo-

Monasterii non facit Monachum haberi pro vero mortuo, nisi in casibus à Jure expressis, juxta Gloss. notabilem *in cap. placuit, il 2. in verb. mortuus 16. qu. 1.* Oldrad. *cons. 282. num. 4.* tenens, quod nunquam mors civilis æquiparetur naturali, nisi in Jure reperiretur hoc expressum, ut dixit *Rota in Januen. Officiorum coram* Coccino Decano, *decis. recent. par. 2. decis. 543.* & refert etiam Farinac. *decis. tom. 4. decis. 143. num. 1.* ubi *num. 4. dictam fuit, quod* Beneficia Ecclesiastica post emissam Professionem vacant, quia Regulares absque dispensatione sunt incapaces Beneficiorum sæcularium, *cap. cùm de Beneficio, de præben. in 6.* Bellam. *decis. 171.* Felin. *in cap. nostra, num. 44. de rescript.*

1614. 15. Maii. —— Juspatronatus, quod devenit ad Monasterium, debet Ecclesiasticum reputari, juxta text. *in cap. unic. §. fin.* ubi Gloss. & DD. *de Jurepatron. in 6.* & propterea subjacet regulæ reservatoriæ octavæ: sed hoc procedit in Jurepatronatus Ecclesiastico simplici, secus in mixto, quod ad effectum derogationis sequitur naturam Juris patronatus Laicorum, Federic. *consil. 66.* Rocch. *in verb. jus. numer. 21.* Rebuff. *de nominat. quæst. 15. num. 7.* opportunè Cassad. *decis. 7. sub num. 10. de Jurepatron.* Achil. *decis. 3. eod. tit.* Put. *decis. 157. lib. 3.* & ex eis dixit *Rota in Firmana Juris patronatus coram* Andrea, *apud* Farinac. *decis. tom. 4. decis. 541. sub num. 4. & 5. pag. mihi 16.* 1874

1614. 16. Maii. —— Electiones Prioris Generalis & quorumcunque Superiorum & aliorum Officialium Ordinis Eremitarum S. Augustini fieri debeant in Capitulis per secreta & clausa suffragia, quæ aperiri & legi non possint, nisi postquàm omnes qui suffragaturi sunt, suffragia tulerint, ita ut illi qui vota recipient aut electioni assistent, intelligere aut scire non possint in cujus favorem quisque suffragatus fuerit: In reliquis verò Constitutiones ejusdem Ordinis ab Apostolica Sede approbatæ serventur: Si verò secus super his à quoquam quavis auctoritate 1875

ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit.* 80. *quæ incipit* Paſtoralis. ¶ Notandum, quod prædictæ electiones fieri debent abſque Scriba: Electiones verò Priorum Provincialium & Conventualium ac aliorum Officialium (Prioris & Procuratoris Generalium ac Aſſiſtentium in Generalibus, nec non ſimiliter Provincialium & Diffinitorum in Provincialibus Capitulis, electionibus dumtuxat exceptis) per ſecretas fabas fieri poſſe declarat idem Pontifex eodem anno 1614. 13. Julii, *ibid. Conſtit. quæ incipit* Nuper, *ſtatim poſt d. Conſtit.* 80.

1614. 16. Jun. —— Ubi adeſt conſuetudo, quod Tertiariæ ſepeliri non poſſint extra ſuorum Fratrum Eccleſias, ſi aliqua petat alibi ſepeliri, conceditur ſub conditione, quod id fiat ſine præjudicio Eccleſiæ ſuorum Fratrum, cui prius integrè ſolvi debent omnia emolumenta & jura funeralia ac ſi ibi ſepeliretur, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Panormitana, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 1. lib. 4. tit. 15.* de Interdictis, *numer. 26. verſ.* Ubi tamen. 1875

1614. 13. Jun. —— Clericis Sæcularibus Congregationis MATRIS DEI Scholarum Piarum conceditur & aſſignatur perpetuus uſus Eccleſiæ Parochialis S. Pantaleonis de Urbe, ſine tamen præjudicio pro tempore exiſtentis dictæ Eccleſiæ Rectoris ac cujuſquam alterius, prout concedit & aſſignat *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. quæ incipit* Chriſtifidelium, *poſt Conſtit. 45. Gregorii XV.* ¶ Quia tamen renuit poſtea hæc Clericorum Sæcularium Congregatio hoc opus erudiendi adminiſtrare, ideo vide infra, 1617. 6. Mar. ac etiam 1623. 23. Febr. ¶ Vide quoque ſupra, 1614. 14. Jan. 1877

1614. 29. Aug. —— Poteſt Epiſcopus procedere contra Hieroſolymitanos, ſi accedant ad Monaſteria Monialium contra formam Decreti, ut reſolvit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Parmen.* & antea 1878

in una

in una d. Religionis 1605. 18. *Febr.* ac etiam *in Neapolitana* 1599. 12. *Jul. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Hierosolymitani, *num.* 5. ubi *num.* 6. affert alia Decreta de eorum punitione, *in Genuen.* 1582. 14. *Aug. ac in Consentina* 1640. 21. *Jul.*

1614. 10. Sept. —— Abbates utcunque benedicti, licèt benedicere non possint ea, in quibus Sacra Unctio requiritur, Si tamen muniti fuerint specialibus Sedis Apostolicæ Privilegiis, munus prædictæ Benedictionis quoad ea, in quibus requiritur Unctio prædicta, impendere poterunt, ut declaravit *Congregat. Concilii ad favorem Cassinensium, apud* Tamburin. *de Jure Abb. tom.* 1. *disput.* 23. *quæsito* 1. *numer.* 5. & referunt etiam Barbosa *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 67. & iterum *in Sum. Apostolic. Decis. Collect.* 1. *num.* 12. ac Murga *in Disquis. moral. tom.* 1. *tract.* 2. *disquis.* 9. *num.* 2. *pag. mihi* 128. nec non Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 260. *qua incipit* Illustrissime, *ac etiam Constit.* 275. 1879

1614. 27. Oct. —— Cadavera Scholarium, Clericorum, & Convictorum decedentium in Collegiis Congregationis Somaschæ Diœcesis Amerinensis, & Gallii Comensis, & Burgi Lugani Comensis Diœcesis, nec non Oppidi Trivultii Mediolanensis Diœcesis, ac in Seminariis Ravennatensi, & Patriarchali Venetiarum, nec non Accademiis Terræ Salodii Brixiensis Diœcesis, & S. Spiritus propè & extra Portam Cumanam Mediolanensis, ac S. Majoli Papiensis possint sepeliri in eorum Regularium Ecclesiis absque Parochorum interventu, sine tamen quorumcunque Parochialium Jurium præjudicio, & antequam Sepulturæ tradantur prædicta Cadavera, certiores fiant Parochi. *Paulus V. cujus litteras confirmavit Alexander VII. anno* 1667. 12. *Mar. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 175. *qua incipit* Dudum, *ubi etiam* idem conceditur Collegio Seminarii Ducalis S. Antonii Venetiarum, S. Bartholomæi Brixiensis, S. Leonardi Bergomensis, S. MARIÆ Laudensis, S. Angeli Custodis Taurinensis, & S. 1880

& S. MARIÆ Angelorum Fossanensis Civitatum, nec non S. Georgii Oppidi Novarum Derthonensis, & S. Bartholomæi Oppidi Merati Mediolanensis Diœcesis.

1614. 5. Dec. —— Ex præscriptione aut consuetudine vel privilegio possunt Prælati inferiores Episcopo quærere facultatem cognoscendi de Causis Matrimonialibus & Criminalibus, Concilium enim Tridentinum *sess.* 24. *de reform. cap.* 20. non sustulit consuetudinem in qua sunt inferiores Prælati, si sit immemorialis, ut dixit *Rota in Theatina Jurisdictionis coram* Coccino, *apud* Barbos. *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 84. *sub num.* 5. 1881

1614. 12. Dec. —— Conservatoriæ Regularium non sunt sublatæ per Decretum Concilii Tridentini *cap.* 20. *sess.* 24. *de reform* etiam quod causæ graves sint, & plenariam cognitionem requirant, ut dixit *Rota in Oscen. Jurisdictionis coram* Ubaldo sen. *apud* Barbos. *in Concil. sess.* 24. *cap.* 20. *num.* 9. 1882

1615. 14. Febr. —— Fratres S. Francisci de Observantia non præcedunt Fratribus Tertii Ordinis, si isti in Loco Controversiæ prius Monasterium & locum obtinuerunt, ut declaravit *Congregat. Rit. apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 25. *quæsito* 8. *num.* 10. *pag. mihi* 395. ubi *etiam quod* ideo Fratres Jesuati ob eandem rationem præcedunt Fratribus Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci, ut resolvit *ead. Congregat. anno* 1616. 15. *Jul.* 1883

1615. 21. Febr. —— In Congregatione Clericorum Regularium S. Pauli Decollati Novitii ad Habitum & Professionem cum consensu & voto illius Congregationis Præpositi Generalis & quatuor Assistentium recipi & admitti liberè & licitè ac validè possint & valeant, servata in reliquis forma Constitutionum Sixti Quinti, de quibus supra 1587. 26. Nov. & 1588. 21. Octobris, prout concedit & indulget *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 83. *quæ incipit* Aliàs. 1884

1615. 5. Mar. —— Officium Secretarii Capituli generalis 1885

neralis Congregationis S. Bernardi de Hiſpania Ordinis Ciſtercienſis per triennium duret, & vacet in ſubſequenti futuro generali Capitulo cui Secretarius ipſe ad reddendam adminiſtrationis officii ſui rationem intervenire debeat, ibique (ſicut alii Capitulares) vocem activam & paſſivam habeat, interſitque etiam Capitulis intermediis Diffinitorum ubi ſimiliter officio Secretarii fungatur: & tam in Capitulis hujuſmodi quàm extra illa gaudeat Capitularium exemptione, locumque poſt Abbates & Diffinitores ac Viſitatores teneat: Quod ſi ejus officium quovis modo vacare contigerit, Abbas Generalis & Diffinitores alium in Secretarium hujuſmodi (votis tamen ſecretis) eligere valeant: Hoc autem Decretum à dicta Congregatione emanatum (ita tamen ut in Capitulo & Congregationibus Secretarius ipſe ſuffragium habere non poſſit, niſi aliàs eſſet vocalis) approbat & confirmat *Paulus V. in Conſtit. qua incipit* Ut ea, quæ, *apud* Henriquez *de Privil eg. hujus Ordin. Privileg. 66. pag. mihi* 388.

1615. 11. Mar. —— Monacho & cuivis Regulari Papa Penſionem aſſignare poteſt, ex adductis per Gigan. *de Penſ. quæſt.* 15. *per tot.* & cum Equite Hieroſolymitano expreſſa ſibi ejus conditione, eo ipſo quod reſervat, diſpenſare cenſetur, Jaſon. *in l. Barbarius, num.* 14. *ff. de offic. Prator.* Pariſ. *conſ.* 44. *nu.* 15. *& ſeq. lib.* 4. Sylvan. *de Benefic. par.* 3. *qu.* 18. *num.* 27. & in punto Gambara *de offic. leg. lib.* 6. *num.* 259. ut dixit *Rota in Aſten. Penſionis coram* Coccino Decano, *deciſ. recent. par.* 2. *deciſ.* 656. *num.* 7. & refert etiam Farinac. *deciſ. tom.* 4. *deciſ.* 656. *pag. mihi* 127. 1886

1615. 14. Mar. —— Qui ſatisfecit in Paſchate in Parochiali, non tamen poteſt in ipſo die Paſchatis Euchariſtiam ſumere in Eccleſia Regularium Curam Animarum non habentium, prout declaravit *Congregat. Concil. apud* Gavant. *in Manuali Epiſcopor. verb.* Euchariſtia, *numer.* 23. *& refert etiam* Lantuſca *in Theatro Regular. verb. itid.* Euchariſtia, *ſub num.* 5. 1887

20. Mar.

1615. 20. Mar. —— Abbas non præsumitur habere Jura Episcopalia, nisi probetur & ostendatur Privilegium Apostolicum, quia solus Papa talia Jura concedere potest, Abb. *in cap. cùm contingat, num. 18. de foro compet.* post Jo: Andr. *in cap. cùm Episcopus, de offic. Ordin. in 6.* ut dixit *Rota in Calagurritana Jurisdictionis de Nagera coram* Ubaldo, *decis. recent. par. 3. decis. 655. num. 5.* 1887

1615. 20. Mar. —— In virtute sanctæ obedientiæ & sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrenda præcipitur, ne ullus Ordinis S. Augustini Reformatorum seu Discalceatorum Congregationis Hispaniarum Professor, tam in Hispaniarum Regnis quàm in partibus Indiarum existens, in aliqua alia Provincia aut Congregatione S. Augustini aut cujusvis alterius Religionis (præterquàm Carthusianorum) absque Papæ & Sedis Apostolicæ aut Superintendentis licentia recipiatur: & si receptus fuerit, statim prædictis Reformatis seu Discalceatis restituatur. *Paulus V. in Constitut. quæ incipit* Pastoralis officii, *apud* Flavium Cherubin. *in Compend. Bullar. tom. 3. pag. mihi 36.* ¶ Vide supra 1604. 25. Sept. 1889

1615. 2. Apr. —— In Civitate Padebornensi in Ædibus Collegii nuper erecti erigitur & sine alicujus præjudicio instituitur Universitas Studii Generalis, in qua Religiosi Societatis JESU publicè profiteantur Theologiam, nec non Philosophiam, tam Scholasticam quàm Positivam & Naturalem ac Moralem, Linguas quoque Latinam & Græcam ac Hebræam, ac alias ingenuas Artes, ac doceant quoscunque Juvenes ad instar aliarum Universitatum Studiorum Generalium tam in Transalpinis Provinciis & Regnis quàm aliàs ubilibet erectarum: Ipsa Universitas sic erecta & instituta perpetuò supponitur regimini dictæ Societatis JESU, cujus Præposito Generali pro tempore existenti facultas conceditur Statuta honesta condendi & reformandi, ac Officiales & Ministros deputandi: Dictum Collegium 1890

legium omnibus exornatur Privilegiis, quibus similes Universitates fruuntur: Rectori hujus Universitatis conceditur promotio Studentium ad gradus, & promotis Privilegia in aliis hujusmodi Studiis concessa elargitur *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 84. *qua incipit* In supereminenti.

1615. 3. Apr. —— Monasterio defertur hæreditas spectans ad Monachum ipso jure & absque facto & aditione ipsius Monachi, secundùm communem opinionem Canonistarum, de qua per Innoc. Abb. Butr. & alios *in cap. in præsentia*, ubi Felin. *num.* 58. *de probat.* & licèt contrarium sentiant Legistæ, videlicèt quod respiciatur factum Monachi, quemadmodum ad acquirendam hæreditatem Domino requiritur aditio Servi, cui delata est hæreditas, *l.* 1. §. *per servum*, *ff. de succeff. edict.* & ita sentiunt Legistæ *in l.* 1. *ff. de vulgari*, *& pupill. & in l.* 3. ubi Castren. *num.* 4. *C. de hæred. instit.* opinio tamen Canonistarum est amplectenda tanquam magis communis & favorabilis Religioni, ut post alios plures testatur Steph. Grat. *discept. forens. cap.* 363. *numer.* 20. *par.* 2. ut ait *Rota in Bononien. de Guidalottis coram* Cavalerio, *decis. recent. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 171. *numer.* 1. *&* 2. 1891

1615. 4. Maii, —— Si legatur Prædium pro Monasterio construendo, fructus percepti antequam construatur Monasterium, Monasterio debentur, DD. quamplures allegati à Card. Mant. *de Conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 10. *vers. & ex hoc deducitur*, & ex eo dixit *Rota in Romana Fideicommissi de S. Petro coram* Decano, *decis. recent. par.* 2. *decis.* 682. *num.* 3. 1892

1615. 15. Maii. —— Regulæ, quod non possit quis cogi rem propriam vendere, juxta text. *in l. nec emere*, *C. de jur. deliber. l. invitum*, *C. de contrah. empt.* datur limitatio, quod non procedat favore Religionis & Ecclesiæ, quæ possunt ad illarum constructionem seu ampliationem officio Judicis cogere, ut vicinæ Domus sibi vendantur, juxta text. *in l.* 1893

in l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. funer. & ibi Florian. *num.* 1. *& in l.* 3. §. *locus, eod. tit.* & Bald. *in l.* 1. *num.* 19. *ff. sol. matrim.* ubi Angar. *num.* 2. Jas. *in l.* 2. *num.* 4. *ff. sol. matrim.* Gomez. *in l.* 46. *Tauri, num.* 9. ut autem vicinus compelli possit ad vendendam suam Domum Monasterio ædificando seu ampliando, tria requiruntur, nempè necessitas Monasterii, contiguitas Domus, & quod ex tali venditione non magnum præjudicium vicino vendere compellendo subsequatur, ut dixit *Rota in Januen. Domorum coram* Manzanedo, *decis.* 428. *pag. mihi* 175. & habetur etiam *decis. recent. par.* 1. *decis.* 676. *num.* 1. *&* 2. ¶ Vide supra, 1612. 26. Jan.

1615. 18. Maii. —— Presbyteri, qui ad curam Populi per Monachos in eorum Ecclesiis præsentantur Episcopis & instituuntur ab ipsis, cùm debeant esse perpetui, consuetudine vel Statuto quovis contrario non obstante, ab eisdem nequeunt Ecclesiis nisi per Episcopos ex causa rationabili amoveri, text. *in cap. unic. de Capell. Monach. in* 6. ut dixit *Rota in Fanen. Parochialis coram* Cavalerio, *decis. recent. par.* 3. *decis.* 669. *numer.* 5. ubi etiam *dictum fuit*, nisi collatio & provisio spectaret ad Abbatem. 1894

1615. 22. Maii. —— Regulares extra Clàustra decedentes, non debent solvere jus Sepulturæ, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Puteolana, apud* Barbos. *de potest. Parochi, cap.* 26. *num.* 68. *citatum* à Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Regularium Jura sub Episcopis, *in additione, num.* 11. & referunt etiam Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. in brevi tract. de sepultura, dub.* 9. & Murga *in tract. de Benefic. Eccles. quæst.* 2. *sect.* 2. *num.* 703. *pagin. mihi* 237. ac Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 305. 1895

1615. 25. Maii. —— Metus illatus in emissione Professionis non censetur purgatus per Ordinum susceptionem & alios actus, si durabat eadem causa metus, Calder. *conf.* 1. *numer.* 3. *in tit. quod met. caus.* Bart. *in l.* 2. *num.* 7. *C. eod. tit.* Rolan. *conf.* 2. *num.* 1896

93. *lib.*

93. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 23. *num.* 41. *lib.* 1. Menoch. *præſumpt.* 4. *num.* 22. *& ſeq. lib.* 3. metus enim ſemel illatus, ſemper durare præſumitur, niſi per actus contrarios ſublatus doceatur, Bart. *in d. l. num.* 10. *quod met. cauſ.* Alex. *conſ.* 98. *num.* 8. *lib.* 3. Dec. *in l. in omnibus cauſis* 39. *num.* 14. & ibi Cagnol. *numer.* 14. *ff. de reg. jur.* Monachorum verò teſtimonium in Cauſa Profeſſionis alterius Monachi propter intereſſe Monaſterii eſt ſuſpectum, Seraph. *deciſ.* 1177. *num.* 7. Profeſſio igitur ab initio nulla ex cauſa metus, non cenſetur ratificata per actus liberos, ubi non ceſſavit cauſa metus: Profeſſus denique pro invalidanda Profeſſione debet etiam ultra quinquennium audiri, dummodo intra dictum tempus reclamaverit, ut dixit *Rota in Toletana Profeſſionis coram* Ubaldo, *deciſ. recent. par.* 2. *deciſ.* 705. *numer.* 1. *& ſeqq.* & refert etiam Bordon. *de Profeſſ. Regular. in fine Operis*, *deciſ.* 3. ac Farinac. *deciſ. tom.* 4. *deciſ.* 705.

1615. 4. Jun. —— Poteſt Epiſcopus compellere etiam ſub Cenſuris omnes Religioſos Mendicantes & Monachos, ut accedant ad publicas & generales Proceſſiones, ut declaravit *Congregat. Rituum in Toletana*, & antea *in Chilenſi Indiar.* 1610. 15. *Maii*, ac etiam *in Ferrarien.* 1609. 27. *Jul. apud* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *allegat.* 78. *num.* 25. 1897

1615. 5. Jun. —— Si Cadaver deferatur ad Eccleſiam Monialium Regularibus ſubjectarum, Parochus Officium faciat uſque ad Portam Eccleſiæ, & non ultra, prout *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Obſervantium*, *apud* Murga *in Tract. de Benefic. Eccleſ. quæſt.* 2. *ſect.* 3. *num.* 714. *pag. mihi* 240. & refert etiam Nicol. *in Floſcul. verb.* Sepultura, *n.* 5. 1898

1615. 6. Jun. —— In omnibus & ſingulis Monaſteriis Monialium Regni Portugalliæ is tantùm numerus ab Archiepiſcopis & Epiſcopis præfigatur & conſervetur, qui juxta Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 3. ex redditibus propriis eorundem Monaſteriorum vel ex conſuetis eleemoſynis 1899

nis congruè possit sustentari & juxta dictorum Monasteriorum capacitatem nec non Cellarum quantitatem commodè ibi commorare valeant: In his tamen, quæ Regularibus subjecta sunt, Regulares Superiores numeri præfixioni assistant, ut supra numerum hujusmodi nulla deinceps admittatur Monialis absque expressa licentia Sedis Apostolicæ aut Sacræ *Congregat. Episcopor. & Regular.* prout statuit *Paulus V. apud* Tamburin. *de Jure Abbatissar. disput. 5. quæsito 1. num. 4. pag. mihi 18.* & refert etiam Murga *disquis. moral. tom. 2. disquis. 6. dub. 23. num. 11. pag.* 335.

1615. 13. Jun. —— Observantes possunt de anno in annum recipere fructus alicujus Prædii, non tamen in eleemosynam perpetuam: multò minus accipere & tenere vel colere ipsum Prædium, nisi de licentia Papæ vel Sacræ *Congregat. Episcopor. & Regular. in Mantuana, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Observantes, *num. 9. ubi etiam quod* Fratres Mendicantes Ordinis Minorum de Observantia sunt incapaces annui redditus legati, cùm inter immobilia reputetur, ut declaravit *ead. Congregat.* juxta *Clem. Exivi, §. cumque annui reditus, de verb. sign.* 1900

1615. 3. Jul. —— Parochus Regularis, qui exercet Curam Animarum in Ecclesiis Regularium, non debet in sublevamen Curæ sibi commissæ accersere Sacerdotes Sæculares, quando non desuat Regulares ab Ordinario approbati: & ad hujusmodi Parochum & non ad Regulares pertinet Dominicis & Festivis diebus Confessiones audire, Matrimonia & Excommunicationes publicare, Pauperes & egenos Piorum eleemosynis commendare, Quarta funeralis & similia: Benedictio verò Cinerum & eorum distributio pertinet ad Regulares & non ad Parochum, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Firmana, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Parochus, *num. 8. & verb.* Benedictio, *num. 1.* 1901

1615. 8. Jul. —— Commissario Generali Ordinis Fratrum Minorum Reformatorum S. Francisci de Ob- 1902

Observantia, absente Ministro seu Vicario Generali dicti Ordinis, plena & libera conceditur facultas regendi & gubernandi in spiritualibus & temporalibus universos Ordinis ejusdem Fratres Reformatos cum eadem jurisdictione Ministro seu Vicario Generali totius Ordinis S. Francisci de Observantia competente: Mandatur propterea Custodibus & aliis Superioribus ac Fratribus universis Reformatis prædictis, ut eidem Commissario Generali debitum honorem & reverentiam exhibeant ac obedientiam præstent, alioquin sententiam sive pœnam quam dictus Commissarius ritè tulerit seu statuerit in rebelles, ratam habebit Papa & faciet usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari: Non tamen possit idem Commissarius immutare aut aliquo modo alterare quæ in favorem eorumdem Fratrum Reformatorum disposita fuerunt in Litteris Clementis Septimi supra positis & editis anno 1532. 16. Novembris, sed illa observari facere teneatur, prout vult *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit. quæ incipit* Cupientes, *statim post Constit.* 31. ¶ Vide supra, 1607. 4. Febr.

1615. 10. Aug. —— Sacristia Choro contigua alicujus Monasterii Religiosorum comprehensa est sub Clausura, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Barbos. *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 5. *num.* 115. ex Aldan. *in Compend. canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 12. 1903

1615. 31. Aug. —— Parochus, si sit in quasi possessione faciendi Officium super Defunctos suæ Parochiæ in quacunque Ecclesia Civitatis sive Regularium sive Sæcularium sive Abbatialium, manutenendus est, ut manuteneri decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Ravennaten. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par.* 1. *tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 300. 1904

1615. 15. Sept. —— Episcopus visitans Monasteria Monialium Regularibus subjectarum potest uti opera exemplarium aliquot Sacerdotum etiam Regularium, 1905

rium, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Vercellen. ad 6. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 39. num. 4. vers. X. amplia*, & iterum *in Floscul. verb.* Visitatio Ordinaria, *vers. Amplia XI.* ubi quoque ait, quod etiam Superiores Regularium, quibus Moniales subsunt, possunt quæ opportuna fuerint decernere circa Clausuram ipsarum, ita ut jurisdictio hac in re sit cumulativa, ut respondit *ead. Congregat. in Regien. ad 1.*

1615. 12. Nov. —— Non possunt Regulares in Canone nominare Superiores suos ut Antistites, ut decrevit *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom. 1. par. 2. tit. 8. litt. N. in fine, ubi quod* nominantes suum Generalem pro Episcopo Loci, peccant mortaliter, ex Diana *tract. 14. de celebr. Miss. resol. 40* & quoad peccatum mortale idem habet Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Missæ Sacrificio, *pag. mihi* 45. ex Congregat. Concil. *in una Hispaniarum in responsione ad Nuncium Apostolicum.* 1615

1615. 20. Nov. —— Archiepiscopis & Episcopis ac aliis locorum Ordinariis, ad quos jus approbandi Confessarios spectat, Confessarios Regulares aliàs ab ipsis liberè approbatos, ab audiendis Confessionibus suspendere posthac minimè liceat, nisi ex nova causa, eaque ad Confessiones ipsas pertinente, aut ob non servatum Interdictum ab ipsis Ordinariis positum: sicuti etiam iidem Archiepiscopi & alii ut supra, Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessariis nullo pacto adimere possint, inconsulta Sacra *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 478. quæ incipit* Cùm Sacræ, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. circa Constit. 2. Sixti IV. num. 45. pag. mihi 22.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disp. 6. quæsito 12. nu. 7. pag. 75.* ac Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract. 4. quæst. 15. nu. 4.* nec non Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Confessarius, *sub n. 11.* ac Nov. *Comm. 55. n. 24. pag. 88.* 1615

11. Dec.

1615. 11. Dec. — Tertiarii Fratrum Reformatorum Ordinis Minoris Observantiæ S. Francisci, si Viri sunt & collegialiter aut claustraliter vivant, Mulieres verò Virginalem aut Cœlibem aut castam Vidualem sub expresso Voto & Tertiariorum Habitu vitam ducant, possunt & debent etiam invito ac minimè requisito Parocho in suæ Religionis Ecclesiis sepeliri: secus verò si qualitatibus in Bulla Leonis Decimi præscriptis careant ac nisi subsequentis capituli dispositione comprehendantur. Si conditiones verò in Bulla Aurea Sixti Quarti contentas adimpleverint, videlicet, quod à Guardiano Domus Loci, in quo tales Tertiarios decedere contigerit, aut ab alio Superiore vel ab altero cui id Superior committendum duxerit, Habitum receperint, ac prædicti Guardianus vel alius Superior Habitum hujusmodi recipientes præmonuerit, eorum Cadavera propter Habitus concessionem & receptionem penes ipsos Fratres, quorum Habitum gestant, esse sepelienda, eo casu cum Habitu Religionis decedentes, in Ecclesiis pariter ejusdem Religionis sunt tradendi Ecclesiasticæ Sepulturæ: Etiam illi, qui coram Testibus dumtaxat (licèt absque scriptura) in eisdem Ecclesiis sibi elegerunt Sepulturam, ibidem sepeliendi sunt, sine præjudicio tamen Jurium Parochialium: Tam supradictorum quàm aliorum quorumcunque Cadavera in alterius Parochia existentia & in Ecclesiis eorumdem Fratrum sepelienda, ad prædictorum Fratrum Ecclesias recto tramite deferri possunt, sed ab ejdem Fratribus monendus est prius & requirendus ac expectandus proprius Defunctorum Parochus, quo requisito expresse venire recusante, liceat iisdem Fratribus (etiam ipso invito) supradicta Cadavera ad easdem Ecclesias transportare, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 4. numer. 53. pag. mihi* 333. & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput. 34. quæsito 3. num. 2. pag.* 201. 1908

1616. 11. Jan. —— Exempti ab Ordinariorum jurisdictione, nequeunt ab ipsis Ordinariis vel eorum Ministris excommunicari, ut dixit *Rota in Toletana Jurisdictionis coram* Buratto, *apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, decis.* 118. 1915

1616. 12. Jan. —— Non permittat Episcopus deputari à Civitatibus aliquos, qui comitentur Visitatores Monialium Regularibus etiam subjectarum, prout decrevit *Congregat. Concil. apud* Tambur. *de Jure Abbatiss. disput. 24. quæsito 9. num. 3. pag. mihi* 150. 1916

1616. 15. Jan. —— Archiepiscopi & Episcopi ac alii Ordinarii inferiores tam Sæculares quàm Regulares, Monialium Monasteria in Regnis Hispaniarum habentes, absque Sedis Apostolicæ auctoritate Monialibus è Monasterii septibus egrediendi licentiam nullatenus concedant, minusque easdem de uno ad aliud Monasterium (tribus casibus in Bulla Pii Quinti superiùs posita & edita anno 1569. 1. Febr. exceptis) transferant, prout resolvit *Congregat. Episcopor & Regular. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 5. num. 16. pag. mihi* 129. 1917 1618

1616. 22. Jan. —— Visitare non potest Episcopus Altaria & Cappellas in Regularium Ecclesiis etiam per Sæcularium Confraternitates constructa, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Terracinen.* & antea *in Papien.* 1615. 21. *Aug. apud* Barbos. *in Concil. sess. 7. cap. 8. de reform. num. 5.* 1919

1616. 22. Jan. —— Possunt Regulares audire Confessiones Ægrotorum in eorum Domibus sine licentia Parochi, quem tamen monere debent de Confessione audita, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Regularium Jura sub Episcopis, *in additione, num 3. & decisum refert in Senogallien.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 6. quæsito 12. num. 10. pag. 76.* 1920

1616. 22. Jan. —— Nuncius Neapolitanus habet jurisdictionem, primò per consuetudinem introductam, postea confirmatam per Breve Pauli Quinti, 1921

eo-

cognoscendi differentias civiles quæ moventur à Sæcularibus contra Regulares in toto Regno, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Nuncius, *num.* 16.

1616. 29. Jan. —— In parvis Conventibus, qui penitus extingui & supprimi omninò non possunt, non debent collocari nisi Religiosi senes & bonæ vitæ ac ad annum tantùm, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Syracusana*, & antea *in Aversana* 1594. 4. *Julii*: Ecclesia verò Monasterio unita, in qua nulla reperitur Monachorum residentia, in supradicta suppressione non comprehenditur, prout respondit *ead. Congregat. in Nolana Olivetanorum, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Conventus, *num.* 18. & 19. *ubi etiam quod* Conventus Missionum, licèt parvi, non supprimuntur, ut censuit *ead. Congregat. anno* 1628. 1915

1616. 29. Jan. —— Omnia Congregationis Monachorum Cœlestinorum de Ordine S. Benedicti Monasteria, quorum redditus & proventus ad congruam duodecim Monachorum (computatis tam Professis quàm Oblatis & Famulis, ex quibus saltem sex Sacerdotes esse debeant) sustentationem sufficiunt, ab uno ex prædictis Monachis regatur sub titulo Abbatis: Alia verò Monasteria, ex quorum redditibus sex dumtaxat ali possunt, per Priores gubernentur, excepto tamen Monasterio S. Spiritus de Majella, quod primum omnium Monasteriorum dictæ Congregationis fuisse asseritur, & idcirco ab Abbate possit gubernari, dummodo non minus quàm decem Monachi in eo alantur: Priores autem, Abbatibus decedentibus, Monasteriis majoribus præficiantur per gradum: Omnes Abbates & Priores supradicti gaudeant omnibus Privilegiis, quibus gaudent alii Abbates & Priores ejusdem Congregationis, sine tamen præjudicio Jurium Abbati Generali & aliis qui Abbatis Generalis munere functi fuerunt competentium: Cœtera Monasteria seu Domus & Membra Congregationis præfatæ, præ- 1916

dictis Monasteriis majoribus unita & annexa sint, & in eis unus dumtaxat Monachus Sacerdos quadraginta annorum major cum uno Converso seu Oblato collocetur: Si verò fortè contigerit, ut aliquod Monasterium seu Domus ex minoribus ad formam Monasterii majoris redigatur (ita ut duodecim vel saltem sex Monachi ali possint) tunc cum Capituli generalis consensu & Protectoris licentia restituatur sub Abbatis vel Prioris titulo respectivè. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 94. qua incipit* Ad Sacram, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 11. quæsito 11. num. 2. pag. mihi* 217.

1616. 20. Febr. —— Non licet Ordinariis locorum Monasteria Regularium eo prætextu visitare & corrigere quòd illorum Superiores admoniti intra sex menses illa non visitaverint vel correxerint, nisi eadem Monasteria vel sub Commenda existant ex Decreto *cap. 8. sess. 21.* vel suorum Ordinum Capitibus non subsint, ac sese in Congregationem reducere neglexerint juxta *cap. 8. sess. 25. de Regular.* ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 24. num. 3. pag. mihi* 165. & refert etiam Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 39. num. 4. vers.* IV. amplia, *ubi etiam quod* potest Ordinarius visitare Oratoria, in quibus Missæ celebrantur, modò sint extra Claustra, ut respondit *ead. Congregat. in Perusina, & Novarien.* 1911

1616. 15. Mar. —— Religiosi Ordinis Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum ad alium quemcunque etiam Mendicantium Ordinem se non transferant, nisi petita à Superioribus licentia, & cognita ac approbata prius à Sacra Congregatione transitus causa, & inventis benevolis receptoribus in Religione ad quam transire intendunt, nec non servata (ubi opus fuerit) Sixti Quinti Constitutione, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Murga *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. Constitut. 6. subsect. 2. num. 131. pag. 81.* & refert etiam 1911

Tam-

Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *disput.* 7. *quæsito* 2. *num.* 8. *pag.* 139.

1616. 11. Apr. —— Congregationem Clericorum Sæcularium Doctrinæ Christianæ in Civitate Avenionensi canonicè institutæ unit Congregationi Clericorum Regularium de Somascha aliàs S. Majoli Papiensis, & octo Capitula inter easdem Congregationes inita cum aliquibus tamen limitationibus & modificationibus confirmat *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 96. *quæ incipit* Ex injuncto, *& habetur etiam in Libro Privilegior. d. Relig. pag. mihi* 142. 1919

1616. 18. Apr. —— Quamvis adscripti Societati JESU post quàm emiserunt tria Vota simplicia, verè & propriè sint Religiosi, ut definivit Gregorius Decimustertius (*anno* 1582. 1. *Febr.* & 1584. 25. *Maii*) & tradunt quamplures, nihilominus secundùm Statuta dictæ Religionis auctoritate Apostolica confirmata, ante solemnem Professionem possunt retinère Beneficia quæ ante ingressum habebant: appellatione autem Beneficii in hac materia larga & favorabili venit Pensio, Abb. *in c. ad audientiam, il* 2. *in* 1. *not.* & ibi Felin. *in princ. de præscript.* Gig. *de Pens. qu.* 28. *num.* 1. & 18. & idem *qu.* 57. *nu.* 5. *in fin. & seq.* ubi propterea concludit, quod sicut per Professionem vacat Beneficium, ita etiam extinguitur pensio: ergo à pari procedunt vacare Beneficium & extingui Pensionem, quando è contra non vacat Beneficium per emissionem trium simplicium Votorum, nec dici poterit extingui Pensio, quia quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in oppositio, *l. & si contra, ff. de vulg. l. ult. §. fin. ff. de legat.* 3. ut dixit *Rota in Nullius seu Caputaquen. Pensionis coram* Andrea, *decis. recent. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 246. *num.* 2. 1920

1616. 18. Apr. —— Dictis Religiosis Societatis JESU in prædicta utraque Constitutione conceditur, ut qui emiserunt dicta tria Vota simplicia, possint retinere jus & dominium Bonorum suorum, ad ef- 1921

fectum ea distribuendi in pios usus: appellatio autem Bonorum latissimè patet ut etiam comprehendat Pensiones, saltem ubi viget eadem ratio: hæc autem emissio trium Votorum simplicium (quicquid sit quoad ipsos emittentes, qui quantum in eis est, remanent perpetuò obligati) non fit irrevocabiliter quoad ipsam Societatem, cujus Superior Generalis potest eos semper dimittere cum causa, etiam absque illorum culpa: unde ut majorem Societas haberet libertatem illos (si opus esset) cum minori offensione dimittendi, sapienter fuit provisum, ut eis liceret retinere Bona sua & Beneficia, ne postea dimissi, eis privati remanerent, ut in Constitutionibus dictæ Societatis & in d. Constitutione Gregorii Decimitertii *edita anno* 1584. 25. *Maii*: & ideo Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 8. *num.* 34. *in fin.* Silvest. *in verb. Religio, il* 2. *num.* 8. Eman. Roder. *qq. Regular. tom.* 1. *qu.* 37. *art.* 1. *vers.* 3. *nota* tenent, quod Beneficiatus interim facit fructus suos, quia potest ad sæculum reverti: quæ ratio militat etiam in Pensione, ut ait *Rota in d. Nullius seu Caputaquen. coram* eod. *ibid. num.* 3. & 4.

1616. 18. Apr. —— Licèt alii Regulares, qui non sunt Societatis JESU, possint de licentia Prælati liberè administrationem temporalem & usum quorumdam Bonorum, non tamen possunt habere dominium & proprietatem, *cap. cùm ad Monasterium, in fin. de stat. Monach. cap. non dicatis*, Calder. *cons.* 2. *in princ. vers. & ratio, de Regular.* & ideo *in cap.* 2. *de stat. Monach.* Butr. *numer.* 10. Abb. *numer.* 4. & communiter DD. notant, quod Abbas non potest dispensare cum Monacho, ut teneat peculium ut proprium, sed quoad administrationem; & idem in Pensione tradunt Panormit. *in cap. nisi essent, num.* 12. *de Præben.* & in specie in hoc differunt isti Regulares Societatis ab aliis Regularibus, quod isti qui emiserunt tria Vota, possunt ad tempus arbitrio Superioris retinere dominium Bonorum, sed sine usu & administratione, cæteri verò possunt tenere administrationem

nem & usum, non tamen dominium, tradit Eman. Roder. citatus à *Rota in d. Nullius seu Caputaquen. coram* eod. *ibid. num.* 10.

1616. 19. Apr. —— Una omnium & singulorum Monasteriorum ac aliorum Regularium Locorum de Ordine Cistercienſi in Regnis Aragoniæ & Valentiæ ac Majoricarum & in Principatu Cathalauniæ existentium Congregatio (per unum Vicarium Generalem dignitate tamen Abbatiali insignitum, ac per tres Diffinitores unum ex Aragonia & alium ex Valentia ac tertium ex Cathalaunia, necnon per duos Visitatores *Patres Regiminis* nuncupandos, Abbates vel non Abbates, ex dictis Monasteriis in Capitulo Provinciali quolibet quadriennio eligendos regenda) erigitur & instituitur: Cùm Monasteria dictæ novæ Congregationis vacare contigerit, nonnisi per Abbates quadriennales ab ejusdem Congregationis Vicario Generali & Diffinitoribus tantùm nominandos & Capitulariter eligendos regi & gubernari debeant: Nullo unquàm tempore, etiam sub specie majoris Reformationis, hæc Congregatio ab obedientia Generali suo debita discedere præsumat, aut aliquod ex illius Monasteriis ab eadem Congregatione se tentet segregare, minusque audeat Castellæ sive Portugalliæ Congregationibus se jnngere: Commissarius à Capitulo generali pro tempore deputatus, Abbas vel non Abbas, cujuscunque Nationis (dummodo dictum Ordinem expressè professus sit) in visitandis hujusce Congregationis Monasteriis, ad deputationes & privationes Prælatorum causa cognità procedere valeat. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 95. quæ incipit* Pastoralis officii, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 5. numer. 262. pag. mihi* 409. ex Henriquez *de Privileg. Cisterc. pag. sibi* 448. ita & mihi, Privileg. unic. erectionis. 1923

1616. 19. Apr. —— Monachi dictæ Congregationis Cistercienſis ab illius Superioribus circa res graves 192

pos-

possint ad Generalem appellare : Contributiones à generali Capitulo taxandas, per dictam Congregationem solvantur & ab ejus Vicario transmittantur ei qui à Generali commissionem habuerit eas recipiendi: Quotiescunque hujusmodi Congregationis Monasteria aliquis Commissarius à dicto generali Capitulo deputandus visitaverit, Monasteriorum ejusdem novæ Congregationis sumptibus id fiat : Si ipsa Congregatio Abbatem unum non miserit ad Capitulum generale quoties celebrabitur, pœnam triplicatæ contributionis Monasteriis impositæ ipso facto incurrat: Vicariis & Diffinitoribus ac Visitatoribus & Secretario ac Abbatibus noviter electis in Capitulo Provinciali juramentum fidelitatis Ordini præstare cessantibus, electiones sint nullæ: Si ad hanc Congregationem Monasteria Regni Navarræ cum suis Abbatibus perpetuis tractu temporis unirentur, suum quartum Diffinitorem post Regnum Valentiæ habeant, & Vicarius Generalis aliique Officiales eligi possint etiam ex Monasteriis Navarræ hujusmodi, sine tamen præjudicio Jurispatronatus Regii: Dicti Vicarius Generalis & Diffinitores ac Visitatores in Capitulo Provinciali celebrando de quadriennio in quadriennium valeant quæcunque Statuta licita & honesta condere, in generali tamen Capitulo Cistercienſi examinanda & approbanda. *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*.

1616. 13. Maii. —— Ea, quæ generalibus Studiis legantur, piis legatis æquiparantur, de quibus quartam non deberi, sacri Canones manifestè disponunt, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Gerunden. apud* Nicol. *in Flosculis verb.* Legatum, *numer.* 2. ubi *num.* 3. *ait*, *quod* legata pro Sacristia & Infirmaria converti non debent in alium usum, ut rescripsit *ead. Congregat. in una Dominicanonum* 1600. 18. Dec. 1615

1616. 25. Jun. —— In casibus, in quibus Ordinario competit jurisdictio in exemptos etiam Regulares, competit etiam Prælato Nullius, exceptis iis quæ 1916

Or-

Ordinis Episcopalis existunt, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Nullius, *num. 7. ubi num. 8. ait, quod* Episcopus vicinior potest visitare Loca Nullius, sed non ibi ministrare Sacramentum Confirmationis absque consensu Prælati, qui potest ad id quem maluerit Episcopum advocare, vel etiam ipse (si sit consecratus Episcopus) conferre, ut respondit *ead Congregat. in Pacten.*

1616. 6. Jul. —— Constitutio Sixti Quarti (de qua *in cap. 2. de Reliq. & Vener. Sanctor.* inter Extravag. com.) damnans cujuscunque Ordinis Prædicatores, qui asserunt hæreticum esse aut mortale peccatum credere vel tenere Beatam MARIAM Virginem in sua Conceptione à peccati originalis macula præservatam fuisse vel non fuisse, confirmatur una cum pœna Excommunicationis ipso facto incurrenda & ibi contenta, reservata Papæ absolutione: Approbatur quoque & innovatur alia Constitutio Pii Quinti (de qua supra, 1570. 30. Nov.) ad hanc rem edita cum pœnis ibidem contentis: præter quas pœnas, si quis contravenerit, etiam concionandi, publicè legendi seu docendi & interpretandi facultate, ac voce activa & passiva in quibuscunque electionibus eo ipso privatus existat, nec non ad concionandum & publicè legendum seu docendum & interpretandum perpetuæ inhabilitatis pœnas similiter eo ipso incurrat, reservata Papæ absolutione seu dispensatione, aliisque pœnis subjaceat Romani Pontificis arbitrio infligendis: Contra hujusmodi Transgressores etiam Regulares cujusvis Ordinis & Instituti etiam quomodolibet exemptos procedant & inquirant atque in eos severè animadvertant tam Episcopi & Prælati ac Superiores & alii locorum Ordinarii quàm hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 97. quæ incipit* Regis pacifici, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 53. pag. mihi 162.* ¶ Hæc 1927

Con-

Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra 1633. 14. Apr. ¶ Vide etiam infra, 1617. 31. Aug. & 1622. 24. Maii.

1616. 30. Jul. —— Decreta aliàs facta ad favorem tam Canonicorum Regularium Lateranensium quàm Monachorum Casinensium & Olivetanorum, quod scilicèt non teneantur accedere ad Processiones Rogationum & ad alias Processiones, ad quas juxta eorum Privilegia non tenentur, servanda esse & ita servari mandat *Congregat. Rit. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 307. quæ incipit* Procurator, *& iterum Constit. 309. edita anno 1634. 17. Sept.* 1918

1616. 24. Aug. —— Regulares publicantes Indulgentias sine participatione Ordinariorum, vel excedentes modum in illis publicandis, puniuntur ab Ordinario, prout resolvit *Congregatio S. Officii*, & antea 10. *Maii ejusdem Anni* 1616. *apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Cananic. Jacobi Pignatelli, par. 1. tit.* de Indulgentiis, *pag. mihi* 567. 1919

1616. 26. Aug. —— Regulares vocati ad Funera, conveniant ad Ecclesiam Parochialem, & inde cum Parocho ad Domum Defuncti: Si autem Cadaver est repositum in aliqua Ecclesia, ut inde transferatur aliò, se conferant Regulares vocati ad eandem Ecclesiam, ubi est Cadaver, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Senogallien. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 302. *& referunt etiam* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Regularium Jura sub Episcopis, *ac etiam* Barbosa *de potest. Parochi, par. 3. cap. 26. numer. 65.* nec non Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. in brevi tract. de Sepultura, dub. 39.* 1930

1616. 27. Aug. —— Omnes & singuli Monachi Congregationis Cœlestinorum de Ordine S. Benedicti, qui pro Præfaturis seu Dignitatibus dictæ Congregationis assequendis ad Personas de gremio ejusdem Religionis non existentes recurrerint, aliisque minus honestis viis obtinere quæsiverint, illorumque com- 1931

complices & fautores, vinculo Excommunicationis latæ ſententiæ (reſervata Papæ abſolutione) innodantur, ad quoſcunque gradus & honores in ipſa Congregatione obtinendos perpetuò ſunt inhabiles, ac obtentis Prælaturis ſeu Dignitatibus privantur eo ipſo, & ſic privati carent voce tam activa quàm paſſiva: In virtute quoque ſanctæ obedientiæ ac ſub Excommunicationis etiam latæ ſententiæ pœna præcipitur omnibus dictæ Congregationis Monachis & Superioribus ac Prælatis etiam Abbati Generali, ne quemquam ullo tempore ad inſtantiam dictarum Perſonarum extra dictum gremium exiſtentium ad cujuſvis generis gradus & honores præfatæ Congregationis promovere audeant ſeu præſumant. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 98. quæ incipit* Quoniam, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. diſput. 10. quæſito 1. num. 10.* ac meminit Lezana *in Sum. Quæſt. Regular. cap. 10. num. 17. pag. mihi 53.*

1616. 7. Nov. —— Profeſſio Religionis ſolùm per vim & metum emiſſa, nulla eſt, juxta text. *in cap. 1. & cap. perlatum, de his quæ vi, &c. cap. eos, in fin. 30. qu. 3.* Navarr. *conſ. 5. num. 2. eod. tit.* ubi enim adeſt metus, deficiunt conſenſus & libera voluntas, quæ tamen ſunt de ſubſtantia Profeſſionis, ut in puncto Pariſ. *conſ. 65 num. 13. vol. 4.* & ſicut Matrimonium metu factum non valet, ita nec Profeſſio quæ illi æquiparatur & eſt quoddam Matrimonium ſpirituale, Gloſs. & DD. *in cap. Abbas, de his quæ met. cauſ.* Rebuff. *conſ. 69. num. 9. in fin.* Pariſ. *d. conſ. 65. num. 11. in fine*, & ex eis dixit *Rota in Tullen. nullitatis Profeſſionis coram* Buratto, *deciſ. recent. par. 3. deciſ. 779. num. 10.* 1932

1616. 7. Nov. —— Admittere Novitios ad Profeſſionem, illiſque juramentum perpetuæ obedientiæ deferre, ſpectat ad Abbatem & Superiorem Monaſterii, DD. *in cap. porrectum*, ubi Abb. *in 5. notab. & infra, num. 11. & ſeqq. & in cap. ad Apoſtolicum, num. 4. de regul.* Præpoſ. *in cap. rurſus, ſub numer. 15.* 1933

poſt

post med. & num. 16. ac seqq. qui Cler. vel vovent, ut dixit *Rota in Legionen. Confirmationis Electionis coram* Pamphilio, *decis. recent. par. 4. tom. 1. decis. 329. num. 3.* ubi *num. 4. dictum fuit, quod* obedientia, quæ Abbati promittitur, est de substantia Regulæ, Abb. *in cap. cùm ad Monasterium, num. 7. de stat. Monach.* Calder. *cons. 1. post med. vers. item objerat d. consuetudo, de stat. Regular.* 161

1616. 22. Nov. —— Prohiberi non debet, ne in aliquibus Festis Rustici ducant sua jumenta lignis onusta, Regularibus in eleemosynam tradendis, prout declaravit & resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Silvestrinorum, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Eleemosyna, *num. 21.* 1935

1616. 22. Nov. —— Potest licitè ac justè recusari Visitator Regularis missus à Generali, quando nimirùm constat iniquè se gerere Generalem aut velle se gerere contra bonam famam & opinionem alicujus Religiosi, *cap. siquidem contra Clericum, de for. compet. & cap. 2. requiris*, & etiam *cap. cum speciali, de appellat.* & ideo si aliquis Prior, seu alius Superior Localis recusavit hujusmodi Visitatorem ut suspectum, si Visitator (dum eliguntur Arbitri) procedat ad aliquem actum, attentat, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Augustinianorum*, partim *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi 278.* & partim etiam *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 4. tit. 13. num. 10. pag. 275.* 1935 161

1616. 3. Dec. —— Formare Processus super Miraculorum verificatione & approbatione, & examinare Testes, non spectat ad Prælatum inferiorem habentem Jurisdictionem quasi Episcopalem in Loco, in quo Miracula operantur, sed ad Episcopum in cujus Diœcesi Locus ipse situs est, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Rit. in Praten. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verbo* Miracula, *sub num. 1. pag. mihi 329.* 1936

1616. 6. Dec. —— Regulares, qui ex Indulto Apostoli- 1937

stolico facultatem habent instituendi Societates in eorum Ecclesiis, non possunt illas erigere seu instituere cum usu Saccorum absque Ordinarii loci licentia, prout declaravit & respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Chien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 11. num. 4.*

1938 1616. 20. Dec. —— Non possunt Sacerdotes Regulares audire Confessiones Sacramentales Mulierum Tertii Ordinis quæ de Pœnitentia dicuntur, nisi ab Ordinario approbati fuerint ad Confessiones Sæcularium audiendas; neque possunt illas communicare in Paschate: Quoad Sepulturam autem & alia Privilegia, Fratres Tertiarii & similes ita demùm Ordinis, cujus Tertiæ Regulæ Habitum assumpserunt, Privilegiis potiantur & ab Ordinarii jurisdictione exempti sint, si Viri collegialiter vivant seu cum Claustralibus habitent, & Mulieres Virginalem seu Cœlibem aut Castam Vidualem expresso Voto & sub dicto Habitu vitam traduxerint: Hoc autem Mulierum Voto non continentur alia duo scilicet Paupertatis & Obedientiæ, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 1. circa Constit. 4. Sixti IV. §. 7. num. 39. pag. mihi* 34. & referunt etiam Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput. 7. quæsito 3. num. 7. pag.* 31. Novar. *Commentar.* 124. *num. 4. pag.* 208. ac Riccius *in Synopsi Decretor. Sacræ Congr. Immumit. verb.* Tertiariæ, *numer. 2.*

1939 1616. 20. Dec. —— Dictæ Mulieres Tertiariæ decedentes sine electione Sepulturæ ita demum in Ecclesiis Ordinum sui Habitus sepeliantur, si communis Sepultura pro ipsis in eis reperiatur, aliàs sepeliantur in Parochialibus: Ad Habitum admittantur a Superioribus Regularibus (exceptis Capuccinis) ad id privilegium habentibus: Ad illum autem non admittantur, nisi spectatæ vitæ fuerint & annorum saltem quadraginta, quæ de proprio habeant ut inde sufficienter vivere possint, & non cum aliis viris quàm cum Consanguineis & Affinibus in primo tantùm

tùm gradu sibi conjunctis cohabitent, & ab Ordinario locì licentia priùs impetrata qui non aliter eam concedat quàm si ei de prædictis qualitatibus diligenti prævio examine constiterit: In Habitu verò deferendo omninò abstineant à Velo supra caput, quod Superjectum vocant, à Pectorali vulgò *Sotogola*, & à Patientia: Supradictis verò Decretis Mulieres Tertii Ordinis, quæ Collegialiter vivunt, non comprehenduntur, quinimmò eas dispositioni Constitutionis Pianæ (de qua supra, 1566. 29. Maii) penitus subjacere expressè declarat *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* eosdem, *ibidem*.

1616. die.. &c. —— Qui in Religione per spatium viginti horarum extra Monasterium sine Habitu permansit, non interrupit annum Novitiatus & Probationis, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Ascan. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *disputat.* 6. *quæsito* 11. *numer.* 18. *pag. mihi* 112. ex Barbosa *de Jure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 41. *numer.* 124.

1617. 7. Jan. —— Decretum supra positum & editum 1601. 9. Januarii, ejusque declaratio de qua supra 1602. 26. Novembris, nec non Censuræ & pœnæ, in eisque contenta omnia confirmantur & innovantur, ab omnibusque Sacerdotibus tam Sæcularibus quàm Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militiarum, Congregationum, aut cujusvis alterius Instituti etiam necessariò exprimendi, quovis nomine nuncupetur, inviolabiliter observentur: Ac insuper præcipitur, ut nulli ex Sacerdotibus prædictis, quibuscunque Privilegiis & indultis ac facultatibus suffulti, ab Excommunicationibus vel à Casibus locorum Ordinariis vel Sedi Apostolicæ reservatis, tam ad forum contentiosum eorundem Ordinariorum deductis vel non deductis (præterquàm in mortis articulo) absolvere audeant vel præsumant sub iisdem Censuris & pœnis eo ipso absque alia declaratione incurrendis, non obstantibus omnibus quæ Clemens VIII. in Decre-

to

to & Declaratione præfatis voluit non obstare. *Congregat. Episcopor. & Regular. de mandato Pauli V. apud* Barbos. *de potest. Episc. par. 3. allegat. 50. num. 287.* & referunt etiam Peyrin. *de Privileg. Regular. circa Constit. 1. Julii II. §. 32. num. 63.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 13. quæsito 13. num. 4. pag. mihi* 150. Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excommunic. num. 139. pag.* 197. ac etiam Murga *disquis. moral. tom. 2. disquis. 1. num.* 190. *pag.* 160. nec non Donat. *in Prax. rer. Regular. tom. 2. par. 1. tract.* 11. *quæst.* 17. *num.* 3.

617. 10. Jan. —— Consensus solius Rectoris sufficit, ut in ejus Ecclesia sæculari possint Regulares celebrare, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Regularium Jura sub Episcopis, *num.* 29. 1942

1617. 10. Jan. —— Procurator vel Syndicus Monialium non debet habere licentiam ingrediendi neque cum aliis Superioribus intrantibus in casibus necessariis, non obstante contraria consuetudine, quæ sublata fuit per Constitutionem Gregorianam supra positam & editam anno 1581. 23. Decembris, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Ariminen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Clausura, *numer.* 20. 1943

1617. 21. Jan. —— Professio emissa non completo Anni curriculo, etiam per duas horas tantùm, non valet, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Hasben. *in Sum. verb.* Professio, *citatum à* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 12. num. 5.* ubi *etiam quod* ideo integrum tempus expectari debet, in quo non datur parvitas materiæ, ex Quilic. *in Confess. manuduct. quæst. 16. art. ult. num. 15.* 1944

1617. 23. Jan. —— Episcopus Abbas, dum confert Canonicatum aut Dignitatem in sua Cathedrali Ecclesia Regulari, non confert tanquam Abbas, sed tanquam Episcopus, ut dixit *Rota in Pampilonen. Thesaurariæ coram* Coccino, *apud* Barbos. *de Canonic. & Dignitatib. cap. 1. num. 15.* ubi *num. 11. ait*, 1945

quod plures hujuſmodi Cathedrales refert Hoſt. *in cap. cauſam quæ, in princ. de judic.* & Abb. *ibid. num.* 8. *verſ.* & dic, quod in Sicilia.

1617. 24. Jan. —— Regulares non vadant Proceſſionaliter ad Portam Clauſuræ Monaſteriorum pro recipiendis Reliquiis vel alio, prout declaravit & reſpondit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Forolivien. apud* Nicol. *in Floſculis, verbo* Porta, *num.* 11.

1617. 25. Jan. —— Fratres Eremitæ Ordinis S. Auguſtini in Congregatione Siciliæ profeſſi obſervent & ſint ſubjecti legibus univerſi Ordinis, cujus etiam Privilegiis omnibus conceſſis & concedendis fruantur, dummodo ſint in uſu & Sacris Canonibus aut Concilii Tridentini Decretis non repugnent: Poſſint nova Loca (non tamen extra Regnum Siciliæ abſque expreſſa Sedis Apoſtolicæ licentia) recipere & fundare, ſervatis tamen Decretis & Conſtitutionibus Apoſtolicis, & de licentia Prioris Generalis & Ordinariorum locorum: Congregatio gubernetur per Vicarium Generalem in Capitulo Congregationis ab iiſdem Fratribus eligendum, qui nullius Superioris Regularis juriſdictioni ſubjaceat, ſed tantùm Priori Generali ſit immediatè ſubjectus: Dictus Vicarius electus habeat eandem auctoritatem & juriſdictionem, quam habent ſinguli Provinciales in ſua Provincia, & canonicè electus debeat abſque repulſa à Priore Generali confirmari, & ſemper eligatur unus ex Congregatione qui ejus vitæ aſperitatem profiteatur: Prior Generalis facultatem, quam habet Congregatio eligendi Vicarium, inviolatam conſervet, neque in Capitulo Generali aliquid innovetur quod ad ſubſtantiam dictæ facultatis pertineat, niſi prius conſulta Sede Apoſtolica, ad quam Fratres (ubi ſe gravatos ſenſerint) recurſum habere poterunt. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 99. quæ incipit* Exponi.

1617. 25. Jan. —— Horis, quibus dicti Fratres Eremitæ S. Auguſtini vacant ab exercitiis ſpiritualibus, corporalibus exercitiis incumbant, intra tamen Mo-

na-

nasterii septa & prout decet Viros Religiosos pro vitæ sustentatione : Quæ sunt arte elaborata vendantur ab aliquo Converso seu Laico cui Prior injunxerit, & pretium in commune redigatur : Nullus Frater Congregationis possit ad alias Congregationes ejusdem Ordinis transire sine licentia Prioris Generalis, & in Congregatione nullus Frater Ordinis recipiatur qui eandem vitæ asperitatem profiteri nolit, per Capitulum Congregationis approbandus : Prior Generalis pro tempore existens Congregationem & ejus Conventus per se vel per aliam Personam visitare possit : Fratres Congregationis præter dies ab Ecclesia ordinatos jejunent quarta & sexta feria, exceptis Festis Paschatis & Pentecostes ac Nativitatis Domini & S.P. Augustini atque omnium Sanctorum : Si quis ob aliquam causam jejunare non poterit, à carnibus & ovis ac lacticiniis abstineat, nisi Superiori Conventus de consilio Medicorum aliter videatur : Loca Eremitoria, in quibus Fratres habitant, sint ad minus per unum milliare distantia à Civitatibus aut Oppodis vel aliis Locis habitatis : In Vestibus tam intraneis quàm extraneis servetur omnimoda uniformitas, ita tamen ut semper fiant ex vilioribus quæ reperiuntur in Locis ubi fuerint Monasteria : Prior Generalis sive Visitator ab eo missus, præter victum quotidianum, nihil ultra petere vel recipere possit, exceptis tarenis duodecim pro sua collecta : Unionem denique dictæ Congregationis Siciliæ à Thadæo Perusino Vicario Generali Ordinis anno 1581. 1. Aprilis eidem Ordini factam approbat & confirmat *Paulus V. apud* eundem, *ibidem*.

1617. 31. Jan. —— Parochus deducet funus usque ad Ecclesiam Regularium, in qua Regulares Officium circa Cadaver peragent, nisi contraria adsit consuetudo, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verbo* Exequiæ, *numer.* 26. 1949

617. 13. Febr. —— Professio tacita resultans ex de- 1950

latione Habitus & permanſione in Monaſterio, tollitur per contrarias præſumptiones & multò magis per expreſſam animi declarationem, Innoc. & alii communiter *in cap.* 1. *de eo, quod met. cauſ.* Barbat. *conſ.* 59. *col.* 2. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 18. *num.* 5. *& ſeqq. lib.* 3. Suar. *de Regular. tit.* 3. *qu.* 17. *art.* 15. *in princip.* & ex eis dixit *Rota in Meten. Profeſſionis coram* Ubaldo, *deciſ. recent. par.* 4. *tom.* 1. *deciſ.* 397. *num.* 1. ubi *num.* 3. *dictum fuit, quod* metus cenſetur purgatus per delationem Habitus & perſeverantiam in Monaſterio poſt mortem illius, cujus metu ſuſceperat Habitum, *cap.* 1. *verſ. qui verò, de Regular. lib.* 6. & refert etiam Bordon. *de Profeſſ. Regular. in fine Operis, deciſ.* 12.

1617. 13. Febr. —— Quotquot Congregationem Fratrum S. Joannis de Deo Italiæ nuncupatam ingredi voluerint, anno Probationis expleto ac aliàs juxta Sacrorum Canonum & Decretorum Concilii Tridentini præſcriptum, tria Vota ſubſtantialia Obedientiæ & Caſtitatis ac Paupertatis & præterea quartum de juvandis Infirmis in ſuorum Superiorum manibus ſolemniter emittere vel à Congregatione prædicta eiici debeant: Hujuſmodi autem Perſonæ, quæ elapſo Probationis anno, quatuor Vota prædicta ſolemniter emiſerint, verè ac propriè Religioſi ac proprii & veri Regulares ſint ac pro talibus habeantur & recipiantur, & illa vera & propria ſub Regula S. Auguſtini Religio ſit ac inter reliquas Eccleſiæ Catholicæ Religiones ſine cujuſque præjudicio connumeretur, & ea ac ejus tam in Italia quàm ſub juriſdictione Fratris Majoris prædictæ Congregationis in Germania & Gallia ac Polonia erecta & erigenda Hoſpitalia, quæ ſub eadem Congregatione Italiæ comprehenduntur, juriſdictioni Ordinariorum perpetuò ſubeſſe debeant, ſalva tamen illius apud Sedem Apoſtolicam Protectoris juxta illius facultates ac Fratris Majoris pro tempore exiſtentium auctoritate. Conſiliariorum de cætero in Capitulo generali eligendorum officium ad ſexennium duret,

quo

quo finito ad idem officium nemo possit iterum eligi vel in eo confirmari, nisi alterum sexennium intercedat, salvis aliàs & illæsis remanentibus Litteris supra positis & editis 1596. 9. Sept. & 1609. 1. Julii. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit.* 100. *quæ incipit* Romanus.

1617. 13. Febr. —— Cùm ad canonicam Abbatum electionem celebrandam necessarium sit, ut convocentur omnes eligendi jus habentes, *cap. coram, cap. bonæ mem. il 2. cap. quod sicut*, & ibi Gloss. *verb. vocatus, de elect.* arg. *ex cap. quia propter, eod. tit.* si quis ex ipsis Electoribus contemptus fuerit, pro electionis irritatione etiam post secutam confirmationem instare poterit, & ad ejus instantiam electio erit cassanda, *ex d. cap. quod sicut*, & ibi Panormit. *& communiter Doct.* dici autem debet contemptus etiam qui fuit vocatus & non admissus: Ad hoc autem ut dicatur canonica Abbatum electio, attendenda est major pars suffragiorum, nec dicitur major pars nisi excedat medietatem, ex Gloss. *in cap. unic. in verb. assensu, vers. scire debes, ne Sed. vac. lib. 6.* ut dixit *Rota in Hispalen. Canonicatus coram* Buratto, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 5. quæsito 3. num. 1. & 5.* ac etiam *quæsito 6. num. 26.* ubi *num. 27. ait quod* pars autem major non est censenda ea tantùm, quæ major dicitur respectu minoris, sed respectu & in ordine ad totum Capitulum. 1952

1617. 20. Febr. —— Præpositura Regularis si caret conventu, non dicitur Dignitas, Ferrett. *conf. 365. num. 11. lib. 1.* Federic. de Sen. *conf. 132. num. 2.* & ex eis dixit *Rota in Vicen. Parochialis coram* Ubaldo, *decis. recens. par. 4. tom. 1. decis. 395. num. 8.* ubi *num. 9. dictum fuit, quod* Regularia Beneficia dicuntur, quæ reguntur per Regulares, Hojed. *de incompatib. Benefic. 1. par. cap. 24. sub num. 93. vers.* & Regularia. 1953

1617. 21. Febr. —— Licentia ingrediendi Monasteria Monialium Regularibus subjectarum danda est ab Episcopo & Superiore Regularium Monasteriis 1954

Spectat autem ad Episcopum subscribere primo loco: Edicta verò de accessu ad Moniales subscribenda sunt ab Episcopo tantùm, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Monialium Clausura, *in addit. num.* 1. & 4. *ac* 5. & refert etiam Novar. *Commentar.* 38. *num.* 6. *par.* 2. *pag. mihi* 289.

1617. 21. Febr. —— Confessarius Regularis Monialium, ejusque socius (Confessionis ac Sacramentorum administrationis casibus exceptis) easdem Moniales alloqui non possunt absque licentia Sacræ *Congregat. Episcopor. & Regular. in Nolana, apud* Barbos. *in Sum. Apostolicar. Decis. verb.* Confessarius Monialium, *num.* 13. *& referunt etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 9. *form.* 5. *num.* 2. ac Tamburin. *de Jure Abbatissar. disput.* 24. *quæsito* 3. *num.* 5. ubi *etiam quod* hæc specialis prohibitio non afficit Confessarios Sæculares, juxta communem Juris regulam, *Odia restringi oportet.*

1617. 21. Febr. —— Confessarius etiam ex antiqua consuetudine non potest absque Socio Monasteria vel Septa Monialium ingredi ægrotantium Confessionum audiendarum causa, sed debet ei assignari socius qui ipsi assistat, sitque ætatis ultra quinquaginta annorum, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in d. Nolana, apud* Barbos. *in Sum. Apostolicar. Decis. verb.* Confessarius Monialium, *num.* 14. ex Lezana *in Sum. qq. Regular. tom.* 3. *verb.* Clausura, *numer.* 27.

1617. 3. Mar. —— Beneficii status mutatio non censetur probata per confessionem Prælati in præjudicium Ecclesiæ, Caputaq. *decis.* 128. *num.* 3. *par.* 1. Seraph. *decis.* 436. *num.* 6. & ex eis dixit *Rota in Fesulana Prioratus coram* Pamphilio jun. *decis. recent. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 421. *num.* 2. ubi *num.* 5. *dictum quod* Ecclesia potest remanère Regularis, etiam quod in ea Monachi reperti non fuerint, si non actu, saltem habitu, quod sufficit, quia retinet omnia sua Jura & Privilegia, ad not. per Bart. &

alios

alios *in l. ſicut*, §. *fin. ff. quod cujuſque univerſitatis nomin.* Abb. *in cap. gratum*, *nu.* 12. *de poſtul. Prælat.*

1617. 6. Mar. —— Revocatis Litteris (de quibus ſupra, 1614. 14. Jan.) una Congregatio Scholarum Piarum ab uno Præfecto regenda & Paulina Pauperum MATRIS DEI Scholarum Piarum nuncupanda de novo erigitur, quæ nec ultra viginti ab Urbe milliaribus extendi, neque ullum locum ſine Scholis Piis (Domibus Novitiorum exceptis) habere debeat: Qui eidem Congregationi nomen dare voluerint, finitis duobus Probationis annis, omnes tam ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines promoti & Clericali caractère dumtaxat inſigniti, quàm Fratres operarii tria ſimplicia Vota Paupertatis & Caſtitatis ac Obedientiæ (reſervata Papæ diſpenſatione) emittere debeant, & gratis in Pueros in primis elementis, Grammatica, Computo, ac præcipuè in Fidei Catholicæ rudimentis erudiendos ac bonis moribus imbuendos laborem conferre teneantur: Qui ſimplex Paupertatis Votum emiſerint (quandiu in prædicta Congregatione permanſerint) cujuſcunque dominii & juris ac proprietatis ſint incapaces. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 101. quæ incipit* Ad ea, per quæ, *& refert etiam* Flavius Cherubin. filius *in Compend. Bullar. tom. 3. pag. mihi 63.* ¶ Vide infra, 1621. 18. Nov. 1958

1617. 6. Mar. —— Duodecim de dicta Congregatione Scholarum Piarum Clerici, qui Votum Paupertatis emiſerint, arbitrio pro tempore exiſtentis Protectoris, ad omnes etiam Sacros & Presbyteratus Ordines à quocunque maluerint Catholico Antiſtite ad titulum Paupertatis hujuſmodi promoveri valeant, dummodò tamen ad hoc idonei reperti fuerint, neque aliud illis canonicum obſtet impedimentum: ita tamen, quod ſi ex dicta Congregatione exire ſive emitti contigerit, tandiu ſuſpenſi ab executione Ordinum ſuſceptorum remaneant, quandiu in redditibus tantum habuerint quantum ad congruam eorum ſuſtentationem ſufficiat: Hu- 1959

jusmodi denique Congregationi conceditur, ut de consensu pro tempore existentis Protectoris possit pro ejus felici regimine Statuta licita per Apostolicam Sedem approbanda facere & mutare, prout concedit *Paulus V. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1621. 18. Nov.

1617. 7. Mar. —— Licentia alloquendi Moniales 1560
Regularibus subjectas danda est in Diœcesi à Vicario deputando, sed Superior Regularis primo loco subscribat: & idem servetur in licentiis ingrediendi Monasteria, sed si Casus fuerit repentinus, sufficiet alterutrius subscriptio, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Licentia, *num.* 7. *&* 8. *& refert etiam* Barbosa *in Collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de Regularib. cap.* 5. *num.* 113.

1617. 14. Mar. —— Postquàm Episcopus vel ejus 1561
Vicarius exploraverit Virginis voluntatem, vel deputatus ab eis, qui scripto ad Episcopum vel Vicarium testari debet quidquid invenerit in examine; si nullum obstet canonicum impedimentum, Episcopus vel Vicarius à Consanguineis Puellæ reale depositum pecuniæ numeratæ pro dote, scilicèt illius instrumentum videbit, & fidejussionem accipiet pro aliis rebus Monasterio dari solitis, ac Capitulum pro acceptatione fieri mandabit: Quod si Monasterium fuerit subjectum Regularibus, Episcopus vel Vicarius solùm testificabitur de explorata Virginis voluntate, ac unà cum Superiore videbit instrumentum depositi realis dotis, ac fidejussorem (ut supra) recipiet, & reliqua soli Superiori expedienda relinquet, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 22.

1617. 18. Mar. —— Abbates tam Cassinenses quàm 1562
Olivetani vel alterius Ordinis ubique terrarum existentes, quando solemniter in propriis eorum Ecclesiis celebrant, contenti sint & esse debeant sua propria & convenienti Sede, quæ locata sit & esse debeat

debeat in cornu Evangelii in plano Presbyterii cum duobus tantùm gradibus panno coopertis, & sine ullo suppedaneo aut suggestu lapideo vel ligneo, ac sine Baldachino desuper, sed cum Postergali tantùm ex aliquo panno vel serico levi sine auro & cum colore solemnitati celebrandæ conveniente: nec dicti Abbates solemniter celebraturi habeant duos Monachos assistentes, sed contenti sint & esse debeant Subdiacono & Diacono qui in Missa cantaturi erunt Epistolam & Evangelium, & uno Monacho sive Capellano cum Pluviali qui assistat ad Librum, nec alios Ministros habeant præter prædictos, nisi aliquos Monachos seu Clericos & Ministros cum Cocta qui Abbatibus prædictis solemniter celebrantibus de Mitra & Baculo & aliis necessariis ministrent & Altari inserviant: super quo Altari sex tantùm & non septem Candelabra cum totidem Candelis & sua Cruce locentur, nec Abacus alius præterquàm parva Mensa in cornu Epistolæ paretur, super qua duo possint locari Candelabra & Mitra ac Calix atque Missale & Thuribulum cum Navicula ac alia necessaria pro actu celebrationis, & dicti Abbates sub Mitra utantur parvo Biretto nigro & non alterius coloris, ut decrevit *Congregat. Rit. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 277. *quæ incipit* Cùm Illustrissimus. ¶ Vide tamen infra 1618. 12. Mar. ac 1659. 27. Sept.

1617. 14. Apr. —— Licèt Papa soleat providere 1963
Consistorialiter Monasteria Virorum excedentia valorem ducentorum florenorum communi æstimatione, ut habetur *in Reg.* 2. *Cancellar.* attamen si sine Consistorio provideat, valet provisio, Put. *decis.* 490. *in nov. lib.* 2. *ubi quod* Regula de Annali habet locum in Monasterio Consistoriali, si de eo non fuerit Consistorialiter provisum; & idem de Regula de Infirmis dicit Sarnen. *in reg. de valor. quæst.* 14. *num.* 6. *vers. ista tamen*: Ut autem Monasterium censeatur Consistoriale, sufficit quod sit solitum conferri in titulum perpetui Beneficii, aliis concurrenti-

rentibus, etiam si non sit solitum commendari, ut dixit *Rota in Palentina Abbatiæ de Benevivere coram* Coccino Decano, *decis. recent. par. 3. decis. 791. num. 2.* (ubi Decretum Sacræ Congregationis rerum Consistorialium emanatum 1591. 9. Jun.) *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, decis. 15.*

1617. 15. Apr. —— Constitutiones & Statuta in Capitulo generali Congregationis S. Joannis de Deo Italiæ edita approbantur & confirmantur, dummodo sint in usu & Sacris Canonibus ac Concilii Tridentini & Pontificiis Constitutionibus ac Regularibus dictæ Congregationis Institutis non adversentur, nec revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint: Illis denique Constitutionibus & Statutis inviolabilis firmitatis robur adiicit ac omnes & singulos tam juris quàm facti defectus supplet, dictasque Constitutiones in eadem Congregatione perpetuò observari mandat *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constitut. 103. quæ incipit* Ea, quæ. 1961

1617. 27. Apr. —— Privilegium concessum Militiæ & Hospitali, non suffragatur Hospitali subsistenti sine Militia, nec à Militia dependenti, ut dixit *Rota in Corduben. Decimarum, coram* Manzanedo, *decis. recent. par. 4. tom. 1. decis. 469.* 1962

1617. 8. Maii. —— Privilegium concessum Abbatibus benedictis (de quo supra, 1596. 2. Aug.) exercendi Pontificalia & Pontificaliter celebrandi in eorum propriis Ecclesiis, non potest ab Episcopo extendi ad Abbates non benedictos & extra proprias Ecclesias, ut declaravit *Congregat. Rit. apud* Murga *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. post Constit. 12. num. 10. pag. mihi 333.* 1963

1617. 10. Maii. —— Quamvis Societas JESU sit mendicans & Votum Paupertatis emittat, Gabr. *cons. 28. vol. 1.* Mandos. *de privil. ad instar, qu. 10. gloss. 1. num. 18. in fine*, Molin. *de just. & jur. tract. 2. disput. 139. col. 2. vers. tam professi*, Menoch. *cons.* 1964

1014. *nu.*

1014. *num.* 42. & inter alios Mendicantium Ordines connumerata, potest tamen capere legatum etiam stabilium, non ad possidendum sed ad vendendum, quia istud non infringit mendicitatem nec Votum Paupertatis, ad Gloss. vulgar. *in cap.* 1. *in verb. domum, de Religios. Domib.* quam sequuntur communiter Scribentes *in l. Julianus*, §. *constat, de leg.* 2. *& in cap. filius, de testam.* & ex eis dixit *Rota in Romana legati coram* Buratto, *decis. recent. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 477. *num.* 1. *&* 2.

1617. 10. Maii. —— Religiosi Mendicantes, aliqui sunt ex Regula & aliqui ex propriis Constitutionibus Mendicantes: Ex Regula non sunt capaces legati stabilium nec ad retinendum nec ad vendendum: Mendicantes autem ex Constitutionibus sunt capaces legati ad vendendum licèt non ad retinendum, Clar. *in* §. *testamentum, qu.* 29. Capr. *cons.* 24. *num.* 12. *&* 13. Gabr. *concluf.* 1. *num.* 33. Societas autem JESU inter Mendicantes connumeratur non ex Regulis aliorum Mendicantium sub quibus non militat, sed ex propria fundatione & Constitutione Fundatoris *par.* 6. *cap.* 2. ubi agitur de illius paupertate, & præsertim *num.* 5. *littera E.* ubi Fundator statuit, quod stabilia recipiat & vendat, ut dixit *Rota in d. Romana coram* eod. *ibid. num.* 4. 1968

1617. 19. Maii. —— Monachi si non quæstuent, præcedunt Mendicantes, ut declaravit & respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Silvestrinorum, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Præcedentia, *nu.* 11. 1969

1617. 22. Maii. —— Licèt Religiosi non teneantur solvere Decimas de Novalibus suis, Horto, & Animalibus, per text. *in cap. ex parte, il* 1. *de Decim.* hoc tamen procedit in his tantùm quæ deserviunt pro usu Monasterii, ut expressè declarat ibi Abb. *num.* 8. Jo: de Anan. *numer.* 2. Anchar. *num.* 2. Rebuff. *de Decim. qu.* 14. *circa fin.* & in Animalibus quæ ipsimet Religiosi nutriunt suis sumptibus, non autem in illis quæ dant aliis nutrienda & tenenda, *Clem.* 1. ubi Gloss. *verb. animalibus, & verb. tenenda,* 1970

nenda, de Decim. Abb. *in d. cap. ex parte, in fine,* & ibi Anchar. *num. 2. verſ. iſtud etiam,* Boich. *num. 2. verſ. quod intellige,* Butr. *in 3. notab.* Rebuff. *ut ſupra, num. 57.* ubi dicit, quod ſi dentur aliis tenenda & cuſtodienda, requiritur quod veſperi reducantur ad Monaſterium, & ita tenet *Rota in Corduben. Decimarum coram* Manzanedo, *deciſ. recent. par. 4. tom. 1. deciſ. 493. num. 1.*

1617. 3. Jun. —— Juxta Conſtitutionem Gregorii XIII. (de qua ſupra 1583. 15. Julii) Præcedentia danda eſt Ordini, qui prius in Loco Monaſterium habuit, & non tantùm illi Monaſterio (ita ut in illo Loco per fundationem primi Monaſterii acquiratur anterioritas ejuſdem) ſed etiam cuilibet alii poſterius fundato ejuſdem Ordinis: Idem quoque ſervandum quando Præcedentia competit ex quaſi poſſeſſione & jure præcedendi in terminis dictæ Conſtitutionis: & quando concurrant ad Proceſſiones tam publicas quàm privatas, omnes ejuſdem Ordinis Fratres uniti, & non diviſim debet procedere, ita ut poſt Crucem, Fratres ſtrictioris Obſervantiæ ſive Diſcalceati ſeu Recollecti vel Reformati uniti immediatè incedant, & poſt illos, Fratres de Obſervantia dicti, ſi juxta Regularia Ordinis Statuta vel ex quaſi poſſeſſione & jure præcedendi præcedentiam habeant, alioquin in Præcedentia ſervetur etiam inter ejuſdem Ordinis Fratres anterioritas fundationis Monaſterii cujuſcunque: Neque Monaſtria alterius Ordinis debent vel poſſunt impedire frui dicto jure præcedendi, neque ordinem incedendi pervertere, & ita declaravit & ſervari mandavit *Congregatio Rit. apud* Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Præcedentia, *ſub numer. 11. pag. mihi 414.* 1971

1617. 9. Jun. —— Regulares in Dominica Reſurrectionis Euchariſtiam Sæcularibus adminiſtrantes, incurrunt in Excommunicationem Papæ reſervatam *in Clem. 1. de Privileg.* prout declaravit *Congregat. Concil. in Aretina,* & antea *in ead.* 1616. 1. *Jul. apud* Nicol. 1972

Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. num. 2. pag. mihi 161.*

1617. 17. Jun. —— Si Regularis in Religione incapaci, nulla facta dispositione Bonorum, validam Professionem emiserit, Bona ipsa fuerunt acquisita venientibus ab intestato, ac proinde nec successioni secundæ Religionis capacis, ad quam fuit translatus, est amplius locus, nec Bonorum renunciationi, ut resolvit *Congregat. Concil. apud* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. Constit. 6. sect. 3. subsect. 5. num. 196. pag. mihi 91.* & referunt etiam Barbosa *in Concil. sess. 25. de Regular. & Monial. cap. 3. nu. 5.* ac Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 7. quæsito 6. num. 7. pag. 145.* 1973

1617. 18. Jun. —— Cùm ex jure communi electiones Abbatum à suis Superioribus sint confirmandæ, *cap. qualiter, extra de elect.* & hujusmodi confirmatio plenum jus tribuat confirmato, ut possit omnia, quæ sunt jurisdictionis, exercère, *cap. transmissam, & cap. nosti, de elect.* non solùm electus non debet ante hujusmodi confirmationem se administrationi ingerere, ne privetur omni jure per electionem acquisito, *cap. avaritiæ, eod. tit. in 6.* sed neque postulatus potest administrationem suscipere ante postulationem admissam, *cap. bonæ mem. il 1. de elect.* imo præsentatus, ante admissam præsentationem administrans, omni jure privatur: at licèt text. *in d. cap. avaritiæ* sit canon latæ, non autem ferendæ sententiæ, Gloss. ibi *verb. privatos*, nihilominus ut pœnæ in eo indictæ sit locus, est necessaria declaratio Judicis super facto, ut dixit *Rota in Beneventana Vicariæ coram* Sacrato, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 6. quæsito 1. num. 6. & 16.* 1974

1617. 2. Jul. —— Generalis potest suos Subditos à se vel suis prædecessoribus vel aliis quibuscunque Superioribus ad Confessiones audiendas approbatos, eosdem ab eisdem Confessionibus audiendis suspendere etiam ex causa occulta & extrajudicialiter, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una* 1975

Thea-

Theatinorum, *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 5. *tit.* 38. *de pœnit. & remiss. num.* 9. *in fine*, *pag. mihi* 162. & refert etiam Barbosa *in Concil. sess.* 23. *de reform. cap.* 15. *num.* 45.

1617. 7. Jul. —— In vim Decreti superius positi & editi anno 1593. 16. Maii, possunt Regularium Superiores aliquibus peccatis in prædicto Decreto non contentis Excommunicationem adnectere, ejusque absolurionem sibi reservare absque Capituli Generalis vel Provincialis consensu, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 278. *qua incipit* Cùm à nonnullis, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 5. *pag. mihi* 373. ac Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Absolutio, *numer.* 17. nec non Potest. *in Exam. Confessar. tom.* 1. *par.* 4. *cap.* 5. *num.* 3602. *pag.* 390. 976

1617. 11. Aug. —— Tempore Pestis concedi debet omnibus Religiosis facultas Sacramenta administrandi, prout resolvit & respondit Sacra *Congregatio Episcoporum & Regularium in Atrebaten. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Pestis, *num.* 1. 977

1617. 31. Aug. —— Omnibus & singulis cujusvis Ordinis & Instituti Regularibus & aliis quibuscunque Personis præcipitur, ut in posterum (donec articulus à Sede Apostolica fuerit diffinitus, vel aliter fuerit ordinatum) non audeant in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus, & aliis quibuscunque actibus publicis asserere, quod Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali: Contrafacientes subjacère debeant Censuris & pœnis ipso facto incurrendis & contentis in Constitutionibus, de quibus supra 1570. 30. Nov. & 1616. 6. Julii: Per hujusmodi tamen provisionem non reprobatur altera opinio nec ei ullum prorius præjudicium infertur, sed ea relinquitur in eisdem statu & terminis in quibus de præsenti reperitur, præterquàm quoad supra disposita: Ulterius sub eisdem Censuris & pœnis mandatur, quod negati- 978

eisdem

vam opinionem, videlicèt quod non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modò agant seu tractent: Insuper præcipitur, ut extra hos casus expressos publicorum actuum, in reliquis omnibus supradictæ Constitutiones firmæ & illæsæ remaneant ac exactè observentur, perinde ac si præsens Decretum non emanasset, pro cujus observatione decernitur, quod contra hujusmodi transgressores etiam Regulares cujusvis Ordinis & Instituti etiam quomodolibet exemptos tam Episcopi & Prælati ac Superiores & alii locorum Ordinarii quàm hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant & in eos severè animadvertant, ut decrevit *Congregat. Inquisit. coram Paulo V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 105. quæ incipit* Sanctissimus, & *refert etiam* Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract. 6. quæst. 44. num. 6.* ¶ Vide infra, 1622. 24. Maii.

1617. 1. Sept. —— Episcopus non potest promulgare Excommunicationem contra alloquentes Monialem Regularibus subjectam sine ipsorum licentia, sed alias pœnas potest imponere, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Barbos. *de Jure Ecclesiastico, lib. 1. cap. 44. num. 168.* 1979

1617. 1. Sept. —— Vicarius Fratrum & ideo Conventualis alloquens Moniales absque Apostolicæ Sedis licentia, incidit in pœnas contentas in Decreto generali, de quo supra 1590. 7. Maii, dummodo idem Vicarius in Prioris absentia non obeat munus ejusdem Prioris, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Ripana, apud* Barbos. *in Concil. sess. 25. de Regular. cap. 5. num. 105.* & referunt etiam Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput. 25. quæsito 4. num. 7.* ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 5. num. 30. pag. mihi 52.* 1980

1617. 15. Sept. —— Constitutionem Ordinarii, quod Fratres non possint audire Sæcularium Confessiones in pro- 1981

in propriis Cellis, approbat *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Observantium, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Confessarius, *num.* 24. *ubi num.* 26. *ait, quod* Confessionalia Regularium visitari non possunt ab Ordinario. 161

1617. 23. Sept. —— Monasterium pro Congregatione Monachorum Silvestrinorum de Ordine S. Benedicti erigitur in Civitate Auximana, & approbantur Sanctitas & Miracula S. Silvestri Abbatis qui fuit Fundator ejusdem Congregationis, prout erigit & respectivè approbat *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 106. *quæ incipit* Sanctorum Virorum. 161

1617. 6. Oct. —— Regulares unius Conventus vel Monasterii aut Domus non possunt eligere vel in suum Conservatorem deputare aliquem Priorem seu Guardianum vel quemvis alium quavis Dignitate Regulari fulgentem, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 29. de Conservatoribus, *num.* 11. *vers. Item, pag. mihi* 47. & referunt etiam Barbos. *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 106. *num.* 8. ac Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Conservatoribus Regularium. *pag.* 206. juxta Fagnan. *in cap. sane, il* 2. *de offic. deleg.* ¶ Vide tamen infra, 1619. 2. Mar. 1618

1617. 6. Oct. —— Ad Decimas prædiales solvendas tenentur etiam Regulares & Moniales possessores territoriorum, ex quibus antea solvi consueverant ut Archiepiscopo Salernitano rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floseulis, verbo* Decimæ, *num.* 3. 1618

1617. 6. Oct. —— Si Regulares patientiam & commodum pro celebratione Missarum Sacerdoti sæculari deputato præstare nollent, tunc conceditur oneris translatio ad aliam Ecclesiam, prout indul. sit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Burgi S. Sepulchri*, & antea *in alia Nullius Castri Durantis*, apud Monacel. *in Formul. leg. pract. par.* 1. *tit.* 10. *form.* 19. *n.* 19. 1618

12. Oct.

1617. 12. Oct. —— Fratribus Minoribus Capuccinis Ordinis S. Franciſci conceditur, quod ubique locorum in publicis Proceſſionibus Crucem propriam deferre poſſint & valeant ad formam Conſtitutionis Gregorianæ, de qua ſupra 1583. 15. Julii, & hoc ad ſubmovendam materiam rixarum cum Fratribus Minoribus Conventualibus ejuſdem Ordinis S. Franciſci. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. 107. quæ incipit* Paſtoralis, ¶ Decretum Sacræ Rituum Congregationis editum anno 1631. 2. Auguſti, in quo dicitur quod Regulares in publicis Proceſſionibus non poſſint prohiberi, quin incedant ſub propria Cruce, confirmatur ad preces dictorum Fratrum Capuccinorum de Terra Modogni in Diœceſi Barenſi, & etiam prædictis Capuccinis ſuffragari decernit Urbanus VIII. anno 1631. 30. Aug. *ibid. tom. 5. Conſtit. 165. quæ incipit* Exponi. ¶ Notandum primò, quod Capuccini poſt ſibi conceſſam propriæ Crucis erectionem debent in Proceſſionibus locum cedere Regularibus illis, qui ſub propria Cruce & in proprio loco incedebant, antequàm ipſi Crucem propriam deferrent, prout reſolvit *Congregat. Rit. anno 1619. 23. Mar. apud* Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Proceſſio, *num. 6.* ¶ Notandum ſecundò, quod erectio Crucis Capuccinis conceſſa fuit in illis tantùm Locis in quibus ſub Cruce Minorum Conventualium incedebant, & ideo in Locis in quibus jam ſub propria Cruce ſeu in proprio loco ſub Cruce Cleri in Proceſſionibus ante hujuſmodi conceſſionem incedebant, eundem locum retinère debent, ut decrevit *ead. Congregat. anno 1621. 10. Jul. apud* d. Lantuſca, *ibidem, nu. 7.* & prædicta omnia refert etiam Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. diſput. 25. quæſito 8. num. 9. pag. mihi 395.* ex Barboſa *de Jure Eccleſ. lib. 1. cap. 43. num. 18. & 188.* 198

1617. 17. Nov. —— Conſtitutiones Apoſtolicæ ſervandæ ſunt ab illis Regularibus, qui redeunt ad Monaſteria jam derelicta, ut reſpondit *Congregat.* 1987

Episcopor. & Regular. in Turritana Minorum de Observantia pro reassumptione Conventus, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 19. nu. 13.*

1617. 24. Nov. —— Clerus Sæcularis postquàm Christifidelium Cadavera in Fratrum Religiosorum Ecclesiis sepelienda associaverit, in eisdem Ecclesiis super hujusmodi Cadaveribus Officium Defunctorum cum Stola & Pluviali, Psalmos & Responsoria, aliasque Preces & Orationes recitare aut psallere non potest, sed ab ipsis Fratribus dumtaxat hæc omnia peragenda sunt, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Turritana*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Funeribus, *pag. mihi* 300.

1617. 24. Nov. —— Licèt Episcopis in visitatione Clausuræ Monasteriorum Regularibus subjectorum interrogare Moniales de pertinentibus ad dictam Clausuram, idque etiamsi nunquam aliàs visitatæ fuerint, & idcircò potest Monasterium ingredi, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea anno 1573. 25. *Febr. apud* d. Pascucc. *ibid. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 81.

1617. 24. Nov. —— Non possunt Regulares inferre & introducere Processiones in Ecclesias Monialium etiam sibi subjectarum, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Pisauren. apud* Lantusca *in Theatro Regul. verb.* Clausura Monialium, *num. 6. & refert etiam* Monacel *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 5. form. 7. num. 33.* licèt adesset consuetudo, ut declaravit *ead. Congregat. in una Olivetanorum* 1602. 27. *Mar.* & postea *in alia S. Dominici*, *apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Processio, *num. 19.*

1617. 9. Dec. —— Abbatem & Præpositum Canonicorum Regularium Lateranensium in Processionibus & aliis publicis Functionibus etiam coram Episcopo uti posse Mozzetta seu Bavaro lato declarat *Congregat. Rit. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut. 573. quæ incipit* Instetit.

1617. 16. Dec. —— Decretum Concilii Tridentini, *cap. 19.*

cap. 19. *sess.* 25. *de Regular.* vendicat sibi locum non modò cùm Professus nullitatem suæ Professionis allegat & causas deducit, verùm etiam cùm Superiores ipsi ex se illum eiicere volunt tanquàm invalidè professum, ut censuit *Congregat. Concil. in Neapolitana, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Regularibus, *pag. mi* 281.

1617. 22. Dec. —— Generalibus Ordinum Procuratoribus intimatur Decretum, in quo dicitur, quod Moniales quacunque occasione transferri non possunt amplius de Monasterio ad Monasterium sine speciali licentia Sedis Apostolicæ, neque occasione Prioratus vel alterius Officii, quibuscunque in contrarium non obstantibus, prout de mandato Pauli Quinti resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Monialis, *num.* 19. ex Diana 3. *tr.* 2. *resol.* 99. *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *cap.* 6. *num.* 9. *pag. mihi* 335. ex Castell. *de elect. cap.* 17. *num.* 6. 1993

1617. 30. Dec. —— Regulares non comprehenduntur in generali Decreto de ordine Sanctissimi edito, quo olim præcipiebatur, ut Ultramontanis non conferantur Ordines absque licentia Sanctitatis suæ vel Sacræ *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Barbos. *in Concil. sess.* 23. *cap.* 8. *num.* 34. ex Sel. *cap.* 18. *num.* 30. 1994

1618. 12. Jan. —— Regulares unius Conventus non possunt quærere sub titulo alterius Conventus vel Confraternitatis, nec sub titulo S. Antonii in detrimentum Parochialis vel Hospitalis, nec eleemosynas eo nomine etiam spontè oblatas accipere, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Quæstor, *num.* 7. 1995

1618. 15. Jan. —— Clerici Regulares exempti fuerunt per Paulum Quartum & Gregorium Decimumquartum à solutione Quartæ Funeralis, quatenus illis communicaverint omnia Privilegia aliis Regularibus concessa, quare censentur etiam communicata Privilegia eximentia à dicta solutione 1996

Quartæ, ut dixit *Rota in Licien. Quarta Funeralium coram* Coccino, *apud* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. Constit. 6. sect. 20. §. 11. num. 432. pag. mihi* 134. & referunt etiam Lamburin. *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, decis. 84.* ac Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract. 11. quæst. 5. num. 6.*

1618. 19. Jan. —— Personarum Ecclesiasticarum appellatione non veniunt Monachi, Abb. *in cap. 1. num. 9. vers. sed hoc intellige, de juram. calumn. & in cap. 1. num. 7. vers. Monachi verò, ne Cler. vel Monach.* Franch. *in cap. 2. num. 8. vers. secùs si materia, de suppl. Prælat. neglig. lib. 6.* sicuti Monasterii Bona non veniunt appellatione Bonorum Ecclesiæ, ut per Gloss. *in cap. grandi, in verb. Monasterium*, ubi DD. & præsertim Gemin. *num. 12. post med. vers. aut materia est æqualiter*, Franch. *num. 8. in fine, de suppl. neglig. Prælat. in 6.* dixit *Rota in Bononien. Exemptionis coram* Verospio sen. *decis. recent. par. 4. tom. 1. decis. 604. num. 5.*

1618. 27. Jan. —— Regularis ex dispensatione Apostolica translatus de Religione incapaci Bonorum immobilium ad capacem, recuperat jus succedendi in Bonis sibi tam ex testamento quàm ab intestato post translationem delatis, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. numer. 5. pag. mihi* 108. & iterum *in Floscul. verb.* Transitus, *num. 8. ubi etiam quod* non tamen recuperat fructus Bonorum expresè renunciatorum neque post translationem decurrendos, ut resolvit *ead. Congregat. 1633. 10. Dec.*

1618. 18. Febr. —— Conferendi jus non probatur ex concessione Monasterii cum omni jurisdictione, nisi probato, tempore concessionis Monasterium habuisse hujusmodi jus: Conferendi autem jus non deducitur ex exemptione facta à Papa à Jurisdictione Ordinarii, maximè si facta sit incapacibus Juris hujusmodi, ut dixit *Rota in Neapolitana Juris Conferendi coram* Manzanedo, *decis. 559. num. 1. & 4.*

1618. 6. Mar. —— Omnes Meretrices expelli debent

bent quæ habitant propè Monasteria, nec ex iis aliqua dimitti seu relinqui, ut declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Ternen. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Meretrix, *numer.* 4.

1618. 12. Mar. —— Liceat Abbatibus Cassinensibus solemniter in eorum Ecclesiis celebrantibus uti Baldachino coloris Festivitatibus convenientis juxta eorum antiquissimam consuetudinem, ita tamen ut modestè & cum debita convenientia ac sine pompa & auro atque in tribus ad summum Solemnitatibus quolibet anno utantur, resecatis ac sublatis abusibus & excessibus, si qui in aliquo Monasterio circa id introducti fuerint: & sic in hac parte recedendum esse à Decreto superiùs posito & edito 1617. 18. Martii censuit *Congregat. Rit. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 279. *quæ incipit* Cùm aliàs. ¶ Juxta istud Decretum usum Baldachini Abbati S. Catharinæ de Janua postea concessit eadem Congregatio anno 1620. 27. Junii, & confirmavit anno 1625. 2. Aug. *ibid. Constit.* 284. & 297. ¶ Vide etiam infra, 1628. 29. Jan. & 1659. 27. Sept. 2001

1618. 30. Mar. —— Sacerdos sive Sæcularis sive Regularis propter carnale sacrilegium cum Moniali perpetratum, maximè frequentatum, actualiter degradandus est & ad perpetuas triremes transmitti, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea *in Salernitana* 1583. 12. *Dec. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Sancto Officio Inquisitionis, *pag. mihi* 154. 2002

1618. 31. Mar. —— Canonici Cathedralis vel Collegiatæ semper præcedere debent Regularibus etiam in ipsorum Regularium Ecclesiis, ut declaravit *Congregat. Rit. in Firmana Terræ Victoriæ*, & antea *in Tullen.* 1616. 12. *Mar.* ac Clemens VIII. *anno* 1601. 20. *Febr. apud* Barbos. *in Tract. de Canonic. & Dignitatib. cap.* 18. *numer.* 69. 2003

1618. 4. Maii. —— Confessarii, & Superiores, sive Visitatores Regulares si alloquantur Moniales extra præcisam officii sui necessitatem, incidunt in 2004

pœnas contentas in Decreto supra posito & edito 1590. 7. Maii, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Genuen.* & antea *in Ariminen.* 1596. 21. *Jan. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Accessus ad Monasteria Monialium, *num.* 2. *ubi etiam quod* quicunque Regulares licèt cum licentia, sed sine assistentia Confessoris etiam quia nolit assistere, aut voce tam submissa loquantur ut Confessarius & Auscultatrices assistentes intelligere nequeant quid dicatur, ut censuit *ead. Congregat. in una Capuccinorum* 1627. 27. *Aug.* licèt non alloquantur ad malum finem, ut resolvit *ead. Congregat. in Placentina* 1624. 26. *Jan.* nec possunt rehabilitari per suos Superiores, ut decrevit *ead. Congreg. in Nucerina* 1614. 14. *Dec.*

1618. 5. Maii. —— Sacerdotes tam Sæculares quàm Regulares possunt benedicere Fornaces & similia, non tamen solemniter, ut declaravit *Congregatio Concilii, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Parochus, *numer.* 17.

1618. 7. Maii. —— Episcopi possunt in Locis exemptis etiam Abbatialibus Divina Officia celebrare in Pontificalibus & Populo benedicere, ut dixit *Rota in Nullius seu Urbinaten. Jurisdictionis coram* Buratto, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 15. *num.* 5. ubi *num.* 6. *ait, quod* hoc intelligitur nedum de Benedictione ordinaria, verùm etiam de solemni per illa verba *Sit Nomen Domini benedictum*, ac etiam de Benedictione quam itinerando præstant Archiepiscopi vel Episcopi in sua Provincia vel Diœcesi, quando per signum Crucis Populo benedicunt.

1618. 14. Maii. —— Monachus Patronus cum consensu Conventus & assensu sui Generalis præsentare potest ad Juspatronatus, ex traditis à Lambert. *de Jurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 2. *princ. art.* 11. *numer.* 12. & Seraph. *decis.* 1328. *num.* 1. & ex eis dixit *Rota in Urbinaten. Jurispatronatus coram* Andrea, *decis. recent. par.* 4. *tom.* 1. *decis.* 657. *num.* 5. ¶ Vide infra, 1630. 16. Jan.

25. Maii.

1618. 25. Maii. —— Communicatio Privilegiorum perfectè & absolutè fit, quando id, quod uni corpori vel personæ fuit prius concessum, contingit alteri reconcedi & ita absolutè & perfectè communicari, ut illa Persona, cui facta est communicatio, de se & per se illo uti possit Privilegio independenter & absolutè, ac si ipsi prius propriè & in specie concessum foret, ut dixit *Rota in Bononien. Exemptionis coram* Verospio, *apud* Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. tract. 7. quæst. 1. par. 1. num. 2.* ubi *etiam quod* sic communiter DD. *in l. 1. ff. de legat. 1.* & hoc modo fit sæpè & ferè semper inter Mendicantes Privilegiorum communicatio. 2008

1618. 25. Maii. —— Non est prohibendum alicui Religioni Mendicanti, ne quærendo eleemosynas dicat: *Sit laudatus Jesus Christus*: quamvis alii Mendicantes alterius Religionis ante ipsos usi sint iisdem verbis, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Conventualium, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Eleemosyna, *num.* 20. 2009

1618. 25. Maii. —— Curati Regulares debent refectionem dare aliis Curatis, quando Conferentia Casuum Conscientiæ fit in eorum Cura, sicuti faciunt in suis Curis Curati Sæculares, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Olivetanorum, apud* eund. *in dd. Floscul. verb.* Casus Conscientiæ, *num. 4. ubi etiam quod* cogi possunt ab Episcopo, prout censuit *ead. Congregat. in Patavina 1604. 3. Febr.* 2010

1618. 28. Maii. —— Dispensatio præsumenda est ad effectum sustinendi Professionem emissam ab Equite Hierosolymitano ante annum Novitiatus, cum licentia Superioris, quando per plures annos publicè tanquam Eques professus gestaverit Habitum, & usque ad mortem pro tali fuerit ab omnibus habitus & reputatus, & ab ipsa Religione recognitus, Ancharan. *consil. 117. sub numer. 2.* Sarnen. *super regul. de triennal. quæst. 10. num. 12.* Caputaq. *decis. 296. par. 1.* Achill. *decis. 1. de præsumpt.* Gabr. *itid. de præsumpt. conclus. 1. num. 15.* maximè quia talis dispen- 2011

satio non est contra jus, cùm de jure non sit necessarium, quod probationes præcedant Novitiatum, sed Professionem, ut probat Sanchez *de Matrim. lib. 7. disput. 37. num. 54.* & ex eo dixit *Rota in Urbevetana Hæreditatis coram* Manzanedo, *decis. 570. sub num. 3. pag. mihi* 228.

1618. 22. Jun. —— Confessarius Regularis, cessante fraude, potest absolvere à quibuscunque peccatis in Diœcesi, in qua est approbatus, non reservatis, quamvis fortè reservati essent ab Episcopo Pœnitentis, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Assisian. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Casus reservati, *numer.* 13. ¶ Vide etiam infra, 1670. 21. Jun. 2012

1618. 4. Jul. —— Cùm quidquid acquirat Monachus, Monasterio acquirat, Alex. *consil.* 139. *sub numer.* 9. *lib.* 2. Riminald. jun. *consil.* 341. *sub num.* 25. Honded. *consil.* 94. *sub numer.* 14 *lib.* 1. ideo creditum sibi debitum transit in Monasterium, ita quod non potest illi solvi post Professionem, nec Monasterio præjudicari: profitendo enim Religionem, privavit se facultate disponendi de suis Bonis, ut in puncto loquitur Ferrett. *consil.* 150. *sub numer.* 4. *in fine*, & ex eo dixit *Rota in Romana Pecuniaria coram* Manzanedo, *decis.* 580. *sub numer.* 3. & 4. *pag. mihi* 234. 2013

1618. 4. Jul. —— Si Abbas in una Ecclesia unita habet possessionem removendi Vicarium ad nutum, datur ei manutentio removendi in aliis unitis, etiamsi in illis possessio non probetur; ut dixit *Rota in Eugubina Capellania coram* Buratto, *num.* 1. *ubi num.* 3. & 4. *dictum fuit, quod* cùm Regulares sub obedientia Abbatis existentes non habeant velle nec nolle, non possunt resistere revocationi illius etiam sine causa, cessante tamen odio & malitia in amovente, adeo ut nec valeat Statutum aut Pactum in contrarium aut Juramentum aut etiam Consuetudo, ut refert Murga *disquis. moral. tom.* 1. *in fine, decis.* 2. 2014

1618. 13. Jul. —— Edicta, quibus prohibetur accessus- 2015

cessus ad Collocutoria Monialium, comprehendunt etiam exteros & exemptos, qui si accedant sine licentia Episcopi aut illius Vicarii ad colloquendum, possunt ab eodem puniri, quia delinquunt in suo Territorio, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Tranen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 19. *num.* 6. & refert etiam Nicol. *in Flosc. verb.* Accessus ad Monasteria Monialium, *num.* 5. *ubi etiam quod* potest Episcopus contra Regulares declarare pœnas incursas ex accessu, prout resolvit *ead. Congregat.* 1647. 8. *Nov.*

1618. 9. Oct. —— Altaria inornata & indotata possunt à Regularibus concedi aliis Patronis, qui eis provideant, si proprii post tertiam monitionem cum aliquo intervallo vel termino non adeo coarctato ab Ordinario faciendam, id præstare negligant vel recusent, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Cœlestinor.* & antea *in Cremen. anno* 1603. 28. *Jan.* ac etiam *in altera Conventualium anno* 1602. 9. *Jan.* nec non *in Mutinen. anno* 1601. 2. *Maii*, & alibi, *apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Altare, *sub numer.* 10. & ex eo Lantusca *in Theatro Regular. sub eod. verb. numer.* 5. *pag. mihi* 25. 2016

1618. 29. Oct. —— Venerabilis Servus Dei Paschalis Baylon ex Discalceatis Ordinis Minorum Regularis Observantiæ de Provincia S. Joannis Baptistæ in Regno Valentiæ declaratur Beatus, cum permissione Officii & Missæ pro die decima septima Maii, qua obdormivit in Domino, prout talem declarat *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constitut.* 111. *quæ incipit* In Sede Principis Apostolorum. ¶ Vide Canonizationem, infra 1713. 11. Jun. 2017

1618. 7. Dec. —— Fratres non debent sub quovis prætextu pernoctare in Domo Factoris Monialium, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una Observantium, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Habitatio, *num.* 2. 2018

1618. 22. Dec. —— Vicarius Patriarchæ Latini Constan- 2019

stantinopolitani solet esse Regularis ex concessione Sacræ *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 345.

2011 1619. 12. Jan. —— Regulares Discalceati Ordinis Ss. TRINITATIS, de licentia Sedis Apostolicæ ad laxiorem Calceatorum transeuntes, facere debent annum Probationis, non autem emittere Professionem, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 7. quæsito 6. num. 3. pag. mihi* 145. & refert etiam Murga *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. Constit. 6. sect. 3. subsect. 4. num.* 178. *pag.* 88. ubi *num.* 186. *ait, quod* omnes cujuscunque Religionis legitimè translati ad Carthusianos, possunt in eadem Carthusiensi Religione esse Priores in Claustro & Procuratores extra Claustrum, *ex ead. Congregat. sic limitante Extravag.* Viam ambitiosæ, 1. *inter commun. de Regular.*

2011 1619. 26. Jan. —— Debent Episcopi abstinere à Visitatione Monasteriorum atque Ecclesiarum Regularium exemptorum quibus cura Animarum sæcularium non imminet, itemque Monialium iisdem Regularibus subjectarum in his quæ ad ipsarum Clausuram non pertinent, ut rescripsit *Congregat. Concil. in Genuen. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 1. circa Constit. 2. Sixti IV. §. 10. num.* 18. *pag. itid.* 18. & refert etiam Novar. *Commentar. 55. num. 3. pag. mihi* 85. ac Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit.* 280. *quæ incipit* Perillustri,

2011 1619. 16. Febr. —— Abbas de jure conferre potest Ordines minores suis Subditis, licèt non sit benedictus, ut censuit *Congregat. Concil. apud* Barbos. *in Sum. Apostolicar. Decis. Collect. 1. num.* 19. ex Joan. Mar. Novar. *in Lucer. Regular. verb.* Ordo, *numer.* 4. & iterum *in Concil. sess. 23. cap. 10. num. 7.* ex Sel. *cap. 19. num. 9.* juxta *cap. quoniam 69. dist. & cap. cùm contingat, de ætat. & qualit.*

2015 1619. 1. Mar. —— Probatio pertinentiæ unius Ecclesiæ ad aliquam Abbatiam, ex Visitatione facta

in

in Ecclesia de mandato Abbatis tanquam in Ecclesia dependente ab ejus Abbatia, corroboratur, ut dixit *Rota in Eugubina Beneficii coram* Buratto, *numer. 2. ubi num. 6. dictum fuit, quod* insalubritas aeris non potest allegari à Monacho ibi professo, cùm ei proprius obstet consensus, ut referunt Murga *disquis. moral. tom. 1. in fine, decis. 3.* & Zacchias *quæst. medico leg. tom. 2. in fine, decis. 44.*

1619. 2. Mar. —— Abbates Regulares, qui in Conciliis Provincialibus aut Diœcesanis Judices extiterunt designati, possunt utique eligi in Regularium Conservatores, ut declaravit *Congregat. Episcop. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 29.* de Conservatoribus, *num. 11. vers.* Item, *pag. mihi 47.* & referunt etiam Barbosa *in Concil. cap. 20. sess. 24. num. 5.* ex Sel. *in select. canon. cap. 12. num. 4.* & Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Conservatoribus Regularium, *pag. mihi 206.* 2024

1619. 3. Mar. —— Fratres Mendicantes semper & ubique tribuere debent præcedentiam Monachis, ut resolvit *Congregat. Rit. in Monopolitana, apud* Barbos. *de potest. Episc. par. 3. allegat. 78. numer. 37.* & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disputat. 25. quæsito 8. num. 9. pag. mihi 395.* 2025

1619. 12. Mar. —— Non convenit Regularibus vendere stabilia ad effectum emendi census, nec pro fabrica Monasterii, ut decisum *in Spoletana & in Messanen.* refert Sel. *in Select. Canon. cap. 18. num. 3. apud* Barbos. *in Concil. sess. 25. de Regularib. & Monialib. cap. 3. num. 14.* 2026

1619. 12. Mar. —— Facultas audiendarum Confessionum Regularibus ad beneplacitum per locorum Ordinarios concessa, potest quandocunque revocari, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Barbos. *in Concil. sess. 23. cap. 15. num. 41.* & refert etiam Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 9. form. 1. num. 2.* 2027

1619. 16. Mar. —— Congregatio Fratrum S. Joannis 2028

nis de Deo, & omnes & singuli ipsius Congregationis Domus, & Superiores, etiam Major, ac Fratres, & Personæ, ac Ministrantes, tam in Italia quàm Hispaniis & aliis Mundi partibus consistentes, & tam hactenus fundatæ quàm de cætero fundandæ Domus, à superioritate & visitatione ac correctione & etiam obedientia Ordinariorum locorum eximuntur & liberantur in his dumtaxat quæ Regularia Instituta juxta Constitutiones dictæ Congregationis à Sede Apostolica approbatas & confirmatas concernunt, salvis in reliquis tam Sacrorum Canonum & Concilii Tridentini Decretis quàm Pontificiis Litteris in favorem Ordinariorum emanatis, quibus nullatenus derogare intendit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit.* 113 *quæ incipit* Romanus Pontifex, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 4. num. 29. pag. mihi* 129. ubi dicit, quod hæc Constitutio in Bullario Laertii haud reperitur, sed modò adest, ut supra citavi.

1619. 17. Mar. —— Sacerdos adscriptus Ecclesiæ receptitiæ, si fiat Miles Capellanus Hierosolymitanus, seu alterius Militiæ, non potest prætendere fructus Ecclesiæ receptitiæ, quia reputatur Regularis qui non est capax Beneficiorum sæcularium, ut resolutum asserit Aldan. *in Compend. Canon. resolut. lib. 2. tit. 5. num. 12. apud* Barbos. *in Concil. sess. 14. de reform. cap. 11. num. 9.* 2029

1619. 23. Mar. —— Si deponantur Defuncti in Parochiali, ut inde transferantur ad Ecclesiam Regularium, in qua elegerunt Sepulturam, nihil debetur Ecclesiæ Parochiali, exceptis Juribus Parochialibus, ut declaravit *Congregat. Rit. apud* Barbos. *de offic. & potest. Parochi, par. 3. cap. 26. numer. 56. in fine.* 2030

1619. 25. Mar. —— Constitutionem supra positam & editam 1607. 6. Aprilis circa electionem Definitorum Congregationis Casinensis & eorum in officio limitatam durationem abrogat, & dictorum 2031

Defi-

Definitorum electionem & durationem liberam fore decernit *Paulus V. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 281. *quæ incipit* Romani. ¶ Hanc Constitutionem confirmavit idem Pontifex, anno 1620. 14. Sept. *ibid. Constit.* 285. *quæ incipit* Aliàs.

1619. 12. Apr. —— Professio est species Contractus, qui non perficitur, nisi concurrat consensus utriusque partis, nempè Monasterii & Professuræ: & sic Novitia acceptata ad Habitum, si ad Professionem à Monialibus denuò capitulariter non acceptetur, non habet jus reclamandi, quamquàm sine causa excluderetur, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Hortana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 11. *numer.* 11. 2032

1619. 12. Apr. —— Una ex justis causis removendi Vicarium Generalem Episcopi est si fuerit Regularis, ut declaravit & respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Spalaten.* & antea *in Justinopolitana* 1615. 16. *Oct. apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Vicarius Generalis *num.* 53. 2033

1619. 18. Apr. —— Ministro Generali ac Provincialibus & reliquis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Prælatis pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ ac sub Excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipitur, ne ad instantiam quarumcunque Personarum extra dictum Ordinem constitutarum cuivis prædicti Ordinis Religioso ullam gratiam concedere vel pœnas aliquas remittere seu gradus & honores ejusdem Ordinis concedere audeant: Quinimo dicti Ordinis Fratres & Religiosi his mediis aliquid sibi procurantes, ad alia & similia in eodem Ordine consequenda Officia perpetuò inhabiles declarantur, & sub iisdem pœnis mandatur, ne ad hunc effectum munera aliqua prædictis Personis exhibere præsumant. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 114. *quæ incipit* Ad- 2034

Admonemur, & *meminit etiam* Lezana *in Sum. quæst. Regul. cap.* 10. *sub num.* 17. *pag. mihi* 53.

1619. 19. Apr. —— Beneficium Regulare dari potest iis, qui Habitum nondum suscepère, modò illum suscipere & Professionem emittere teneantur, ut dixit *Rota in Capenctoraten. Prioratus coram* Buratto, *apud* Barbos. *in Collect. ad Concil. Trident. sess.* 14. *cap.* 10. *numer. itid.* 10. 1615

1619. 19. Apr. —— Votum perpetuæ Clausuræ quamvis explicitè non emittatur, adhuc includitur sub Voto Obedientiæ, ut declaravit & respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Toletana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 11. *form.* 11. *num.* 10. 1035

1619. 26. Apr. —— Novitius, qui finito anno fuit Habitu spoliatus, potest iterum admitti & profiteri absque novo novitiatu: secùs verò si Habitum sponte deposuisset, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Observantium, apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Novitius, *num.* 11. *ubi etiam quod* si Novitius, quo tempore Habitu exutus fuit, è Claustro non discesserit, annus Probationis non fuit propterea interruptus, ut censuit *Congregat. Concil. in una Carthusianorum.* 1037

1619. 29. Apr. —— Donatio facta pro ædificando Monasterio sub Beneplacito Apostolico dicitur conditionalis, juxta Molin. *de Primogenit. Hispan. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 4. & ideo stante illa dictione *sub*, quæ importat conditionem, ut notat in puncto Decian. *consil.* 1. *numer.* 25. *& seq. lib.* 3. non potest agi ante dictum Beneplacitum: quod si Donatio facta fuerit sine aliquo onere, si imponatur onus & Papæ approbanti non fuerit facta mentio hujus secundæ conditionis, non potest exequi, existente clausula *non aliàs aliter, nec alio modo*, quæ operatur, ut ad unguem sit observandus modus præscriptus in Donatione, & importat formam, Roland. *consil.* 63. *sub num.* 24. *lib.* 4. Olasch. *decis.* 165. *sub numer.* 13. & ex eis dixit *Rota in Avenionen. Donationis coram* 1038

Man-

Manzanedo, *decis. 596. per tot. pag. mihi* 240. ¶ Vide infra, 1625. 21. Apr.

1619. 24. Maii. —— Episcopus Regularis adeundo hæreditatem sibi relictam, eam quoad usumfructum sibi acquirit, perinde ac si Sæcularis esset, Card. *in cap. si quis, col. penult. num. 2. vers. in Religiosis enim, de pecul. Cleric.* Bald. *in cap. Clerici, il 2. num. 7. de vit. & honest. Cleric.* Navarr. *cons. 15. num. 4. de Regul.* quo verò ad proprietatem, eam acquirit Ecclesiæ suæ, per *cap. statutum* 18. *qu.* 1. ubi dicitur, hoc statutum esse & rationabiliter secundùm Sanctos Patres in Synodo confirmatum: quæ ratio ponderatur ex eo, quod Votum Paupertatis non resolvatur per transitum ad Episcopatum in his quæ compatiuntur cum Episcopali Dignitate & officio, & & consequenter non potest proprium habere nec sibi acquirere, Abb. *in cap. cùm olim, num. 7. de privil.* Covar. *de testam. cap. 1. num.* 18. Molin. *de just. & jur. tract. 2. disput. 140. in fine*, & quamvis videatur contrarium sentire Gabr. Vasq. *de reddit. Eccles. cap. 3. dub. 7. num. 26.* tamen illius rationes non urgent, vel est intelligendus secundùm declarationem Sarmient. *de reddit. Eccles. cap. 1. num. 7.* quatenus repugnaret Officio Pontificali, quod esset, si dominium Bonorum non posset habere, ut pauperibus subveniret & egentibus, ut dicit colligi ex S. Thoma 2. 2. *qu.* 185. *art.* 8. *in respon.* & ex eis dixit *Rota in Urgellen. Hæreditatis coram* Pirovano, *decis. recent. par. 4. tom. 2. decis.* 115. *à num. 3. usq. ad* 8. 2039

1619. 24. Maii. —— Si Episcopus Regularis sit negligens in exigendo Bona hæreditaria, vel eis renunciet, tunc succedit Ecclesia proprietaria, ex dispositione Canonis *statutum* 18. *quæst.* 1. & pro ea Capitulum potest agere, dum tractatur de præjudicio Ecclesiæ & Episcopatus, per Innoc. *in cap. dilecti, in princ.* ubi etiam Abbas *num. 3. de major. & obedien.* Felin. *num. 2. de testib.* cui non minus quàm Monasterio ex persona Monachi competit hujusmodi remedium adipiscendæ, ex *l. fin. C. de edict. D. Adr.* 2040

Adr. tollen. per Menoch. post Rip. & alios *de adipisc. remed. 4. num. 293.* dicens, quod etsi Monasterium (& sic etiam Ecclesia) scripti hæredis nomen propriè non obtineat, legis tamen interpretationem habet, quod idem operatur secundùm eum, ut dixit *Rota in d. Urgellen. coram* eod. *ibid. à num. 9. usq. ad 12.*

1619. 24. Maii. —— Monachus effectus Episcopus habet potestatem vendicandi paternam hæreditatem ut legitimus hæres, & qua ratione potest vendicare, ita & non acquirere, renunciando ante delatam vel repudiendo post delatam, *l. is potest, ff. de acquir. haredit.* Episcopus autem Regularis adeundo hæreditatem sibi delatam, potest sibi præjudicare quoad usumfructum, non autem quoad proprietatem quæ fuit acquisita Ecclesiæ, ut dixit *Rota in d. Urgellen. coram* eod. *ibid. à num. 14. ad 18. ubi num. 22. & 23. dictum fuit, quod* Frater Minor factus Episcopus, auctoritate Papæ recuperat jus succedendi ab intestato & ex testamento, per Bart. *in tract. minor. lib. 4. dist. 3. cap. 3.* quæ quidem conclusio vera est, sed secundùm terminos *cap. statutum, qu. 1.* ut sibi usumfructum & Ecclesiæ proprietatem acquirat, ut hoc modo Votum Paupertatis conservetur, Archid. *in d. cap. statutum, num. 2.* Natt. *cons. 180. num. 5.* Feder. de Sen. *cons. 20. num. 7.*

1619. 7. Jun. —— Licèt Regulares non possint regulariter adhiberi testes in Testamento sine licentia Superioris, Dec. *cons. 354. num. 1.* de generali tamen consuetudine receptum est, ut possint esse testes in Instrumentis absque dicta Superioris licentia, Castren. *cons. 426. in prin. lib. 2.* Natt. *in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, num. 11. C. de testam.* Clar. post alios *in §. testamentum, quæst. 55.* Religiosi autem præsumuntur de consensu Superioris adhiberi testes in Testamento, si inter ipsos testes Religiosos adsit quoque ipse Superior, Alex. *cons. 8. num. 6. lib. 5.* Surd. *cons. 15. num. 20. & decis. 47. num. 4.* & ex eis dixit *Rota in Firmana Hæreditatis coram* Dunozetto,

zetto, *decis. recent. par. 4. tom. 2. decis. 122. num. 17. & seqq.*

1619. 7. Jun. —— Præter Sabbatum Sanctum non possunt prohiberi Regulares, ne Campanas pulsent ante Cathedralem, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Lancianen. apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 299. 20

1619. 20. Jul. —— Confessiones Sæcularium etiam Sacerdotum audire non possunt Jesuitæ, nisi ab Episcopo per examen (si illi videbitur necessarium) aut aliàs idonei judicentur & approbationem obtineant, ut censuit *Congregat. Concil. apud* Barbos. *in Sum. Apostolicar. Decis. verb.* Confessio Sacramentalis, *numer.* 8. & iterum *in Concil. sess. 23. cap. 15. numer. 5.* 2044

1619. 30. Aug. —— Magistratus continuare debet in danda Monachis quotannis solita eleemosyna; ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Silvestrinorum, apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Magistratus, *num.* 2. 2045

1619. 4. Sept. —— Ministro Generali ac Provincialibus & reliquis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci Prælatis pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientiæ ac sub Excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipitur, ne ad instantiam quarumcunque Personarum extra dictum Ordinem constitutarum cuivis prædicti Ordinis Religioso ullam gratiam concedere vel pœnas aliquas remittere seu gradus & honores ejusdem Ordinis concedere audeant: Quinimo dicti Ordinis Fratres & Religiosi his mediis aliquid sibi procurantes, ad alia & similia in eodem Ordine consequenda Officia perpetuò inhabiles declarantur, & sub iisdem pœnis mandatur, ne ad hunc effectum munera aliqua prædictis Personis exhibere præsumant. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 116. quæ incipit* Admonemur. 2046

1619. 6. Sept. —— In virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub Excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda præcipitur Correctori Generali ac Provincialibus & reliquis Ordinis Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula Prælatis pro tempore exiſtentibus, ne ad inſtantiam quarumcunque Perſonarum extra dictum Ordinem conſtitutarum cuivis prædicti Ordinis Religioſo ullam gratiam concedere vel pœnas aliquas remittere ſeu gradus & honores ejuſdem Ordinis concedere audeant: Quinimò dicti Ordinis Fratres & Religioſi his mediis aliquid ſibi procurantes, ad alia & ſimilia ac etiam majora in eodem Ordine conſequenda Officia perpetuò inhabiles declarantur, & ſub iiſdem pœnis mandatur, ne ad hunc effectum munera aliqua prædictis Perſonis exhibere præſumant. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Conſtit.* 117. *quæ incipit* Admonemur, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *Conſtit.* 5. *pag. mihi* 239. & iterum *de Subdito, &c. quæſt.* 2. *cap.* 2. §. 11 *pag.* 141.

1619. 24. Sept. —— Venerabilis Servus Dei Thomas à Villanova Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Profeſſor & Archiepiſcopus Valentinus declaratur Beatus, cum permiſſione Officii & Miſſæ pro die decima octava Septembris, prout declarat & reſpectivè permittit *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Conſtit.* 119. *quæ incipit* In ſupremo Apoſtolatus ſolio. ¶ Vide Canonizationem, infra 1658. 1. Nov.

1619. 27. Sept. —— Curati Religionis Hieroſolymitanæ tenentur ad exponendas quadraginta Horas per turnum, prout declaravit & cenſuit *Congregat. Epiſcopor & Regular. apud* Nicol. *in Floſculis, verbo* Hieroſolymitani, *num.* 9.

1619. 15. Oct. —— Venerabilis Servus Dei Francilcus Xaverius, Sacerdos Societatis JESU declaratur Beatus, cum permiſſione Officii & Miſſæ pro die ſecunda Decembris qua obdormivit in Domino, prout declarat & reſpectivè permittit *Paulus V. apud*

Che-

Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 120. quæ incipit* In Sede. ¶ Hunc Beatum in Sanctorum numerum retulit Gregorius XV. *anno 1622. 12. Mar.* ¶ Ejus verò Festum die tertia ejusdem Decembris in Ecclesia universali celebrari mandat Alexander VII. *anno 1663. 6. Sept. apud* Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom. 2. sect. 7. cap. 2. num. 3.*

1619. 26. Oct. —— Vicarius Generalis Augustinianorum de Congregatione Lombardiæ durat per biennium & vacat per triennium, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Augustiniani, *num. 3.* 2051

1619. 23. Nov. —— Non possunt Regulares in Sabbato Sancto benedicere Domos Laicorum, ut declaravit *Congregatio Concilii relata à* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Regularium jura sub Episcopis, *in additione, num. 5.* ex Barbosa *de potest. Parochi, cap. 12. num. 11.* 2052

1619. 18. Dec. —— Quando agitur ad effectum privandi aliquem Abbatia vel Prælatura aut Beneficio propter Simoniam, illa debet plenè & evidenter probari, & non admittuntur testes singulares, prout ex Glos. communiter approbata *in cap. veniens, il 1. in verb. illorum*, dixit *Rota in Leodien. Canonicatus coram* Ubaldo, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 1. quæsito 5. num. 10.* 2053

1619. 20. Dec. —— Qui in Religione per octennium permansit absque eo quod Professionem emiserit, per susceptionem tamen Ordinum Sacrorum dicto tempore secutam non potest dimitti, quia hujusmodi susceptio Professionem tacitam inducit, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Beneventana, apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 6. quæsito 13. num. 12. pag. mihi 115.* & refert etiam Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. par. 2. tract. 10. quæst. 25. num. 2.* ex Novar. *in Lucer. Regular. verb.* Professio, *num. 23.* contra Navar. *de Regular. cons. 36. num. 3. & in comm. 4. eod. tit. num. 72.* 2054

1619. die ... Dec. —— Si Regulares degant in Monaste- 2055

nasteriis sitis in Locis nullius Diœcesis, debent ordinari ab Episcopo viciniori, & observare omnia quæ dicta sunt in Declaratione supra posita & edita 1596. 15. Martii, prout censuit *Congregat. Conſil. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 1. circa Conſtit. 2. Sixti IV. §. 11. num. 36. pag. mihi* 20. ex Naldo *in Sum. verb.* Ordo, *num. 26.*

1620. 31. Jan. —— Non obstante Decreto suprapositio & edito 1616. 20. Decembris, etiam Capuccini privilegiis eis quomodolibet competentibus quoad dandum Habitum Tertiariis sui Ordinis uti & frui possint, dummodo Mulieres ad Tertiariarum Capuccinarum Habitum admittendæ recipiantur ad formalem & materialem Habitum ejusdem Religionis, & servato in reliquis præcitato Decreto, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Tertiariæ, *num. 9. ubi etiam ait quod* postea declaratum fuit, nullum Privilegium Capuccinis circa præmissa competere, *ex ead. Congregat. in una Capuccinorum 1656. 9. Jun.* & antea *in Mazarien. 1655. 3. Dec.*

1620. 7. Febr. —— Quando non agitur de admittendo Equitem, in quo requiritur Nobilitas generosa, sed de receptione Fratris in Capellanum Religionis Hierosolymitanæ, in quò requiritur solùm juxta Stabilimenta dictæ Religionis quod sit natus ex honestis Parentibus, & quod nec Parentes nec præcedentes exercuerint sordes & viles artes, ideo qui hasce omnes qualitates habet, meritò videtur admittendus: nec obstat, quod quis, dum esset Puer, custodiverit proprias & aliorum Consanguineorum & viciniorum pecudes, & quod ejus Pater exercuerit artem Hospitii, quando in illis partibus ista non habentur pro vili exercitio, & cùm exerceantur ibi passim à Nobilibus ita exigente sterilitate Regionis & tenuitate patrimonii Incolarum, Tiraquell. *de Nobilit. cap. 34. in princ. & num. 31.* prout nec etiam de jure custodia pecudum videtur præjudicare Nobilitati tanquam de pertinentibus ad culturam, Tiraquell.

raquell. *ubi supra, cap.* 32. *num.* 2. *& seq.* ubi refert plura exempla Romanorum & aliorum Imperatorum, qui Agricolturæ vacabant, ut dixit *Rota in Burgen. Prioratus coram* Manzanedo, *decis.* 614. *per tot. pag.* 248.

1620. 14. Febr. —— Jesuitæ dimittere possunt eos qui emiserunt Vota biennii, vel liberè, vel cum onere transeundi ad aliam Religionem, prout respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Jesuitæ, *num.* 1. *ubi num.* 2. *ait, quod* nullus dictæ Societatis Superior (inclusis etiam Ministris, & exclusis tantùm Novitiorum Magistris) in Officiis ultra triennium durare debet, quo transacto, antequam ad aliam superioritatem promoveantur, sesqui anno saltem vacent, *ex Innoc. X. anno* 1646. 1. *Jan.* 2058

1620. 24. Febr. —— Regulares utriusque Sexus absque consensu sui Superioris non possunt obligari neque civiliter neque naturaliter, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Augustinianorum, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 6. *pag.* 160. 2059

1620. 14. Mar. —— Si Regulares fuerint ab Episcopo Diœcesano in Examine reprobati, non possunt à suis Superioribus mitti ad alios Episcopos pro Ordinibus suscipiendis: & si hoc faciant, Episcopus non Diœcesanus sic eos ordinans, à collatione Ordinum per annum erit suspensus, & ordinati à susceptorum executione tandiu suspensi erunt, quandiu Episcopo Diœcesano expedire videbitur manere suspensos, ut censuit *Congregat. Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 2. *num.* 29. *pag. mihi* 115. *ubi etiam quod* si reiiciantur, debent recurrere per viam appellationis ad legitimum Superiorem, ut declaravit *ead. Congregat.* 1604. 23. *Apr.* 2060

1620. 20. Mar. —— Ingressus in Religionem non sufficit ad Professionem, Abb. *in cap. nuper, num.* 4. *de testib.* ubi quod ex ingressu non infertur ad Profes- 2061

tionem, & notant Bald. Salic. Castr. Corn. & alii *in l. si quis hæredem, C. de instit. & substit.* Dec. *cons.* 329. *incipit conclusio, num.* 4. cum aliis per Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 8. *num.* 33. & ex eis dixit *Rota in Brixien. Parochialis coram* Ubaldo, *decis. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 195. *num.* 9. *&* 10. ubi *num.* 11. *& seqq. dictum fuit, quod* Professio debet fieri in manibus Superioris habentis facultatem incorporandi Monachum in Monasterio, Innoc. *in cap. porrectum*, ubi Abb. *num.* 10. *de Regular.* Navarr. *cons.* 89. *circa princ. vers. primùm, ut fiat, &c. eod. tit.* expressa dicitur, quæ fit per emissionem trium Votorum, *cap. ad Monasterium, in fin. de stat. Monach.* tacita verò non inducitur ex Habitus gestatione, cùm Habitus Monachum non faciat, *d. cap. porrectum, de Regular.* Gloss. *in cap. Vidua, eod tit.* Navarr. *cons.* 16. *num.* 1. *eod. tit.* quæ autem desumitur ex Sacrorum Ordinum susceptione in Monasterio, tollitur ex protestatione Monachi dicentis se nolle per id obligari Religioni.

1620. 3. Apr. —— Fundatori Conventus concedendum est Juspatronatus honorificum: & in Collectis exprimantur nomina Defunctorum, non autem Vivorum, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Vallisoletana*, & antea *in una Carmelitarum Discalceatorum anno* 1606. 14. *Jan. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Juspatronatus, *num.* 1. *& refert etiam* Palcucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Jurepatronatus, *pag. mihi* 593.

1620. 5. Apr. —— Abbates Congregationis Casinensis uti Sedis Apostolicæ Privilegiis muniti possunt utique in Locis eorum jurisdictioni subjectis Campanas & Calices benedicere, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 282. *quæ incipit* Illustrissime, *& refert etiam* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. Constit.* 4. §. 2. *num.* 30. *pag. mihi* 36. & iterum *Constit.* 16. §. 19. *numer.* 290. *pag.* 47. nec non *in Disquis. Moral. tract.* 2. *disquis.* 9. *numer.* 3. *pag.* 128. ac etiam Tamburin. *de*

de Jure Abbat. tom. 1. disput. 23. quæsito 2. num. 3. pag. 325.

1620. 28. Apr. —— Quando Concilium Tridentinum *sess. 7. cap. 8. & sess. 25. c. 16.* tractat de Visitatione Parochialium exemptarum, non habet locum in Regularibus in quibus Animarum Curam exercent Fratres ipsi, ut censuit *Congregat. Concil. in Asten. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Parochus, *num. 9.* 2064

1620. 5. Maii. —— Nonnullas Constitutiones & Ordinationes à Fratribus Eremitis Ordinis S. Augustini de Congregatione Discalceatorum Italiæ pro felici regimine factas & Pontificis jussu recognitas ac examinatas & in unum volumen compilatas perpetuò approbat & confirmat, ac illis perpetuæ & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, omnesque & singulos tam juris quàm facti & quosvis alios defectus (si qui quomodolibet intervenerint) supplet *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 120. quæ incipit* Sacri Apostolatus, *& meminit etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 4. num. 54. pag. mihi 319.* 2065

1620. 12. Maii. —— Regulares non se ingerant in gubernio Montis Pietatis, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Spoletana, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 1. lib. 3. tit. 15. num. 15. pag. mihi 175.* 2066

1620. 20. Maii. —— Quando Abbas obtinuit semel sibi tradi solemniter Mitram & Baculum ac alia Pontificalia, non est necesse, quod talis solemnis traditio renovetur amplius in successoribus, ut rescripsit *Congregat. Rit. in Lambacen. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Abbas, *num. 4.* 2067

1620. 25. Maii. —— Libri Monasterii, dum remanent soli, certum est, quod de per se absque adminiculis nihil probant ad favorem ejusdem Monasterii, Aym. *de antiquit. tempor. par. 1. §. quid in Libro, sub numer. 12.* & ex eo dixit & firmavit *Rota in Sabinen. Vigesima coram* Manzanedo, *decis. 632. sub* 2068

num. 4. *pag. mihi* 255. etiam ex duabus præcedentibus decisionibus ejusdem Rotæ, scilicet *in Romana de Gabrielis coram* Orano, *& in Romana Canonis coram* Cavalerio.

1620. 7. Jun. —— Possunt Episcopi, deficientibus Sacerdotibus Sæcularibus, deputare Regulares in Confessarios Monialium, dummodo sint idonei & constituti in ætate quadragintaquinque annorum, & dummodo in tali munere non excedant triennium, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in responsione ad Venetiarum Patriarcham, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 15. *num.* 12. & antea referebat Tamburin. *de Jure Abbatissar. disput.* 16. *quæsito* 32. *num.* 4.

1620. 11. Jun. —— Conservatorum Regularium Privilegia cùm ex dispositione Pii Quinti extendantur ad tres dietas & sic posset eorum jurisdictio extendi ad plures Episcopatus, & ex dispositione Gregorii Decimitertii teneantur dicti Conservatores & Regulares notificare hujusmodi electionem & deputationem Conservatorum Ordinario loci, debet illa fieri non solùm Ordinario prædicti loci, sed omnibus Ordinariis ad quorum Diœceses se extendit eorum facultas seu jurisdictio, ut resolutum refert Barbosa *in Concil. cap.* 20. *sess.* 24. *num.* 3. ex Aldan. *in Compend. Canonic. resolut. lib.* 4. *cap.* 8. *nu.* 11.

1620. 20. Jun. —— Visitator Apostolicus potest examinare Regulares, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Lambacen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 26. *pag. mihi* 124. & iterum *in Flosculis, verbo* Visitatio Apostolica, *num.* 17.

1620. 2. Jul —— Non prohibentur Regulares in suis Ecclesiis Dies Festos & Jejunia annunciare ad Altare inter Missarum solemnia: Possunt etiam colligere Oblationes & Pacem dare Populo inter dicta Missarum solemnia, dummodo à perambulationibus per Ecclesiam ac similibus eleemosynarum extorsionibus abstineant: Non tamen possunt deferre

Plu-

Pluviale vel Stolam extra Ecclesiam vel Claustrum: Vocati ad Sepulturam alicujus Defuncti, debent ad Ecclesiam Parochialem accedere, ubi Clerus congregari consuevit, non verò expectare in via: Prohiberi non potest, quo minus Missa in Ecclesiis Regularium celebretur ante Missam Parochialis Ecclesiæ: Inter Missæ celebrationem non possunt dicti Regulares publicare Matrimonia: Possunt tamen in propriis Ecclesiis eo tempore concionari quo fit Concio in Ecclesia Parochiali, petita tamen ab Episcopo Benedictione, ut respondit *Congregat. Concil. in Bononien. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. circa Constit. 7. Pii V. §. 10. à 1. ad 7.* & ex eo Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap. 12. num. 41. pag. 68.* & referunt etiam Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract. 12. quæst. 94.* Murga *disquis. moral. tom. 1. tract. 7. disquis. 8. §. 3. nu. 9. pag. mihi 291.* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Declaratio *sub num. 1. ac etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 9. num. 17.* ¶ Vide infra, 1699. 21. Mar.

1620. 2. Jul. —— Non licèt Regularibus Processiones facere extra Ecclesias & ambitum illarum: Non est tamen illis prohibitum, in propriis Ecclesiis Mulieres post Partum ad Purificationem admittere: Regulares extra Claustra decedentes possunt ad eorum Ecclesias deferri, etiam Parochis inconsultis: Non possunt tamen dicti Regulares ducere Funus Superiorum vel Magistrorum aut Theologorum suorum per Parochias Civitatis & per Plateas cum pompa: Non licet Regularibus in suis Ecclesiis ad celebrandum admittere Presbyteros sæculares contra prohibitionem Episcopi: Non est tamen illis prohibitum colligere à Laicis fructus Agrorum in eleemosynam, antequàm Curatus suas collegerit Primitias: Non possunt denique Regulares benedicere Domos Diœcesis in Sabbato Sancto, ut respondit *Congregat. Concil. in d. Bononien. à 8. ad 14. apud* eosd. *ibidem*. ¶ Notandum tamen quoad Mulieres post Partum, quod ab hoc Decreto recessit *ead.* 2073

Con-

Congregat. in Antuerp. anno 1662. 19. *Nov. apud* Pignatell. *tom.* 7. *Consult.* 76. *num.* 17. & huic ultimæ resolutioni famulatur alia novissima Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ, in qua, articulo Partibus informantibus plenè discusso, decisum fuit, Benedictionem Puerperarum spectare privativè ad Parochum, ut *in Romana Jurium Parochialium* 1698. 23. *Jan.* & antea *in ead.* 1695. 15. *Sept. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 10. *f.* 18. *nu.* 11. *&* 12. ¶ Vide infra, 1628. 26. Febr.

1620. 10. Jul. —— In Domo Regulari Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium unum Collegium sub invocatione S. ANTONII de PADUA in Insula Melivitana erigitur ad instar Collegii S. Bonaventuræ de Urbe ejusdem Ordinis à Sixto Quinto instituti anno 1587. 1. Januarii: ita tamen ut sex dumtaxat dictæ Domus Religiosi à Ministro Generali eligendi, ad Magisterii hujusmodi gradum, nisi postquàm per debitum tempus Philosophiæ & Sacræ Theologiæ in hoc novo Collegio operam dederint & prævio rigoroso examine ad id idonei reperti fuerint ac aliquo disputationum publicarum solemni actu & reliquis muniis solitis & ex Instituto dicti Ordinis adimpletis ac servatis aliis servandis & non aliàs, ad Magisterii in eadem Sacra Theologia gradum promoveri valeant. *Paulus V. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 121. *quæ incipit* In supereminenti. ¶ Vide infra, 1622. 5. Apr.

1620. 11. Jul. —— Cùm Monasteria subjecta existant de jure communi Episcopo, & eodem jure Monasteria nova sine ejus auctoritate ædificari seu construi & erigi prohibeantur, ex *cap. quidam, cum seq.* 18. *qu.* 2. & ex Concilio Tridentino *sess.* 25. *de Regular. cap.* 3. ideo Vicarius Generalis non potest sine speciali mandato Episcopi, licentiam ædificandi nova Monasteria in loco Diœcesis concedere, ex eo quia est de majoribus, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.* 33. *quæsito* 1.

fito 1. *num.* 2. ex Sellio *in select. canon. cap.* 90. *num.* 4. & refert etiam Barbosa *in Concil. sess.* 25. *cap.* 4. *numer.* 30.

1620. 8. Aug. —— Etsi Decreto Concilii *cap.* 11. *sess.* 25. *de Regular.* tributa sit Episcopo facultas Ecclesiam Curatam unitam Monasterio (in qua exercetur Cura per Monachum) visitandi quoad Curam Animarum & Sacramentorum administrationem, non tamen idem Decretum obstat Abbati, quo minus & ipse possit illam visitare in his quoque quæ Curam eandem & administrationem concernunt, ut respondit *Congregat. Concil. in Brixien. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 39. *num.* 4. 2076

1620. 11. Aug. —— Consecrans Moniales non debet cogere consecrandas, ut singulæ comparent suas Coronas, quia sufficit una pro omnibus, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Oriolen. apud* eund. *in Flosculis, verbo* Consecratio, *num.* 6. 2077

1620. 31. Aug. —— Superiores Conventuum facti per Breve, subjecti sunt Generali, ac si essent electivi, prout resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Canonicorum Regularium Lateranensium, apud* Nicol. *in dd. Flosculis, verbo* Obedientia, *num.* 4. 2078

1620. 12. Sept. —— Religiones Conservatores non habentes, illos eligere possunt per communicationem Privilegiorum cum aliis eos habentibus, stante dispositione *cap. fin. de offic. deleg. in* 6. ubi habentur ea verba, quod plerumque à Sede Apostolica Conservatores conceduntur; & cùm de facili concedantur Conservatores, veniunt sub communicatione Privilegiorum, ut decisum refert Barbosa *in Concil. sess.* 24. *cap.* 20. *num.* 4. ex Aldan. *in Compend. Canonic. resolut. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 11. 2079

1620. 22. Sept. —— Si Regulares præsentent Curatum idoneum pro suis Ecclesiis Curam Animarum habentibus, Episcopus debet illum admittere, dummodo, si degere debeat extra Claustra, secum habeat Socium ejusdem Ordinis, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Cistercien sium, apud* 2080

apud Nicol. *in Flosculis, verb.* Cura Animarum, *num.* 12.

1620. 1. Oct. —— Confessariorum Regularium opera uti non possunt Ordinarii etiam pro Confessariis extraordinariis, nisi in casu necessitatis, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Barbos. *in Sum. Apostolicar. Decis. verb.* Confessarius, *num.* 17. ex Sell. *in select. Canon. cap.* 14. *num.* 30. 2082

1620. 23. Oct. —— Abbati Monasterii Ss. TRINITATIS Cavensis de Ordine S. Benedicti in Provincia Salernitana nullius Diœcesis ac ejus in spiritualibus Vicario Generali datur facultas, ut suis Subditis sæcularibus existentibus scilicèt intra limites proprios Terrarum & Castrorum sibi subjectorum Litteras Dimissorias, tam pro Clericali caractère ac Minoribus quàm pro aliis etiam Presbyteratus Ordinibus, à quocunque maluerint ex Episcopis eidem Monasterio vicinis (etiamsi non sit proximior) suscipiendis, concedere possint: Hæ tamen licentia & facultas nullatenus extendantur ad eos qui in Diœcesi sunt alterius Episcopi, etsi Abbatis jurisdictioni in spiritualibus & temporalibus alioquin subsint, sed horum omnium Ordinatio omnino pertineat ad Episcopos intra quorum Diœcesum fines existunt, præviis tamen litteris testimonialibus Abbatis prędicti vel ejus in spiritualibus Vicarii Generalis. *Paulus V. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 286. *qua incipit* Salvatoris. 2083

1620. 7. Nov. —— Visitare non potest Episcopus tam Abbatiam quàm Loca sibi subjecta, si Abbatia habet utramque jurisdictionem, temporalem scilicet & spiritualem, ut decisum *in Theatina*, & antea *in alia anno* 1617. 17. *Jun.* refert Barbosa *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 11. *numer.* 6. ex Aldan. *in Compend. Canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 41.

1620. 17. Nov. —— Servatis servandis dimissus propter nullitatem Professionis non prohibetur promoveri ad Ordines, ut declaravit *Congregat. Episcopor.* 2084

& Re-

& Regular. in una Canonicorum Regularium S. Salvatoris, apud Nicol. *in Floſculis, verbo* Ordo, *nu.* 18.

1620. 17. Nov. —— In Bulla Pauli Quinti (de qua ſupra 1606. 23. Maii) antiquas Regularium Indulgentias revocante & novas concedente non comprehenduntur conceſſæ eorum Eccleſiis & eas viſitantibus, ut reſpondit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Minimorum*, & antea *in Panormitana* 1614. 8. *Aug. apud* eund. *ibid. verb.* Indulgentia, *num.* 6. *ubi num.* 7. & 8. *ait quod* quando Papa concedit aliquam Indulgentiam omnibus Eccleſiis alicujus Religionis, intelligitur conceſſa etiam Eccleſiis in poſterum erigendis, ut declaravit *ead. Congregat. in una B. Petri de Piſis* 1626. 3. *Apr.* Moniales autem conſequuntur Indulgentias Regularibus conceſſas, licèt ſint Ordinario ſubjectæ, ut decrevit *ead. Congregat. in una Regularium* 1619. 30. *Aug.* & antea *in Peruſina* 1614. 26. *Sept.* 2085

1620. 19. Dec. —— Regulares quærentes eleemoſynam non deferant Imaginem indutam, prout petente Archiepiſcopo Sanctæ Fidei in Indiis Occidentalibus prohibuit *Congregat. Concilii, apud* Nicol. *in Floſculis, verbo* Quæſtor, *num.* 8. 2086

1621. 12. Febr. —— Unionem Congregationis Fratrum Diſcalceatorum de Ordine Eremitarum S. Auguſtini in Regno Siciliæ (de qua ſupra 1611. 7. Maii) cum Congregatione Italiæ eorumdem Fratrum confirmat juxta Decretum Sacræ Congregationis Epiſcoporum & Regularium, & nihilominus etiam Domos Regulares S. Nicolai & S. Gregorii ad tollendas omnes lites de novo unit dictæ Congregationi Diſcalceatorum Italiæ & annectit atque incorporat *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Conſtit.* 3. *quæ incipit* Paſtoralis officii noſtri. 2087

1621. 26. Febr. —— Profeſſus in Religione incapaci Bonorum in communi amittit Bona per eum habita ante Profeſſionem, quæ deferuntur venientibus ab inteſtato, ac ſi naturaliter mortus eſſet, Bart. *in tract. Minor. lib.* 4. *diſt.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. Bald. *in Auth.* 2088

Auth. Ingressi, num. 63. C. de Sacros. Eccles. & not. Doct. *in cap. in præsentia*, & licèt deinde fuerit authoritate Apostolica translatus ad Ordinem Bonorum capacem, tamen nec ipse nec dicta Religio ex ejus persona potest prædicta Bona recuperare, Feder. de Sen. *cons. 26. num. 2. & 3.* Felin. *in cap. inter quatuor, num. 4. circa fin. vers. & dicit*, aliique quamplures citati à *Rota in Januen. Redintegrationis coram* Buratto, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, decis. 121. num. 2. & 3.* 162

1621. 20. Mar. —— Renunciatio facta ad favorem Patrum Societatis JESU per Novitium inter Patres dictæ Societatis, est valida, non obstante quod non fuerit facta cum licentia Episcopi, ut decisum in Neapolitana refert Barbosa *in Concil. sess. 25. de Regularib. cap. 14. num. 29.* 1620

1621. 20. Mar. —— Minores Conventuales non possunt esse Confessarii Monialium, quia eis id prohibitum fuit à Pio Quinto, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Neapolitana*, & antea *in Ortonensi 1599. 30. Jun.* imo neque Observantes Provinciæ Reformatæ S. Antonii Lusitaniæ, ut resolvit *ead. Congregat. anno 1653. 7. Nov. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi 96.* 1620 162

1621. 30. Mar. —— Abbati S. Andreæ Vercellensis de Congregatione Canonicorum Regularium Lateranensium usum Mozzettæ ubique etiam præsente Episcopo confirmat, & Cathedra Pontificali cum duobus gradibus uti posse decernit ac juxta antiquam consuetudinem approbat *Congregat. Rit. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 574. quæ incipit* Congregatio, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 20. quæsito 2. num. 11.* 1620

1621. 22. Apr. —— Sixti Quinti Constitutionem pro Commissionibus seu Litteris Apostolicis Gratiam vel Justitiam aut Dispensationes Matrimoniales concernentibus & Abbati Sacri Monasterii Casinensis vel ejus Generali Vicario dirigendis, pro 1620

Diœ-

Diœcesi Casinensi, in Dataria Apostolica ab ejus Officialibus servari mandat *Cardinalis Sacratus Prodatarius Papæ, apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 481. quæ incipit* Illustrissimo, *& confirmavit Dominicus Pinellus Regens Cancellariæ Apostolicæ, anno eodem 1621. 20. Jun. ibid. Constit. 482.*

1621. 17. Maii. —— Reformationem Monasteriorum Ordinis S. Benedicti in Gallia, adinstar Congregationis Casinensis, seu Ss. Vitoni & Hidulphi Virdunensium, sub nuncupatione S. Mauri & per Vicarium Generalem natione Gallum per triennium regendam, erigendi facultas conceditur: Abbatiales Dignitates seu Commendæ ad Regis Galliarum nominationem instituendæ separantur omnino à dicta S. Mauri Congregatione: Prioribus Claustralibus eandem Congregationem & ejus Monasteria dirigenda committuntur: Huic novæ Congregationi communicantur Privilegia Congregationis Casinensis: Officia denique Claustralia antiqua (ut facilius in Monasteriis Congregationis prædictæ introducatur Reformatio) supprimit *Gregorius XV. apud* Margarin: *In Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut. 576. quæ incipit* Sacri Apostolatus. ¶ Vide infra, 1628. 21. Jan. 2093

1621. 18. Maii. —— Unum Hospitium seu Collegium pro receptione Monachorum extraneorum totius Ordinis S. Benedicti & sub ejus Regula militantium ac ad Urbem devotionis seu negotiorum vel Studiorum causa pro tempore accedentium erigitur *Gregorianum* nuncupandum, in quo adsit unus Superior vocandus Abbas Præsidens, unusque Vicepræsidens appellandus Præpositus, & omnes hujus Collegii Personæ à jurisdictione Vicarii Urbis eximuntur, ita tamen quod singulis annis ab uno seu duobus ex Procuratoribus Generalibus Congregationum dicti Ordinis in dicta Urbe degentibus per turnum visitari debeant: Dictum Collegium sub Sedis Apostolicæ protectione suscipitur & pro tempore existentis Protectoris jurisdictioni in spiritua- 2094

bus

libus & temporalibus submittitur: Abbas Præsidens à Monachis dicti Collegii vel ex quocunque alio ejusdem Ordinis Monasterio eligatur, ejusque officium ad quinquennium tantùm duret, ac omnibus & singulis præfati Ordinis & Congregationum Privilegiis fruatur: Liberatur dictum Collegium à fideicommissis & hypothecis, ne ratione Bonorum acquisitorum & acquirendorum aliquid damni patiatiatur, eique datur facultas aggregandi quæcunque Benedictinorum Loca, quibus dicta Privilegia communicantur: A dicti denique Collegii Bibliotheca *Aniciana* nuncupanda nemo Libro amoveat sub pœna Excommunicationis majoris. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 6. qua incipit* Salvatoris, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Canen. tom. 1. Constit. 287.*

1621. 23. Maii. —— Nequaquàm licet Monialium Superioribus aut Scrutatoribus dare votum in electione Abbatissæ in casu discordiæ: atque electio in vim hujusmodi voti celebrata vires aliquas non obtinet, prout censuit *Congregat. Concil. apud* Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput. 28. quæsito 6. num. 5. pag. mihi* 179. & refert etiam Matthæuc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 1. num. 13.* ac Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Abbatissa, *sub num. 4.*

1621. 29. Maii. —— Ordinati cum falsis Dimissoriis, sive Sæculares sint sive Regulares, debent saltem per septennium ad triremes damnari, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Neapolitana, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 1. lib. 4. tit. 18. nu. 87. pag. mihi* 317.

1621. 5. Jul. —— Abbas dum cognoscitur an habeat plenariam jurisdictionem in suos, Ordinarius non est sua possessione privandus: An autem Abbas habeat dictam plenariam jurisdictionem spiritualem & temporalem in suos, id respicit petitorium, & dum non canonizatur per tres conformes, semper dictus Ordinarius manutenendus est in sua jurisdictione, ut dixit *Rota in Theatina Jurisdictionis S. Joannis in Vene-*

Venere coram Coccino, *decis. recent. par. 4. tom. 2. decis.* 310. *num.* 4. *&* 6.

1621. 5. Jul. —— Abbatis electio facta, non servata forma *cap. quia propter, de elect.* non subsistinetur & est nulla ipso jure absque aliqua sententia, Gloss. *in d. cap. in verb. vice omnium*, & ibi Compostellan. *num.* 20. *vers. numquid de ista*, & clarè Jo: Andr. *num.* 37. *in vers. non valeat*: Duo enim sunt quæ canonizant electionem, substantia consensus & substantia formæ, à quibus recedi non potest, Bald. *in d. cap. num.* 10. *& seq.* hæc enim forma habet locum nedum in electionibus Episcoporum & aliorum Prælatorum Ecclesiarum Collegiatarum, sed etiam in electione Regularium Prælatorum, Gloss. 1. *in d. cap. quia propter*, ubi Abb. *num.* 7. *vers. circa istam partem primam*, & ex eis dixit *Rota in Meten. Monasterii coram* Coccino, *decis. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 312. *num.* 2. *&* 3. *ac* 10. ubi *num.* 56. *&* 57. *dictum fuit, quod* licèt in electionibus Regularium Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 6. *de Regular.* disponat, vota sint secreta, non tamen censetur sublata dicta forma *cap. quia propter, de elect.* ut prudenter advertit Eman. Rodriq. *in Sum. Casuum, par.* 1. *tit. de elect. cap.* 102. *num.* 2. sed adhuc in suo robore perseverat, Zerola *in Prax. Episc. in verb.* Abbatissa, *verb. ad sextum*, Azor. *instit. moral. lib.* 13. *cap.* 10. *quæst.* 2. & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *in fine, decis.* 22. 2098

1621. 5. Jul. —— Inspiratio pro electione illa est, cùm nullo ordine servato inter eligentes, ipsi quasi ebrii simul eligunt & acclamant electum, ut olim visum fuit in electionibus Ss. Episcoporum Martini & Ambrosii, Anton. à Butr. *in cap. quia propter, num.* 49. *de elect.* Tusc. *l.* E. *concl.* 74. quasi Inspiratio autem est, quando subitò & repentè, aliquo tamen ordine servato inter Electores, unus post alium omnes eligunt, Hostien. *in d. cap. quia propter, num.* 50. Oldrad. *consil.* 155. Tusc. *loc. citat.* Inspiratio igitur non subjacet legi aut formæ, quæ requiritur in 2099

electione text. *cap. quia propter*, ut dixit *Rota in d. Meten. coram* eod. *ibid.* & refert etiam Passerin. *de elect. canon. cap.* 1. *num.* 62. *pag. mihi* 11. ubi *num.* 63. *ait*, *quod* hæc quidem in electionibus Regularium locum habere non possunt, quia in illis omnis electio non secreta, est nulla. ¶ Vide supra, 1585. 3. Oct.

1621. 10. Jul. —— Vicariis Episcoporum, absentibus seu non intervenientibus Episcopis, non licet in Ecclesiis Monasteriorum Congregationis Casinensis Baldachinum erigere, invitis Monachis, ut declaravit *Congregat. Rit. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 288. *quæ incipit* Illustrissimi, & *antea referebat* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *sect.* 2. *subsect.* 2. *num.* 11. ac postea Pascucc. *in Compend. ad Consult. Cunonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Abbate, *pag. mihi* 3. nec non Lantusca, *in Theatro Regular. verb.* Baldachinum, *sub num.* 2. 1621

1621. 31. Jul. —— Non licet Episcopo Cavensi neque propria auctoritate neque tanquam Sedis Apostolicæ delegato Monachos Cavensis Monasterii Congregationis Casinensis intra vel extra Claustra delinquentes punire, sed tantùm conficere Processum & transmittere ad eorum Abbatem & ad Sacram Congregationem Episcoporum & Regularium obsignatum, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 289. *quæ incipit* Reverendissimo. 1621

1621. 8. Aug. —— Abbas alicujus Abbatiæ exemptæ non potest in ea Ordines conferre licèt sit Episcopus: secus si Abbatia est Nullius, quia habet Populum, ut censuit *Congregat. Concil. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Abbas, *num.* 10. *in addit.* & refert etiam Barbosa *in Sum. Apostolicar. Decis. Collect.* 1. *num.* 20. ex Sell. *in select. canon. cap.* 19. *nu.* 16. 1621

1621. 1. Sept. —— Ut Ordo Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum, per totam Italiam felicioribus in dies augeatur progressibus, ultra ea quæ disponuntur in Constitutionibus 1621

Grego-

Gregorii Decimitertii & Clementis Octavi circa modum vivendi Reformatorum, Fratres Observantes Reformati amplius ad Capitulum Provinciale non accedant, nisi solùm ipsorum Custos qui etiam solus vocem activam tantùm habeat: Non habeant in futurum prædicti Reformati inter Observantes seu de Familia aliquam dignitatem seu officium; & si aliqui de Familia transjerint ad Reformationem, nullum officium & dignitatem habere possint, nisi per sex annos inter eos permanserint; & qui transire voluerint à Familia ad Reformatos, debeant hoc obtinère in Congregatione seu Capitulo: Illi, qui talem licentiam obtinebunt, debeant facere annum Novitiatus integrum, ut faciunt Reformati: Intimetur Reformatis in Capitulo seu Congregatione Provinciali ad deducendas causas propter quas velint ad Familiam transire, quibus assignetur annus ad deliberandum, quo elapso nullus postea Reformatus ob quamcunque causam à Reformatis ad Familiam transire possit: Quoad jurisdictionem Ministri Generalis in Reformatos servetur Constitutio ejusdem Gregorii Decimitertii: Procurator Reformatorum eligatur à Cardinale Protectore pro tempore existente, qui debeat etiam deputare quatuor Visitatores per totam Italiam de triennio in triennium, quorum cura sit, ut observentur Litteræ Nicolai Tertii & Clementis Quinti concernentes Observantiam Regularem, & delinquentes corrigant & puniant, prout eis magis videbitur, certioresque faciant Cardinalem Protectorem & Procuratorem Generalem Reformatorum, ut & ipsi quod necessarium fuerit ad Animarum salutem, procurent observari: Ministri denique Provinciales Fratrum de Familia nullam habeant jurisdictionem & superioritatem in Reformatos. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 8. *quæ incipit* Onerosa.

1621. 4. Sept. —— Fratres Jesuati præcedere debent Minoribus Observantibus, ut declarando respon- 2104

dit *Congregat. Rit. in Pisana, apud* Barbos. *de potest. Episcopi, par.* 3. *allegat.* 78. *numero verò* 37.

1621. 11. Sept. —— Visitationi & jurisdictioni ac correctioni Episcopi non subsunt Castra, in quibus Abbas jurisdictionem Episcopalem & temporalem in Parochos ac Parochianos exercet: Episcopus autem potest Regulares in iis quæ Curam Animarum & Sacramentorum administrationem concernunt, visitare & examinare, & contra eos non parentes & non exequentes Decreta facta in Visitatione procedere, eosque cogere ad exequendum, ut resolutum testatur Barbosa *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 11. *num.* 13. *&* 14. ex Sell. *in select. Canon. cap.* 112. *num.* 25. *&* 28.

1621. 20. Sept. —— Revocantur omnes & quæcunque Judicum Conservatorum electiones vel nominationes seu deputationes tam in vim Litterarum Conservatoriarum quàm in vim quorumcunque Privilegiorum à Sede Apostolica concessorum, seu aliàs hactenus factæ pro quibuscunque Conventibus, Capitulis, Militiis, etiam S. Joannis Hierosolymitani, Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, aut aliis quibusvis Piis etiam cujusvis Ordinis etiam Mendicantium seu Instituti vel Societatis Regularibus Locis quantumvis exemptis: In futurum Judices Conservatores hujusmodi sive principales sive subrogati eligi vel nominari aut deputari non possint, nisi non solùm habeant qualitates requisitas in Constitutione Bonifacii Octavi (*in cap. statutum* 11. *de rescript. in* 6.) ita ut vel Dignitate Ecclesiastica præditi vel Personatum obtinentes vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant, sed etiam in Conciliis Provincialibus aut Diœcesanis Judices electi seu designati sint juxta Decretum Concilii Tridentini *sess.* 14. *cap.* 15. *de reform.* Litteræ verò Conservatoriæ deinceps per Sedem Apostolicam concedendæ dirigantur tantùm suprascriptis sub pœna nullitatis, & qui secùs Conservatores hujusmodi nominaverint aut electis usi fue-

fuerint, Regulares quidem voce activa & passiva sint ipso jure privati, reservata Papæ habilitatione, & prædictorum omnium Conventus vel Monasteria aut Loca hujusmodi & eorum Personæ ac Bona careant Conservatore ad annum, ita ut illorum Causæ interea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognosci ac diffiniri debeant. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 9. quæ incipit* Sanctissimus, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 5. hujus Pontif. pag. mihi* 266. Barbosa *de potest. Episc. allegat.* 106. *num.* 54. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 17. quæsito 1. num.* 12. *pag.* 271. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. par. 2. tract. 17. quæst. 1.* Massobr. *in Tract. de Synodo Diœcesi. dub.* 8. Gavant. *in Manuali Episcopor. Constit. 2. pag.* 202. Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit.* 293. Novar. *Commentar.* 52. *num. 1. par. 2. pag.* 318. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in fine, pag.* 424.

1621. 20. Sept. —— Omnes locorum Ordinarii in Synodis Provincialibus aut Diœcesanis quamplures Personas ex habentibus qualitates in prædicta Constitutione Bonifacii Octavi contentas & alioquin ad id aptas designari procurent, & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in ejus locum usque ad futuram Provincialem aut Diœcesanam Synodum: Conservatores hujusmodi semel legitimè deputati, nisi ex legitima causa à Sede Apostolica aut locorum Ordinariis (prout iisdem Regularibus libuerit) approbanda, durante quinquennio à die deputationis, amoveri aut mutari nullatenus possint: Coram ipsis Conservatoribus Regulares conveniri quidem aut trahi debeant, sed alios convenire aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in Causis, in quibus Regulares actores fuerint, nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in iis tantùm in quibus rei extiterint, neque extra Civitates seu Diœceses in quibus fue- 2107

rint deputati, contra quoscunque procedere præsumant. *Gregorius XV. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Notandum, quod per verba hujus Constitutionis hìc supra ultimo loco posita, quod scilicèt *coram Conservatoribus Regulares conveniri quidem aut trahi debeant, &c.* minimè subtata fuit facultas, quam habent Conservatores, defendendi Regulares à manifestis injuriis ac violentiis, dummodo observent formam præscriptam in Constitutionibus Innocentii Quarti & Bonifacii Octavi relatis *in cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6.* prout censuit *Congregat. Concil. anno* 1624. *apud* eosdem, *ibidem*.

1621. 20. Sept. —— Si qua inter Judices Conservatores prædictos & locorum Ordinarios controversia super competentia jurisdictionis orta fuerit, nequaquàm in Causa procedatur, donec per arbitros in forma Juris electos super jurisdictionis competentia fuerit judicatum: Si qui Conservatores sive in hac parte sive aliàs quomodolibet suos limites excesserint, per annum ab officio Conservatoris hujusmodi suspensi sint, & pars quæ hoc fieri procuraverit, sententiam Excommunicationis incurrat juxta formam alterius Constitutionis ejusdem Bonifacii Octavi *in cap. 15. de offic. deleg. in 6.* quæ in omnibus huic Constitutioni non adversantibus innovatur: Per hoc tamen non prohibetur, quo minus Regulares in casibus à Jure permissis petant Judicem non suspectum à Principibus seu Magistratibus Sæcularibus, dum tamen hæc tria copulativè concurrant, videlicet, ut Regulares sint actores & non rei, ut agant contra Laicum & non Ecclesiasticum vel aliàs à Sæculari Jurisdictione exemptum, & ut Causa in qua Judex deputatur, fuerit profana & non Ecclesiastica, & in ea juxta Sacrorum Canonum dispositionem Laicus eligendus, Judex competens existat. *Gregorius XV. apud* eosdem, *ibidem*.

1621. 16. Nov. —— Non potest prohiberi Regularibus, ne prædicent vel ne Confessiones audiant, sub prætextu quod originem duxerint ab Hebræis, ut de-

ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Elboren.* vel traxerint à Neophitis, prout rescripsit *ead. Congregat. in Evoren. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Hebræus, *num.* 1.

1621. 16. Nov. —— Translatus de Religione incapaci Bonorum in communi ad capacem auctoritate Apostolica, non recuperat Bona, quæ ante Professionem in prima Religione factam obtinebat, ut dixit *Rota in Januen. Reintegrationis coram* Buratto, *apud* Murga *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. Constit. 6. sect. 3. subsect. 5. num.* 197. & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 7. quæsito 6. num. 7. pag. mihi* 145. 2110

1621. 18. Nov. —— Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium emanatum hoc anno die trigesima prima Augusti, in quo Congregationem nuncupatam Pauperum MATRIS DEI Scholarum Piarum in Religionem trium Votorum solemnium approbari posse censuit, approbat & confirmat ac illi perpetuæ & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, omnesque & singulos tam juris quàm facti defectus (si qui desuper quomodolibet intervenerint) supplet *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 14. quæ incipit* In supremo Apostolatus solio. 2111

1621. 26. Nov. —— Concordiam initam inter Fratres Calceatos & Discalceatos Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum, super separatione eorumdem Discalceatorum à Calceatis, cum quibusdam conditionibus & limitationibus ac citra dispensationem super quarto Voto, perpetuò approbat & confirmat *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. in Appendice, Constit. 14. quæ incipit* Apostolici muneris. ¶ Notandum, quod vigore Clausulæ *citra dispensationem super quarto Voto*, & aliarum in dicta Concordia contentarum, non fuit, nec est jus aliquod de novo quæsitum Fratribus Discalceatis seu Recollectis ad ministerium Redemptionis Captivorum 2112

exercendum sub directione eorum Vicarii Generalis, sed dicti Fratres Discalceati quoad dictum opus Redemptionis remaneant sub obedientia Magistri Generalis Calceatorum, prout decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. anno* 1633. 18. *Nov. approbante Urbano VIII. die* 3. *Nov. ejusd. anni*, in d. Bullar. Rom. loc. cit. *Constit.* 17. *quæ incipit* Cùm Sicut.

1621. 9. Dec. —— Locorum Ordinariis existentibus in Regnis & Provinciis Hispaniarum, Galliæ, & aliis, ac in Italia committitur & mandatur, ne Nomen vel Habitum Fratrum Capuccinorum ab aliis quibusvis Religiosis, seu cujuscunque Ordinis vel Instituti Regularibus, sub quovis prætextu in posterum sibi vindicare aut usurpare permittant, sed Constitutiones Apostolicas Gregorii Decimitertii (quæ in hac Bulla inseritur) & Gregorii Decimiquarti (de qua supra 1591. 6. Julii) per Ecclesiasticas Censuras & pœnas observari faciant. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 15. *quæ incipit* Ex injuncto.

1621. 10. Dec. —— Intra Conventus Regularium non sunt abscondenda Frumenta ad effugiendam eorum assignationem, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Neapolitana, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 18. *numer.* 95. *pag. mihi* 318.

1621. 10. Dec. —— Omissio requisitorum in Constitutionibus Sixti Quinti (de quibus supra, 1587. 26. Nov. & 1588. 21. Oct.) de Professione Regulari, est omnino & sufficienter probanda, ut dixit *Rota in Ulixbonen. Professionis coram* Merlino, *num.* 6. *ubi num.* 8. *& 9. dictum fuit, quod* tacitæ Professioni nedum non obstat Concilium Tridentinum (prout non obstare ex receptissima omnium sententia tradunt Navar. *cons.* 35. *nnm.* 2. *lib.* 3. *tit. de Regular.* Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *disp.* 37. *num.* 2. Mirand. *in Man. Prælator. Regular. qu.* 24. *art.* 12.) sed etiam plurimum favet, cùm in *sess.* 25. *cap.* 19. *de Regular.* expressè sit sancitum, non posse Religiosum post quin-

quen-

quennium contra Professionem reclamare: ex lapsu autem nedum quinquennii, sed plurium adhuc annorum videtur inducta vel nova Professio tacita, secundùm Roder. *qq. Canon. Regul. tom. 3. quæstion. 17. art. 17. in fin.* vel ratificatio antecedentis Professionis expressæ, juxta Sanchez *d. lib. 7. disp. 37. num. 6. apud* Tamburin. *de Jure Abbatissar. in fine Operis, decis. 13. pag. mihi 20.*

1621. 11. Dec. —— Facultas tributa *in cap. 1. sess. 24.* 2116
quod prohibitus vel suspensus etiam extrajudicialiter & ob occultum crimen, non possit obtinere gratiam promotionis vel restitutionis contra voluntatem sui Prælati, competit etiam Prælatis Regularibus, ut resolvit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 11. num. 12.*

1621. 23. Dec. —— Litteræ Pauli Quinti (de quibus 2117
supra, 1606. 5. Sept.) erectionem novorum Locorum Regularium concernentes, ad Fratres Minores Ordinis S. Francisci de Observantia Discalceatorum seu Recollectorum aut Reformatorum in Hispaniarum Regnis commorantium & citra montes degentium extenduntur, ita ut eorumdem Fratrum Superioribus conceditur, ut ubique locorum citra montes valeant Domos & Monasteria fundare, servata forma Sacrorum Canonum & Concilii Tridentini, de sola Ordinariorum licentia, & nullo aliarum Personarum cujusvis Ordinis Regularium requisito consensu. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 26. quæ incipit* Aliàs. ¶ Vide infra, 1624. 28. Aug.

1622. 2. Jan. —— Pium Institutum, quod est con- 2118
suetum Congregationis Clericorum Regularium de Somascha, docendi in multis Seminariis & Academiis ac Scholis publicis Grammaticam, Rhetoricam, Logicam, Philosophiam, Mathematicam, Sacram Theologiam, Casus Conscientiæ, Doctrinam Christianam, & Sacram Scripturam approbat & confirmat pro universis dictæ Congregationis Locis ac Domibus, maximè in Regno Galliæ existentibus

tibus, dictoque Instituto inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit *Gregorius XV. in Constit. quæ incipit* expositum Nobis nuper fuit, *in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi* 148.

1622. 12. Jan. —— Potest Episcopus examinare Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ non sunt suorum Ordinum, prout declaravit & respondit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Vicentina, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Prædicator, *num.* 11. *pag. mihi* 393.

1622. 14. Jan. —— Prælatus licèt regulariter non repellatur ad testificandum, tamen si ipse gesserit contractum, accumulatur suspicio, & sic repellitur, cùm ei immineat laus vel vituperium, Mandos. ad Rom. *cons.* 420. *litt. A.* Farinac. *de testib. quæst.* 60. *num.* 200. & 201. & ex eis dixit *Rota in Romana Hæreditatis de Agazariis coram* Remboldo, *decis. recent. par.* 4. *tom.* 2. *decis.* 334. *numer.* 15.

1622. 22. Jan. —— Regularis ex Indulto à Religione Fratrum Minorum de Observantia ad Tertium Ordinem S. Francisci ex legitima causa translatus recuperat jus succedendi in Bonis sibi ex testamento vel ab intestato post translationem delatis ad commodum secundi Monasterii, ut resolvit *Congregat. Concil. in Nieronen. apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *disput.* 7. *quæsito* 6. *num.* 7. *pag. mihi* 145. & refert etiam Barbosa *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 3. *num.* 11. ex Aldan. *in Compend. Canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 12.

1622. 31. Jan. —— Constitutiones & Ordinationes à Congregatione Clericorum Pauperum MATRIS DEI Scholarum Piarum editas pro felici ejus regimine, & omnia ac singula in eis contenta perpetuò approbat & confirmat, ac illis perpetuæ & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, omnesque & singulos tam juris quàm facti & quosvis alios defectus (si qui quomodolibet intervenerint) supplet *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 17. *quæ incipit* Sacri Apostolatus ministerio.

5. Febr.

1622. 5. Febr. — Tam Regulares quàm Sæculares quomodolibet exempti, sive Animarum Curam Personarum Sæcularium Monasteriis seu Domibus Regularibus aut quibusvis aliis Ecclesiis vel Beneficiis sive Regularibus sive Sæcularibus incumbentem exerceant; sive aliàs Ecclesiastica Sacramenta aut unum ex illis ministrent prævia Episcopi licentia & approbatione, sive quoquo modo in dictæ Curæ exercitio aut in eorumdem Sacramentorum vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant, in his, quæ ejusmodi Curam seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni & visitationi ac correctioni Diœcesani Episcopi tanquàm Sedis Apostolicæ Delegati plenè in omnibus subiiciantur. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 18. quæ incipit* Inscrutabili, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 2. pag. mihi* 257. Barbosa *de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag.* 35. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 5. pag.* 143. & iterum *tom. 2. disput. 6. quæsito 16. num. 5. pag.* 81. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. par 2. tract. 13. quæst. 91. num. 6.* Gavant. *in Manuali Episcopor. Constit. 3. pag.* 203. Novar. *Comment. 66. num. 1. par. 2. pag.* 348. Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 15. numer. 4. pag.* 134. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in fine, pag.* 428. ¶ Notandum, quod in vim hujus Constitutionis non licet Episcopis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit Animarum Cura Personarum sæcularium, nec Loca ubi in iisdem Ecclesiis asservatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel ubi Confessiones Personarum sæcularium audiuntur: Nec possunt Episcopi Regularibus præscribere, ut certis tantùm in locis ac temporibus aut certarum Personarum Confessiones audiant, vel aliàs illorum Privilegia in Sacramentis administrandis restringere aut moderari: Quod si aliunde Episcopis hujusmodi facultas competat, illa non fuit ab hac Constitutione sublata: 2123

ta: Facultas tamen Episcopis per hanc Constitutionem attributa in exemptos tam Sæculares quàm Regulares, non intelligitur eis tributa in Personas nullius Diœcesis: Eadem denique facultas non competit inferioribus Prælatis proprium Territorium ac Jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus, ut declaravit *Congregat. Concil. anno 1623. apud eosd. ibid.*

1622. 5. Febr. —— Tam Regulares quàm Sæculares nullis privilegiis aut exemptionibus tueri se possint, quominus si delinquerint circa Personas intra septa degentes aut circa Clausuram vel circa Bonorum administrationem Monasteriorum Monialium etiam Regularibus subjectarum, ab Episcopo loci tanquàm ad hoc Sedis Apostolicæ delegato (quoties, & quando opus fuerit) puniri & corrigi valeant, *Gregorius XV. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Notandum, quod hæc Constitutionis pars habet locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantùm & cum Populi scandalo: Regularis verò absque legitima licentia accedens ad Monasterium Monialium Regularibus subjectarum, ibique in loco colloquiis destinato cum Moniali colloquens, à Diœcesano Episcopo itidem tanquàm Sedis Apostolicæ delegato coerceri & puniri potest, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* eosd. *ibid.* 1151

1622. 5. Febr. —— Confessores sive Regulares sive Sæculares quomodocunque exempti, tam ordinarii quàm extraordinarii, ad Confessiones Monialium etiam Regularibus subjectarum audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesanu idonei judicentur, & approbationem (quæ gratis concedatur) obtineant: sed & administrantes Bona ad ejusmodi Monasteria Sanctimonialium etiam Regularibus subjectarum pertinentia, sive Regulares extiterint sive Sæculares quomodolibet exempti, Episcopo loci (adhibitis etiam Superioribus Regularibus) singulis annis rationes administrationis gratis tamen exigendas reddere teneantur, 1151

ad

ad idque Juris remediis cogi & compelli queant: Liceatque Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut ejusmodi Confessores atque Administratores amoveant, iisque Superioribus id facere detrectantibus aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores & Administratores amovendi, quoties & quando opus esse judicaverit. *Gregorius XV. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Notandum primò, quod causam amotionis hujusmodi non tenetur Episcopus significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinquitur ejus arbitrio & prudentiæ, cujus conscientia seriò oneratur, ne facultate sibi hac in parte attributa quoquo modo abutatur, ejus rei in districto Dei Judicio rationem redditurus, ut declaravit *Congregat. Concil. anno* 1623. *apud* eosd. *ibidem*. ¶ Notandum secundò, quod neque Regularium Superiores ab Episcopo non approbati possunt Monialium sibi subditarum Confessiones audire, ut declaravit *ead. Congregat. ibid.* ¶ Notandum tertiò, quod neque Generalis non approbatus ab Ordinario, ut ex declaratione ejusdem Congregationis emanata anno 1627. 13. Novembris referunt Tamburin. *de Jure Abbatissar. disput.* 16. *quæsito* 9. *num.* 1. Barbosa *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 10. *num.* 17. Gavant. *in Manuali*, *verbo* Monialium cura spiritualis, *in additione*, Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom* 4. *tract.* 13. *quæst.* 10. *num.* 1. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 15. *num.* 7. *pag. mihi* 259. ¶ Vide infra, 1670. 21. Jun.

1622. 5. Febr. —— Possit Episcopus unà cum Superioribus Regularibus, quarumcunque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Præpositarum eorumdem Monasteriorum, quocunque nomine appellentur, electionibus per se vel per alium interesse ac præsidere absque ulla tamen ipsorum Monasteriorum impensa: Habeat quoque Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus auctoritatem coercendi ac puniendi quoscunque exemptos tam 2126

Sæcu-

Sæculares quàm Regulares, qui in alienis Ecclesiis aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia; & in Ecclesiis suis aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione prædicare præsumpserint: Ita ut Episcopi in supradictis casibus & in prænominatas Personas, in præmissis omnibus & singulis aut circa ea quoquo modo delinquêtes (quoties & quando opus fuerit, etiam extra Visitationem) per Censuras Ecclesiasticas & alias pœnas uti ejusdem Sedis delegati procedere & omnem jurisdictionem exercère liberè & licitè valeant. *Gregorius XV. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Notandum primò, quod per hanc Constitutionem jus confirmandi Abbatissas minimè fuit Episcopis attributum, ut declaravit *Congregat. Concil. anno* 1623. *apud* eosd. *ibidem*. ¶ Notandum secundò, quod si Episcopus declaraverit expressè, se uti velle facultate sibi hac in parte attributa, tenentur Regulares eisdem significare diem electionis Abbatissæ, eumque usque ad præfinitum tempus expectare, nam post eam declarationem licet Episcopo animadvertere in Regulares, qui ante tempus significatum aut die electionis eidem non prænunciata ad Abbatissæ electionem procedunt, ut declaravit *ead. Congregat. anno* 1626. *apud* eosd. *ibidem*.

1622. 12. Febr. —— Non licet Ordinario vel ejus Vicario quidquam à Monialibus etiam sponte oblatum accipere, neque pro vectura Equorum occasione Professionis Novitiarum, electionis Abbatissæ, vel aliarum Officialium, vel simili, ut resolvit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Gratis, *num.* 1. *ad IX.* ¶ Notandum, quod in electione Abbatissarum potest Episcopus cum suo Vicario seu Secretario vel alio ab ipso assumpto, vota singularum Monialium oretenus expressa audire, Garz. *de Benefic. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 190. addens, ea vota oretenus accipi posse à suis Superioribus, licèt quatuor vel quinque ea sciant, *cap. quia propter, de elect. in* 6. si est juxta formam statutorum Religionis, prout ha-

ut habet Tamburin. *de Jure Abbatissarum, disput. 28. quæsito 4. num. 4.* ubi quoad primam partem refert, Sacram Congregationem sic decrevisse.

1622. 2. Mar. —— Quando facta est mentio simpliciter Prioratus Regularis, intelligitur de habente conventum, Cassad. *decis. 12. num. 10. de Præben.* si enim fuerit narratum Papæ, Prioratum carere conventu, certè ipse non potuerit cogitare illum habere collegium; & dicta narrativa non est falsa, sed vera, intelligitur enim de tempore præsenti, quando revera non adest conventus, Verall. *decis. 61. aliàs 65. lib. 2. in manusc.* ut dixit *Rota in Vicen. Prioratus coram* Manzanedo, *decis. recent. par. 4. tom. 2. decis. 354. num. 4. & 6. ac 9.* 2128

1622. 4. Mar. —— Monasterii translatio de uno loco ad alium fieri nequit sine licentia Sedis Apostolicæ, *cap. 1. de excess. Prælat. in 6.* Clem. *cupientes, de pœn.* justa autem causa hujusmodi translationis est, si Monasteria sint fundata in locis sterilibus & aquosis, & similiter fieri potest ex intemperie & insalubritate aeris & ob nimiam Monasterii humiditatem, ac etiam si Monasterii ruina in parte fuerit secuta & in parte minetur, juxta tradita *in cap. tribus*, ubi Gloss. *in verb. difficultas, de consecr. dist. 1.* Lap. *allegat. 68. num. 2.* Rebuff. *in Prax. tit. de translat. Episc. num. 4. & seqq.* Mandos. *de Signat. Grat. in verb. translationes, vers. translatio Ecclesiæ*, quam translationem si ægrè ferant Incolæ loci, possunt se obligare pro alimentis vel reparatione Monasterii & aliis necessariis, ut dixit *Rota in Carthaginen. Translationis coram* Ubaldo, *decis. recent. par. 4. tom. 2. decis. 362. num. 1. 4. 13. & seqq.* 2129

1622. 12. Mar. —— Sanctam Theresiam, tam Fratrum quàm Monialium Carmelitarum Discalceatorum Fundatricem in numerum Sanctarum Virginum refert, ejusque Festum die quinta Octobris, quo ad Cœlestem Gloriam translata est, celebrari mandat *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 20. quæ incipit* Omnipotens. ¶ 2130

Hoc

Hoc Festum die decima quinta ejusdem Octobris in Ecclesia universali fieri jubet Urbanus VIII. anno 1636. 25. Aug. apud Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom. 2. sect. 7. cap. 12. num. 15.*

1622. 14. Mar. —— Quemadmodum Dominus negligendo custodiam Servi fugitivi, illius possessionem amittit, postquam ab alio fuit volens apprehensus, licèt secus ante, *l. 1. §. per Jervum, ff. de acquir. possess.* ubi Alex. Imol. Castr. & Bald. ita etiam videtur idem statuendum in Superiore Religionis, dum negligit recuperationem Subditi ad alium Ordinem transeuntis, cùm rectè inferatur à Servo ad Monachum, Auth. *ingressi, C. de Sacrosc. Eccles.* Innoc. *in cap. cùm olim, de privil.* Religiosorum igitur Superiores tenentur singulis annis perquirere & notitiam habere de eorum Subditis, & eos ut ad propria revertantur Monasteria compellere, ex text. *in cap. fin. de Regul.* & ibi notant Canonistæ, & Roman. *cons.* 341. *num.* 1. scientia autem totius Religionis vel Generalis non est necessaria, quando Monachus aufugit, sed sufficit ejus sub cujus potestate degebat, ad hoc ut illius quasi possessio amittatur, ad doctr. Bart. *in l. publicanus, §. fin. ff. de public.* Aretin. *cons.* 42. *num.* 3. *in fin.* Peregr. *de jur. fisc. lib. 6. tit. 8. num.* 26. & ex eis dixit *Rota in Bononien. Professionis coram* Merlino, *decis. recent. par. 4. tom. 2. decis. 365. num. 2. 3. 6. & 8.* & refert etiam Bordon. *de Profess. Regular. in fine Operis, decis. 29.* ac Post jus *de manuten. decis. 164.*

1622. 14. Mar. —— Quemadmodum superioritatis & potestatis quasi possessio datur à Procuratore erga Filium, ita datur in Superioribus Religionum erga suos Subditos, Bart. *in l. cùm hæredes, §. item quæro, num. 2. ff. de acquir. possess.* ubi Aret. *prope fin.* Castr. *num.* 2. Alex. *num.* 2. & Angel. *in fine*: nec hujusmodi possessio amittitur, quamvis Religiosus resiliret, & ab alio detineatur, nec animum habeat revertendi, dummodo tamen Superiores continuaverint animo eorum obedientiæ fugitivum subiicere,

re, & sic possidere, quia velit, nolit, Religiosus obnoxius dicitur & constitutus in quasi possessione Monasticæ subjectionis, Bart. *in l.* 1. §. *per servum*, *il* 1. *num.* 2. & in subjectionis quasi possessione datur manutentio contra Subditum obedientiam Superiori recusantem, Abb. *in cap. suborta*, *num.* 2. *de sent. & re jud.* ubi Butr. *num.* 2. Zabarel. *in* 1. *oppos.* & ex eis dixit *Rota in d. Bononien. coram* eod. *ibid. num.* 11. 12. 13. & 17.

1622. 14. Mar. —— Pendente lite super invaliditate 2133
Transitus Religiosi de una ad aliam Religionem, secunda habet remedium possessorium & retinendæ, Canonistæ *in cap. licet*, ubi Innoc. *num.* 7. qui loquitur, quando transitus fuit ad arctiorem Ordinem, Jo: Andr. *num.* 11. *vers. sed apud quem*, Hostien. *num.* 16. *vers. sed apud Butr. num.* 10. & 11. Anchar. *num.* 13. & omnibus clariùs Abb. *num.* 15. *vers. quo ad secundum*, & optima ratione, quia secundum Monasterium est in quasi possessione & etiam rei partes sustinet, & ideo pendente judicio super validitate transitus, & an fuerit petita licentia, hujusmodi quasi possessio est manutenenda, ad §. *retinendæ instit. de interdict.* cum vulgar. & per dd. Canonistas, & præcipuè Hostien. *num.* 16. *vers. tu autem dicas*, *in d. cap. licet*, ut dixit *Rota in d. Bononien. coram* eod. *ibid. num.* 18. 19. & 20. ubi *num.* 32. *dictum fuit*, *quod* Religiosus transeundo ad aliam Religionem, dato quod ibi nulliter profiteatur, poterit revocari ad primam Religionem, Hostien. *in d. cap. licet*, *num.* 9. & 14. Butr. *num.* 13. Abb. *num.* 10. Zabarel. *num.* 3. Anchar. *num.* 12. vide tamen quoad hoc numer. seq.

1622. 14. Mar. —— Religiosus transeundo ad secun- 2134
dam Religionem arctiorem, etiam non petita venia, nequaquàm revocari poterit ad primam Religionem, Gloss. *in cap. licet*, *in verb. licentiam*, & ibi Goffred. Petr. & Abb. antiq. & ead. Gloss. *in cap. sanè*, *de Regul.* Carolus Tap. *in Auth. ingressi*, *cap.* 9. *num.* 21. & *seqq. C. de Sacros. Eccles.* qui loquitur de

Militibus Religiosis, D. Antonin. *in Sum. 2. par. 1. tit. 11. cap. 2. §. 9. vers. hoc autem videtur*: Bernabitarum autem Religio est perfectior & arctior Hierosolymitana Militia, quia illa incumbit prædicationi, doctrinis, & vitæ contemplativæ, qui sunt gradus altissimæ perfectionis; hæc autem tanquàm Militaris, vitæ activæ tantùm insudat, ut in terminis D. Thom. 2. 2. *qu.* 188. *art.* 3. *in corp.* & ideo illa dicitur omninò perfectior secundùm eundem *d. q.* 188. *art.* 6. S. Antonin. *in Sum. par.* 4. *tit.* 16. *cap.* 4. *ante fin. vers. non ergo*; est etiam arctior, quod ad hunc effectum attenditur secundùm Canonistas, ut per Less. *de Just. & Jur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 15. *num.* 101. Sanchez *super Decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 21. quia ibi durior & asperior est vivendi ratio, quàm in Hierosolymitana Militia, ex quo dignoscitur, quod est arctior, Jo. Andr. *in cap. sanè, num.* 8. *post med. de Regul.* Sanchez *loc. præalleg.* & in terminis, quod Religiones Claustrales ad hunc effectum transeundi ad illas, sint arctiores Militaribus Religionibus, notat Carolus Tapias *in Auth. ingressi, cap.* 9. *num.* 21. *C. de Sacros. Eccles.* & ex eis dixit *Rota in d. Bononien. coram* eod. *ibid. à numer.* 33. *usq. ad* 37. 1133

1622. 14. Mar. —— Ubi Religiosus transivit ad arctiorem Religionem majoris devotionis spiritus impulsu, tunc non est imputandum id inobedientiæ, sed consuetudini, cùm passim Milites Hierosolymitani in hoc non secus ac Sæculares, nulla petita veniâ à Magno Magistro vel alio Superiore, se conferant & recipiantur in Ordinibus Claustralibus & signanter PP. Theatinorum, Carmelitarum Discalceatorum, Capuccinorum, & aliorum sedulò humilitatis & obedientiæ virtutibus incumbentium, quia ubi spiritus Dei est, ibi libertas, & quæ Dei afflatu aguntur non sunt sub lege, quia lex non est posita justo, ut *in cap. licet, in princ.* Religiosus autem transeundo ad arctiorem Religionem, si ibi moretur & profiteatur cum scientia primi Superioris, 1135

tis, censetur concessa licentia ab eo manendi in secunda Religione, Felin. *in cap. sicut, num. 29. vers. simile, de re judic.* & pulchrè Soccin. Sen. *cons. 270. num. 3. vers. sed si rectè, lib. 2.* & in *l. 1. §. sed per servum, num. 14. ff. de acquir. possess.* Religiosus denique insalutato Superiore, si transeat ad aliam Religionem, potest propria auctoritate à secunda resilire & primæ se restituere, Sanchez *super Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 89. 96. & 98.* Abb. *cons. 95. per tot. lib. 1.* & ex eis dixit *Rota in d. Bononien. coram* eod. *ibid. num. 41. & seqq.*

1622. 5. Apr. —— In Domo Regulari Pragensi Fratrum Minorum Conventualium Ordinis S. Francisci unum Collegium Studii sub invocatione S. Bonaventuræ perpetuò erigitur cum uno Regente & duodecim Baccalaureis seu Collegialibus ejusdem Ordinis Professoribus, nec non cum omnibus & singulis Privilegiis Collegio S. Bonaventuræ ejusdem Ordinis de Urbe concessis. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 21. quæ incipit* In supereminenti. ¶ Vide supra, 1620. 10. Jul. 2136

1622. 18. Apr. —— Omnia & singula Privilegia tam spiritualia quàm temporalia Ordini Sanctissimæ TRINITATIS de Redemptione Captivorum, illiusque Ecclesiis, Superioribus, Fratribus, Monialibus, Sororibus, & Personis, nec non Domibus ac Locis, Bonis & rebus quibuscunque concessa (dummodo in usu sint, nec revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, & Sacri Concilii Tridentini Decretis & Constitutionibus ac Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis Regularibus Institutis non adversentur) perpetuò confirmat & approbat *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 22. quæ incipit* Injuncti. 2137

1622. 18. Apr. —— Servus Dei Petrus de Alcantara, Ordinis Minorum Strictioris Observantiæ Discalceatorum Professor, & Provinciæ S. Josephi in Regno Castellæ Fundator, declaratur Beatus cum 213

permissione Officii & Missæ pro die decima nona Octobris, prout declarat & respectivè permittit *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 23. *quæ incipit* In Sede Principis Apostolorum. ¶ Vide Canonizationem, infra 1670. 11. Maii.

1622. 24. Maii. —— Constitutio Pauli Quinti (de qua supra, 1616. 6. Julii) ubi prohibetur, ne in actibus publicis asseratur, Beatam Virginem conceptam fuisse in peccato originali, extenditur & ampliatur ad privata colloquia & scripta, & ideo præcipitur omnibus & singulis in dicta Constitutione Paulina contentis, ne de cætero (donec aliter fuerit ordinatum) neque etiam in sermonibus & scriptis privatis audeant asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec de hac opinione affirmativa aliquo modo agere seu tractare, exceptis tamen quibus à Sede Apostolica fuerit super hoc specialiter indultum: Per hoc tamen Sanctitas sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei ullum prorsus præjudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu & terminis in quibus reperitur, præterquàm quoad in supradicto Pauli Quinti & suo Decreto dispositа: In reliquis omnibus ubi hujusmodi Decretis non adversantur, Constitutiones Sixti Quarti & Alexandri Sexti ac Pii Quinti & Pauli Quinti super Conceptione Beatissimæ Virginis remaneant firmæ & illibatæ: Insuper in Sacrosancto Missæ Sacrificio ac Divino Officio celebrandis tam publicè quàm privatim, non alio quàm Conceptionis nomine uti debeant Ecclesiastici tam Sæculares quàm cujusvis Ordinis & Instituti Regulares, & Contravenientes subjacere debeant censuris & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus & Decreto ipso facto incurrendis: & contra hujusmodi transgressores etiam Regulares cujusvis Ordinis & Instituti etiam quomodolibet exemptos tam Episcopi & Prælati Superiores ac alii Ordinarii locorum quàm hæreticæ pravi-

pravitatis Inquisitores procedant & puniant, *Congregat. Inquisit. coram Gregorio XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 29. *quæ incipit* Sanctissimus, *& referunt etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 7. *num.* 54. *pag. mihi* 163. Flavius Cherubin. *in append. ad Compend. Bullar. pag.* 18. Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 3. *tract.* 6. *quæst.* 17. *num.* 3. ac Gavant. *in Man. Episc. pag.* 209. *Constit.* 5. ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra 1633. 14. Apr. ¶ Vide etiam infra, 1622. 28. Jul.

1622. 8. Jun. —— Omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis, qui Ecclesias Societatis JESU vel earum aliquam in Sancti IGNATII ultima Julii ac S. Francisci Xaverii secunda Decembris mensium celebrari solitis festis diebus, à primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi, singulis annis devotè visitaverint, quo die prædictorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam perpetuò concedit *Gregorius XV. in Constit. quæ incipit* Splendor, *in Corpore Institutor. d. Societ. tom* 1. *pag. mihi* 172. ¶ Notandum, quod Indulgentiam cum Festo S. Francisci Xaverii in diem tertiam dicti Decembris transtulit Alexander VII. anno 1663. 18. Jul. *ibid. Constit. quæ incipit* Cùm sicut, *pag.* 233. & habetur etiam *in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 144. ¶ Vide infra, 1638. 2. Dec. 2140

1622. 20. Jun. —— Confraternitates Laicorum in Ecclesiis Regularium exemptorum institutæ subsunt jurisdictioni & visitationi Episcopi, atque ab eo visitari possunt, nedum ipsæ Confraternitates sed etiam Capellæ iplarum, in his tamen quæ Confraternitatum administrationem respiciunt, ut respondit *Congregat. Concil. in Nucerina Paganorum, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Visitatio Ordinaria, *num.* 1. *vers. Amplia* X. 2140

1622. 22. Jun. —— Sacra Congregatio Sanctæ Ro- 2142

manæ Ecclesiæ Cardinalium & Prælatorum ac Regularium Virorum de Fide Catholica propaganda erigitur, ut in unum congregati in commune consulant, tantæque rei cum Papa invigilent, ac tam sancto & Divinæ Majestati maximè grato operi (quanto melius fieri poterit) incumbant: quod ut commodiùs præstari possit, semel coram Sanctitate Sua ac bis saltem in Domo antiquioris eorum Cardinalium quolibet mense congregentur, omnia & singula negotia ad Fidem in universo Mundo propagandam spectantia cognoscant & tractent, & graviora quæ in prædicta Domo congregati tractaverint, ad Summum Pontificem referant, alia verò per seipsos decidant & expediant pro eorum prudentia: Missionibus omnibus ad prædicandum & docendum Evangelium & Catholicam Doctrinam superintendant, Ministros necessarios constituant & mutent. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 26. quæ incipit* Inscrutabili.

1622. 2. Jul. — Omnes & singulæ gratiæ ac concessiones quæcunque spirituales & Ecclesiasticæ, tam ad forum interius quàm ad exterius spectantes, ac tam ad supplicationem partium quàm motu & scientia & potestatis plenitudine à Sede Apostolica, quæ tamen vivæ Vocis Oraculo quibusvis Collegiis, Capitulis, Ordinibus tam Mendicantium quàm non Mendicantium, Societatibus etiam Societati JESU, ac Congregationibus quibuslibet, sive eorum vel earum quocunque nomine nuncupatis Superioribus etiam quomodolibet exemptis aut quovis Privilegio munitis, non tamen ad supplicationem Regum concessæ, in iis videlicet quæ non sunt sortita effectum, revocantur & annullantur, firmis tamen & in suo robore permanentibus omnibus Indultis & aliis concessionibus prædictis, vivæ Vocis Oraculo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ad ipsorum vel aliorum quorumcunque favorem, propria Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium manu firmatis, pro ipsis vel aliis factis, & de quibus iidem

San-

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales testimonium in scriptis præbuerunt. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar: Rom. tom. 3. Constit. 27. quæ incipit* Romanus, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 3. ejusd. Pontific. pag. mihi* 260. Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 54. pag.* 164. & Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. tract. 16. qu. 1.* ac Novar. *Comment. 43. num. 1. par. 2. pag.* 298. ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra 1633. 14. Apr. ¶ Vide etiam infra, 1625. 2. Apr. & 1631. 20. Dec. ac 1635. 11. Apr.

1622. 2. Jul. —— Constitutio Clementis Octavi (de qua supra, 1596. 26. Julii) quoad Italos in loca Hæreticorum proficiscentes & in eis habitantes confirmatur & innovatur: Insuper, ne ullus Hæreticus in Locis Italiæ & Insularum adjacentium, neque etiam sub commercii, mercimonii, aut alio quovis prætextu domicilium contrahere, seu Domum apertam habere propriam vel conductam aut gratis concessam, seu habitare aut morari possit, prohibetur ac respectivè statuitur: Contra prohibitioni autem ac statuto & huic ordinationi non parentes seu contravenientes, juxta formam Juris procedatur, & puniantur: Et simili modo eos, qui hæreticos prædictos receptaverint ac eis quoquo modo auxilium præbuerint, uti fautores & receptatores hæreticorum puniri jubet *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 28. quæ incipit* Romani, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 54. pag. mihi* 160. ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra 1633. 14. Apr. 2144

1622. 4. Jul. —— Omnibus utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Ordinis Fratrum S. Francisci de Observantia etiam Reformatorum ubique existentibus in secunda die mensis Augusti à primis Vesperis usque ad occasum Solis 2145

diei hujuſmodi ſingulis annis devotè viſitaverint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam & remiſſionem (præſentibus perpetuò valituris) miſericorditer in Domino concedit *Gregorius XV. in Conſtitut. quæ incipit* Splendor Paternæ Gloriæ, *apud* Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Indulgentiæ, *pag. mihi* 290.

1622. 19. Jul. —— Novitiis majores viginti annis non debent habitare cum aliis in Novitiatu communi, ſed ſeparatim in Profeſſorio ſub cura Magiſtri particularis, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Tertii Ordinis, apud* Nicol. *in Floſculis, verbo* Novitius, *num.* 8.

1622. 26. Jul. —— Patres Commiſſi Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, qui in Capitulis generalibus intervenient, localiter commorati ſint in eadem Provincia per tres annos continuos immediatè præcedentes Capitulum Provinciale, in quo eligendi ſunt ut ad prædicta Capitulo Generalia mittantur. *Hippolytus Card. Aldobrandinus Ordinis Protector, de mente & ſpeciali mandato Gregorii XV. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. in additam. ad Conſtit. cap.* 11. *num.* 17. *pag. mihi* 371.

1622. 28. Jul. —— Omnibus & ſingulis Ordinis Prædicatorum Fratribus licentia conceditur, ut de cætero in quibuſcunque privatis eorum colloquiis ſeu conferentiis, inter ſe dumtaxat & non inter alios aut cum aliis, de materia Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis differere & tractare, abſque ullo pœnarum in Decretis ſuprapoſitis & editis 1616. 6. Jul. & 1622. 24. Maii contentarum incurſu, liberè & licitè poſſint & valeant: & ideo Fratres præfatos à quoquam quavis auctoritate deſuper moleſtari aut perturbari vel inquietari non poſſe aut debere decernit *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Conſtit. quæ incipit* Eximiis, *ſtatim poſt Conſtitut.* 29. & referunt etiam Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 3. *allegat.* 105. *num.* 58. ac Gavant. *in Manuali Epiſc. poſt Conſtit.* 5. *pag. mihi* 211.

3. Aug.

1622. 3. Aug. —— Regulares tam Monachi quàm Fratres quorumcunque Ordinum etiam Mendicantium, in Funerum assóciatione & Processionibus ac aliis hujusmodi publicis actibus non debent Canonicos aut Rectores vel Clericos sæculares præcedere, neque cum eis mixtim incedere, & ita ubique locorum in Regnis Hispaniarum perpetuò observetur: Clerus etiam sæcularis in omnibus Locis etiam in propriis Ecclesiis & Conventibus Fratrum, Monachorum, & Religiosorum quorumcunque in universo Regno Castellæ & Legionis præferatur ac præcedere debeat, juxta tenorem Litterarum Clementis VIII. editarum 1601. 20. Febr. & 1603. 5. Novembris, quas confirmat & Executores deputat *Gregorius XV. apud* Barbos. *de potest. Episc. tom. 2. in fine, Constit. 49. quæ incipit* Aliàs, *pag. mihi* 71. 2149

1622. 11. Aug. —— Omnia & singula Privilegia Fratribus Minimis Ordinis S. Francisci de Paula & eorum Domibus Regularibus ac Ordini eidem per quoscunque Romanos Pontifices concessa (dummodo sint in usu, nec revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, & Sacris Canonibus ac Concilii Tridentini Decretis & Constitutionibus Apostolicis non adversentur) approbat & confirmat, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit *Gregorius XV. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 1. quæ incipit* Injuncti, *pag. mihi* 257. 2150

1622. 17. Aug. —— Constitutio Clementis Octavi (de qua supra, 1603. 23. Julii) quoad novam Locorum Regularium constructionem innovatur & in usum reducitur: Insuper de cætero Conventus Regularium cujuscunque etiam Mendicantium Ordinis vel Societatis & Instituti nullibi erigatur, nisi in eo saltem duodecim Fratres seu Monachi inhabitare & sustentari valeant, ac Priores seu Procuratores aliorum Conventuum aliarum Religionum non solùm in prædictis sed etiam in illis per quatuor millia passuum circumvicinis Locis vocati & auditi fuerint ac tali 2151

tali erectioni consenserint; vel aliàs Ordinariis locorum constiterit, Religiosos Conventus Regularis sic erigendi absque detrimento Religiosorum in Monasteriis antea erectis degentium in numero duodecim commodè ali posse: Si verò novi Conventus instituendi erunt, nullique alii Regulares inibi reperiantur, Ordinarii locorum nihilominus diligenter inquirant, an locorum incolæ & habitatores (quorum & consentus requirant & adhibeant) hujusmodi duodecim Religiosos in dictis Conventibus instituendis commodè manutenere valeant: Si verò à Decretis per Ordinarios prædictos ferendis in hujusmodi Causis legitimè appellari contigerit, ex ea die qua appellatio interponetur, ea ad Sacram Congregationem unà cum toto negotio principali devoluta censeatur, & hujusmodi appellatione pendente, nihil innovetur sub pœna nullitatis. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 31. quæ incipit* Cùm aliàs, & *referunt etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 17. quæsito 1. num. 12.* & iterum *de Jure Abbatissar. disput. 33. quæsito 1. num. 4. pag. mihi 198.* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 6. hujus Pontific. pag. 274.* Barbosa *de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag. 42.* Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. par. 2. tract. 1. qu. 14. num. 6.* Murga *de Benefic. qu. 8. num 62. pag. 675.* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 290.* Novar. *Comment. 87. num. 2. par. 2. pag. 398.* Lezana *in Sum. qq. Reg. cap. 9. num. 35. pag. 46.* ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in fine, pag. 414.* ¶ Quoad duodecim Fratres manutenendos, vide infra 1625. 21. Jun. ¶ Quoad verò Conventuum erectionem, vide etiam infra 1624. 28. Aug. 162

1622. 23. Aug. —— Omnia & singula Privilegia Congregationi Lateranensi Canonicorum Regularium de Ordine S. Augustini quomodolibet concessa (dummodo tamen sint in usu, nec revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, Sacrisque Canonibus & Concilii Tridentini Decretis ac Pon-

Pontificiis Constitutionibus non adversentur) approbantur & confirmantur: Præterea eidem Congregationi Lateranensi conceditur, ut omnibus gaudeat & singulis Privilegiis spiritualibus & temporalibus, quibus tam Congregatio Cassinensis Ordinis S. Benedicti quàm Congregatio Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononiensis fruuntur & fruentur, dummodo similiter sint in usu, &c. ut supra. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 33. quæ incipit* Injuncti, *& referunt etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 18. quæsito 3. num. 1. pag. mihi 263.* ac Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 385.*

1622. 30. Aug. —— Constitutio Pii Quarti (de qua supra 1561. 16. Apr.) quoad sollicitationem in Confessione approbatur, & ad quasvis Christiani Orbis partes extenditur inviolabiliter observanda: Præterea omnes & singuli Sacerdotes tam Sæculares quàm quorumvis etiam exemptorum Ordinum Regulares quovis privilegio muniti, qui Personas ad inhonesta sive inter se sive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis Confessionis, sive ante vel post immediatè, seu occasione vel prætextu Confessionis hujusmodi, etiam ipsa Confessione non secuta, sive extra occasionem Confessionis in Confessionario aut in loco quocunque ubi Confessiones Sacramentales audiantur seu ad Confessionem audiendam electo, simulantes ibidem Confessiones audire, sollicitare vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos & inhonestos sermones sive tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquisitionis severissimè puniantur. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 34. quæ incipit* Universi, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 4. hujus Pontific. pag. mihi 261.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 53. pag. 152.* Gavant. *in Man. Episc. in fine Operis, Constit. 7.* Novar. *Comment. 120. numer. 1. par. 2. pag. 463.* ac Felix Potest. *in Exam. Confessar. tom. 2. par. 3. cap. 1. num. 483.* 2153

pag.

pag. 570. ¶ Hæc Conſtitutio eſt una ex legendis à Regularibus, prout infra 1633. 14. Apr.

1622. 30. Aug. —— Omnes hæreticæ pravitatis Inquiſitores & locorum Ordinarii totius Orbis Chriſtiani, in ſuis quiſque Diœceſibus & Territoriis, etiam privativè quoad omnes alios, ſpecialiter ac perpetuò Judices delegantur, ut in materia ſollicitationis in Confeſſionibus contra hujuſmodi Confeſſarios ſimul vel ſeparatim in omnibus, prout in Cauſis Fidei, diligenter inquirant & procedant, & quos culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate & circumſtantiis, ſuſpendentes ab executione Ordinis, privationis Beneficiorum vel Dignitatum aut Officiorum quorumcunque ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis activæ & paſſivæ ſi Regulares fuerint, exilii vel damnationis ad triremes & carceres etiam in perpetuum ac alias pœnas decernant, eos quoque (ſi pro delicti enormitate graviores pœnas meruerint) debita præcedente degradatione, Curiæ Sæculari puniendos tradant: Facultas etiam datur Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus generalibus Inquiſitoribus, teſtibus etiam ſingularibus concurrentibus & præſumptionibus ac indiciis & aliis adminiculis, delictum probatum eſſe arbitrio ſuo judicandi & Curiæ Sæculari reum tradendum eſſe pronunciandi: Omnibus denique Confeſſariis mandatur, ut ſuos Pœnitentes ab aliis ſollicitatos moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes Inquiſitoribus ſeu locorum Ordinariis prædictis, aliter pro modo culpæ illos punire non negligant iidem locorum Ordinarii & Inquiſitores. *Gregorius XV. apud* eoſdem, *ibidem*.

1622. 30. Aug. —— Omnibus & ſingulis Congregationis Jeſuatorum S. Hieronymi ſub Regula S. Auguſtini Fratribus, qui à locorum Ordinariis approbati fuerint, conceditur, ut in Parochialibus Eccleſiis Domorum Regularium ipſius Congregationis dumtaxat liberè & licitè valeant Parochianorum earumdem Eccleſiarum Sacramentales Confeſ-

ſiones

siones audire, ac illis auditis possint injungendam absolutionem impendere salutarem, prout facultatem impartitur *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 35. quæ incipit* Ex injuncto. ¶ Vide infra, 1641. 20. Nov.

1622. 31. Aug. —— Provincia S. Augustini Fratrum Recollectorum Discalceatorum de Ordine Eremitarum dicti S. Augustini Hispaniarum (de qua supra, 1602. 11. Febr.) ob plures tractu temporis erectos Conventus, in quatuor Provincias, videlicèt S. Augustini in Regno Castellæ novæ & veteris, Beatæ MARIÆ de Pilar in Regnis Aragoniæ & Cathalauniæ, B. Thomæ de Villanova in Regnis Valentiæ & Bethicæ, ac S. Nicolai de Tolentino in Indiis Philippinis dividitur, per quatuor Provinciales regendas, omnesque istæ quatuor Provinciæ in unam Congregationem Fratrum Discalceatorum S. Augustini nuncupandam & per unum Vicarium Generalem gubernandam, sine præjudicio superioritatis Prioris Generalis dicti Ordinis, perpetuò eriguntur, cum omnibus & singulis Privilegiis quomodolibet concessis eisdem Fratribus, aliisque Indultis quibus alii Ordinis S. Augustini Fratres fruuntur, dummodo sint in usu, nec revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacri Concilii Decretis & Constitutionibus Apostolicis non adversentur: Plura denique Decreta pro felici hujus novæ Congregationis regimine in ejus Capitulo generali edita approbat & confirmat *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 36. quæ incipit* Ad Sacram. 2156

1622. 2. Sept. —— Qui ingreditur intus Ecclesias seu Eremos Camaldulensium Montis Coronæ in Regno Neapolis cum armis cujusvis generis in diebus festivis, in quibus illuc Mulieres etiam ingredi possunt, incurrit pœnam Excommunicationis latæ sententiæ. *Gregorius XV. in Brevi, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. num. 202. in fine, pag. 220.* 2157

14. Sept.

1622. 14. Sept. —— Abbati Sacri Monasterii Cassinensis facultas conceditur deputandi Monachum idoneum in Archivistam ac Notarium Apostolicum pro legalitate Scripturarum Archivii ejusdem Monasterii, eumque destituendi, prout concedit *Gregorius XV. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 485. quæ incipit* Exponi, *& confirmat Urbanus VIII. anno 1626. 31. Mar. ibid. Constit. 489. quæ incipit* Piis.

1622. 19. Sept. —— Omnibus & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus & confessis ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis tam Domorum Fratrum Ordinis Carmelitarum Discalceatorum quàm Monasteriorum Monialium ejusdem Ordinis ubique existentibus, die festo S. Theresiæ à primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & Remissionem perpetuò concedit *Gregorius XV. in Constit. quæ incipit* Splendor Paternæ Gloriæ, *apud* Yepes *in ejus Vita*.

1622. 24. Sept. —— Nullibi est permittendum, quod Fratres etiam Mendicantes eleemosynas quærant per alios quàm per sui Ordinis Religiosos vel Oblatos, nisi de licentia speciali Sanctissimi, ut respondit *Congregat. Concil. in Polinianen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. de sent. excomm. nu. 171. vers. Item, pag. mihi 206.* & iterum *in Flosculis, verbo* Eleemosyna, *num. 23.*

1622. 24. Sept. —— Licet Episcopo visitare Monasteria Monialium Regularibus subjectarum, & singulas Moniales absque interventu Regularium alloqui in concernentibus Clausuram, ut censuit *Congregatio Concil. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 13. de Clausura Monialium, num. 12. pag. mihi* 141.

1622. 27. Sept. —— Cùm Clerici Regulares Societatis JESU inter alia quæ exercent opera, peculiare illud institutum, juxta Vota per eos emissa, sum-

summa pietate & diligentia amplectantur, ut nimirum Pueros & adultos quoscunque ubique Catholicæ Fidei rudimenta & Christianas omnes virtutes accuratè doceant, ideo eis ac aliis cooperantibus cum eisdem docentibus & Christianam Doctrinam promoveantibus Indulgentias concedit *Gregorius XV. in Constit. quæ incipit* Pietatis, *In Corpore Institutor. d. Societat. tom. 1. pag. mihi* 173.

1622. 15. Oct. —— Congregationi Clericorum Regularium Paupertum MATRIS DEI Scholarum Piarum & ejus Personis conceditur, ut omnibus & singulis gaudeant Privilegiis tam spiritualibus quàm temporalibus, quibus Ordines Mendicantes & eorum Personæ ac Loca Regularia quomodolibet fruuntur & fruentur, dummodo tamen sint in usu, & non revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, nec Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis aut Constitutionibus Apostolicis repugnent, prout concedit & communicat *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. quæ incipit* Ad uberes, *statim post Constitut. 14. hujus Pontific.* & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 4. num. 30. pag. mihi* 131. & iterum *disput. 17. quæsito 1. num. 47. pag.* 254. ac Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit.* 386. 21

1622. 19. Nov. —— Missæ certis Regularibus concessæ, non possunt ab aliis dici, etiam in ipsorum Regularium Ecclesiis, prout declaravit *Congregatio Rituum in principio Missalis Romani*, & referunt etiam Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Can. lib. 3. tit. 41. de celebrat. Missar. sub numer. 16. pag. mihi* 131. ac Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom. 1. par. 4. tit. 16. pag.* 214. 2164

1622. 9. Dec. ——. Monachus in Monasterio capaci successionis gaudet beneficio Statuti excludentis fœminas propter Masculos, & ex dicto Statuto masculorum Religiosorum in Religione capaci succedere exclusis Fœminis, tradit Bald. *in l. cunctos populos, num. 55. vers. includitur in isto beneficio, C. de sum. Tri-* 2165

Trinit. & Fid. Cathol. Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 25. vers. exemplum, dicit statutum, de Constit.* cum aliis innumeris citatis à *Rota in Bononien. Successionis coram* Ubaldo, *decis. recent. par. 4. tom. 2. decis. 438. num. 3. & 4.* ubi *num. 30. & 31. dictum fuit, quod* Monachus si sit originarius alicujus Civitatis, & in ea inhabitet, non potest dici forensis, Castr. *cons. 292. num. 3. lib. 1.* Bart. *in l. 1. num. 10. & seqq. ff. de municipal.* Alex. *cons. 34. num. 5. lib. 1.* Dec. *cons. 661. num. 5.* & facit regula, quod Monachi habitantes in loco, possunt (si volunt) uti beneficio Statutorum laicorum, ut Castr. *loc. citat.* Rimin. jun. *cons. 15. num. 97. & seq. lib. 1.* Plot. *in tract. in litt. ignoran. §. 52. num. 8.* quia etiam in Monacho professo viget ratio conservandæ agnationis, saltem donec vivit, cùm sit de agnatione & retineat jura sanguinis.

1622. 30. Dec. —— Omnes & singulæ licentiæ legendi & habendi Libros quoscunque ob hæresim vel falsi dogmatis suspicionem vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuscunque Personis quomodocunque concessæ revocantur & annullantur: Quinimo Libros per licentias hujusmodi permissos legentes aut habentes incurrunt pœnas jam impositas: Et ideo ii, qui Libros prohibitos habuerit, eos ad Episcopum seu Inquisitorem comburendos deferat; & qui aliquos similes Libros prohibitos habere scierint, eos denunciare teneantur; neque de cætero similes licentiæ nisi à Congregatione Sancti Officii, quæ singulis hebdomadis coram Papa haberi solet, concedantur. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 40. quæ incipit* Apostolatus, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 53. pag. mihi 166.* ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra 1633. 14. Apr.

1623. 7. Jan. —— Quando Clericus Sæcularis idoneus pro Theologali Præbenda non reperitur, collatio illius suspendenda est, donec inveniatur idoneus

neus Theologus Sæcularis cui conferri possit: & interim nullus est deputandus Custos aut Curator fructuum ipsius Canonicatus, sed hi omnes tradendi Superiori alicujus Ordinis, qui curet ut aliquis Theologus ex suis Regularibus publicè in Cathedrali Ecclesia Sacram doceat Scripturam, prout mandatur Decreto Concilii Tridentini *cap.* 1. *sess.* 5. *de reform.* eique in primis necessaria administret, & quod reliquum fuerit, in usum Monasterii convertat, ut Decreto generali resolvit *Congregatio Concil. apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom.* 4. *circa Constit.* 2. *Innocentii VI. sub num.* 38. *pag. mihi* 252. ¶ Vide supra, 1595. 20. Jun.

1623. 13. Jan. —— Constitutio prohibens tractatum electionis Abbatis & Generalis, non confirmatur, prout non confirmat *Congregat. Episcopor. & Regular. in una S. Benedicti Hispaniarum, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Electio, *num.* 4. 2168

1623. 3. Febr. —— Omnes & singulæ Paternitates & Præcedentiæ quibusvis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Fratribus ex Privilegio tam per Sedem Apostolicam quàm dicti Ordinis Superiores ex quacunque causa & sub quibuscunque verborum tenoribus & formis quomodolibet concessæ (salvis tamen & in suo robore remanentibus iis, quæ Fratribus prædictis ex dispositione Statutorum dicti Ordinis Apostolica auctoritate confirmatorum concessa sunt) revocantur & cassantur, & revocatas atque cassatas esse & fore decernit *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 41. *qua incipit* Pastoralis officii. 2169

1623. 3. Febr. —— Ordini Carthusienfi & illius Personis perpetuò conceditur, ut omnibus & singulis gaudeant Privilegiis tam spiritualibus quàm temporalibus, quibus quivis alii tam Mendicantium quàm non Mendicantium Ordines & illorum Personæ ac Loca Regularia fruuntur & fruentur, dummodo tamen sint in usu, & non revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, & Sacris Canonibus 2170

ac Sacri Concilii Tridentini Decretis aut Constitutionibus Apostolicis non repugnent, prout concedit & communicat *Gregorius XV. apud* Cherubin *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 42. *quæ incipit* Ad uberes, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 287.

1623. 23. Febr. —— Ecclesia Parochialis S. Pantaleonis de Urbe, quam antea Clericis sæcularibus MATRIS DEI (prout supra 1614. 13. Jun.) Paulus Quintus assignaverat, novæ Congregationi Clericorum Regularium Pauperum MATRIS DEI Scholarum Piarum (jam à dicto Paulo Quinto erectæ in Constitutione supra posita & edita anno 1617. 6. Mar.) conceditur perpetuò cum suis ædibus seu stantiis, ut ibi Missæ & alia Divina officia celebrari & decantari ac spiritualia exercitia per Clericos ipsius Congregationis fieri solita fieri possint, prout concedit & perpetuò assignat *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 3. *Constit.* 45. *quæ incipit* Regimini.

1623. 20. Mar. —— Regulares recedentes à Capitulo in termino præfixo ad eligendum congregato, majori parte perseverante, censentur voce renunciare, & habendi sunt ac si non venissent ad electionem, quia in Jure pro eodem accipitur, non venire in tempore debito, & non perseverare usque in finem, ut dixit *Rota in Cæsaraugustana Electionis coram* Coccino, *apud* Passerin. *de elect. canon. cap.* 11. *num.* 92. *pag. mihi* 228. ubi plura Jura, & DD.

1623. 6. Apr. —— Omnia & singula Monasteria Monachorum Cistercienſis Ordinis in Statu Ecclesiastico & Regno Neapolitano existentia, in unam Congregationem Regularem Romanam nuncupandam cum nonnullis conditionibus erigit & sine alicujus præjudicio instituit *Gregorius XV. in Constitut. quæ incipit* Sacrosancti, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *disputat.* 24. *quæsito* 5. *num.* 63. *pag. mihi* 409.

1623. 22. Apr. —— Erectio Novitiatus Fratrum Con-

Congregationis Jesuatorum S. Hieronymi sub Regula S. Augustini, nuper à Cardinale ejusdem Ordinis Protectore in Domo Regulari Ss. Joannis & Pauli de Urbe instituti, approbatur & iteratò erigitur: In novis Domibus Regularibus ejusdem Congregationis, ad quas infrascriptos Novitios professos mitti contigerit, Prior sive Lector eorumdem Novitiorum professorum constitui non possint absque expresso dicti Protectoris consensu, alioquin ab Officiis amoveantur & alii subrogentur: Eidem Ordinis Protectori conceditur una ejusdem Congregationis Domus Regularis sibi benè visa, quæ à sua auctoritate dependeat, in eamque Novitios in dicto Novitiatu educatos post annum circiter ab emissione Professionis mittat, in eisdemque Domibus Regularibus deputet Superiores cujusvis Patriæ seu Provinciæ Professores hujus Congregationis, & contra erectionem & institutionem Novitiatus hujusmodi aut Regularis Disciplinæ Observantiam introductam & introducendam quidquam attentare præsumentes, Excommunicationis & aliis arbitrio dicti Protectoris infligendis pœnis subiicit. *Gregorius XV. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 50. quæ incipit* Inter multiplices.

1623. 22. Jun. —— Omnes & singuli Regni Neapolitani Archiepiscopi & Episcopi ac alii inferiores legitimam facultatem habentes, antequam ad primam Tonsuram sive ad minores Ordines aliquem promoveant, Parocho seu alteri, cui magis expedire videbitur, committant, ut nominibus & desiderio eorum qui volunt promoveri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum Ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirant, & litteras testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum committentem quamprimùm transmittant, ut tam ex his quàm ex aliis ex Sacri Concilii Tridentini præscripto in *cap. 8. sess. 23. de reform.* adhibendis diligentiis sibi constet, promovendos illis qualitatibus esse 2175

præditos, quæ per Sacros Canones & idem Concilium requiruntur: Quod & observent in litteris dimissoriis concedendis, in quibus exprimatur præfatas diligentias præcessisse: Dictæ autem litteræ dimissoriæ uni tantùm & certo Ordinario ad electionem concedentis in posterum dirigantur, & pluribus directæ nullæ sint: Prædictaque inviolabiliter observentur, donec aliud fuerit ordinatum, ut censuit *Congregatio negotiis jurisdictionalibus ejusdem Regni præposita, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in fine, pag. mihi* 433. & antea referebat Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 2. quæsito* 30. *num.* 9. *pag.* 38. ¶ Vide tamen infra, 1626. 27. Jul.

1623. 22. Jun. —— Si quis verò contra formam præsentis Decreti fuerit in supradicto Regno Neapolitano ad primam Tonsuram sive ad minores Ordines promotus, ab executione collati & à susceptione superioris Ordinis perpetuò suspensus sit, & ulterius condignis pœnis puniatur: Ordinans verò vel Dimissorias concedens, ultra Divinam ultionem quam incurret, à collatione Ordinum per annum suspensus sit eo ipso: Præterea supradictis Ordinariis enixè injungitur, ut Decreta per Sacros Canones & Sacrum Concilium Tridentinum ac Apostolicas Constitutiones quoad delationem Habitus Clericalis & Tonsuræ ac servitium Ecclesiæ præstandum, ita curent per hujusmodi Clericos observari, & in eos qui contrafecerint statutis per ea pœnis animadvertere, ut ipsi nequeant de damnabili circa hæc negligentia redargui, ut censuit *ead. Congregat. apud eosdem, ibidem.*

1623. 28. Jun. —— Beneficiati & Clerici Beatæ MARIÆ del Pilar, habitantes extra Claustra, subduntur jurisdictioni Archiepiscopi Cæsaraugustani, qui est illorum Judex competens etiam pro delictis commissis in loco exempto, ut dixit *Rota in Cæsaraugustana Jurisdictionis coram* Manzanedo, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, decis.* 80.

1623. 1. Jul. —— Episcopo Perusino non licuisse nec

lice-

licere aliquid præcipere Priori Monasterii S. Petri de Perusio, sub pœna suspensionis a Divinis declarat *Congregat. Concil. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut. 486. quæ incipit* Cùm Sacra.

1623. 6. Aug. —— S. Philippum Nerium, Congregationis Clericorum Sæcularium Fundatorem, in Sanctorum Confessorum numerum retulit Gregorius Decimusquintus, ejusque Festum die vigesimasexta Maii celebrari jussit anno 1622. 12. Martii, sed eo morte prævento sine Bullæ expeditione, illam idcirco expedit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 2. quæ incipit* Rationi. 2179

1623. 6. Aug. —— S. IGNATIUM LOJOLÆ Societatis JESU Fundatorem in numerum Sanctorum Confessorum retulit Gregorius Decimusquintus, & ejus Festum die trigesima prima Julii celebrari jussit anno 1622. 12. Martii, sed eo morte prævento sine Bullæ expeditione, ideo eam expedit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 3. quæ incipit* Rationi, *& habetur etiam* in Corpore Institutor. d. Societ. *tom 1. pag. mihi 176.* 2180

1623. 6. Aug. —— S. Franciscum Xaverium è Societate JESU, Indiarum Apostolum, in Sanctorum Confessorum numerum retulit, ejusque Festum die secunda Decembris celebrari jussit Gregorius Decimusquintus anno 1622. 12. Martii, sed eo morte prævento sine Bullæ expeditione, illam modò expedit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 4. quæ incipit* Rationi, *& habetur etiam* in Corpore Institutor. d. Societ. *tom. 1. pag. mihi* 191. ¶ Hoc Festum die tertia ejusdem Decembris in Ecclesia universali celebrari mandat Alexander VII. anno 1663. 6. Sept. apud Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom. 2. sect. 7. cap. 2. num. 3. pag. mihi* 100. 2181

1623. 16. Oct. —— Regularium cujusvis Ordinis Generalibus ac aliis Superioribus præcipitur, ut Linguarum, videlicèt Hebraicæ, Græcæ litteralis & vulgaris, Arabicæ, Chaldaicæ, & Illyricæ Stu- 2182

dia instituant, institutaque conseruent, & ubi fieri poterit, ampliora efficiant, præcipuè Bononiæ, Patavii, Parisiis, Tholosæ, Valentiæ, Viennæ Austriæ, Ingolstadii, Coloniæ, Lovanii, Salamanticæ, Compluti, & denique in iis Monasteriis & Conventibus in quibus generalia & insigniora Regularium Studia erecta sunt. Regulares autem, qui ad Religionem in quacunque ætate recipientur, ad Dignitates ab eorum Superioribus non admittantur, nisi ultra Theologiæ studium & alia Religionum requisita, etiam per biennium unius. tem ex prædictis linguis operam dederint & eam sufficienter calluerint, super qua à Persona per Congregationem deputanda examinari debeant priusquàm ad dictas Dignitates assumantur: Quod si contra præsentis Decreti dispositionem ad Gradus admissi fuerint, Graduum collatio sit nulla, & Superiores qui transgressi fuerint, voce passiva sint perpetuò privati: Qui verò Linguis studebunt, iis potiantur Privilegiis, quibus gaudent Sacræ Theologiæ candidati: & qui per biennium uni ex prædictis Linguis operam dederint & eam sufficienter (experimento facto) calluerint, cœteris paribus in Religionis gradibus præferantur: Præcipitur denique, ut in singulis Capitulis Generalibus & Provincialibus hoc Decretum legatur, & super ejus observatione à Generalibus & Provincialibus ante soluta Capitula juretur, sub pœna privationis vocis activæ & passivæ, si alterutrum horum omittatur, ipso facto incurrenda, ut decrevit *Congregat. de propag. Fide, de mandato Urbani VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 3. num. 11. pag. mihi 319.* & refert etiam Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 291. qua incipit* Quoniam, *ac etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Decreta, *pag. 200.*

1623. 18. Oct. — Translatio Jurium super hæreditate Joannis Pizzuli, quam Fratres Conventus S. Andreæ de Frattis in Alma Urbe Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula fecerunt Fratribus Collegii

legii ejusdem Ordinis de Natione Calabrensi nuper per dictum Joannem in Regione Montium de Urbe instituti, confirmatur: Quod autem præfatum Collegium cum suis Bonis perpetuò à Religiosis dicti Ordinis ex Provincia Calabriæ tantùm & non ab aliis ex quacunque alia Provincia & Natione gubernetur & administretur, demandat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 6. *quæ incipit* Ex injuncto. ¶ Vide infra, 1624. 4. Dec.

1623. 23. Oct. —— Episcopi & eorum Vicarii Generales eligi possunt in Conservatores Regularium: Conservator autem deputandus est in Civitate vel Diœcesi ubi situm est Monasterium, atque ibi tantùm & non alibi potest idem Conservator procedere etiam in Causis Bonorum ac Membrorum ejusdem Monasterii extra ipsam Diœcesim existentium, ut declaravit *Congregat. Concil. in responsione ad Procuratorem Generalem Carthusiensium, apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *cap.* 11. *num.* 17. *pag. mihi* 370. 2184

1623. 17. Nov. —— Privilegium in limine fundationis in Ecclesia Conventuali probatur ex fama, & ideo datur remissoria ad probandam famam Privilegii; & negativa, quod non intervenerit dictum Privilegium, non probatur ex diligentia in registro, nec est necessaria probatio per scripturam, ut dixit *Rota in Albanen. Prioratus coram* Penia, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 7. *quæsito* 5. *num.* 12. 13. *&* 14. *pag. mihi* 68. ubi *num* 15. *ait, quod* Privilegium Apostolicum in limine fundationis vel donationis est necessarium, quando agitur de acquirendo Jurepatronatus in tota Ecclesia Conventuali; secus verò ubi agendum esset de Altari posito in ipsa Ecclesia, quia tunc sufficit consensus Regularium, ut dixit itidem *Rota in Segobien. Capellaniæ* 1625. 28. *Febr. coram* Ubaldo. 2185

1623. 20. Nov. —— Locorum Ordinarii, quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quoli- 2186

bet anno cuicunque Regulari, ut Moniales sibi in primo & secundo tantùm Consanguinitatis gradu conjunctas convenire & alloqui possint: id verò non aliter quàm servata ad unguem forma infrascripta, videlicèt, ut id nullo modo liceat diebus festivis, aut in Adventu, Quadragesima, Feria sexta, Sabbato, & Vigiliis: prædictaque licentia obtenta ab Ordinario & ab alio ad quem spectat eam concedere, consignetur Confessario ordinario Monasterii, qui penes se retinere debeat, isque associet & præsens sit, & Auscultatrices de more, non autem aliæ assistant: & dicta licentia pro die & hora certa & in scriptis concedatur, in Librisque Cancellariæ ejusdem Ordinarii adnotetur: Quod si prædicti locorum Ordinarii per plures vices vel in ulteriori gradu conjunctis aut aliter quàm servata forma supradicta licentias concesserint vel permiserint, sciant se intentionis Pontificis & Sacræ Congregationis transgressores, judiciumque reformident: Regulares autem pœnis in Decreto supra posito & edito 1590. 7. Maii contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent, eo ipso noverint esse addictos & severiùs puniendos arbitrio Sacræ *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. circa Constit. 6. Pii V. §. 1. num. 7. pag. mihi* 197. & referunt etiam Novar. *Commentar. 43. pag. mihi* 58. *par. 1. &* iterum *Commentar. 40. num. 15. par. 2.* Lezana *in Sum. Quæst. Regular. tom. 4. verb.* Moniales, *sub numer. 19. pag.* 417. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput. 26. quæsito 3. num. 1. pag.* 165. Barbosa *de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag.* 43. Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 4. tract. 6. quæst. 20. num. 2.* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 1. num. 16. pag.* 81. Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 5. num. 7.* ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. in fine, pag.* 434. nec non Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Allocutio, *sub num. 3.*

1623. 24. Dec. —— Administratio Ærarii & Thesauri Religionis Hierosolymitanæ non debet demandari per Capitulum ejusdem Religionis Magno

Ma-

Magistro, ut respondit *Congregat. Immunit. Eccles. in una d. Religionis, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Equites S. Joannis Hierosolymitani, *num.* 2.

1624. 10. Jan. —— Fratribus Minoribus Ordinis S. Francisci de Strictiori Observantia injungitur sub Excommunicationis latæ sententiæ ac privationis vocis activæ & passivæ ac quoad Superiores etiam suspensionis ab Officiis ipso facto incurrendis pœnis, quatenus Calepodia reassumere & Soleas ubique per totam Italiam deponere nec eas in posterum recipere debeant; ac insuper locorum Ordinariis itidem injungitur, ut in casu transgressionis Regulares Strictioris Observantiæ prædictos ad id cogant & compellant: Quò verò ad ejusdem Ordinis Fratres Recollectos Galliæ qui non deferunt Soleas sed Calepodia, cùm constet eos Capuccium aliquantisper acuminatum deferre, ideo Nuncio Apostolicæ Sedis in Regno Franciæ pro tempore existenti mandatur, ut opportunè curet quod omnino rotundum Capuccium & Mozzettam largiorem assumant: Præcipitur etiam, prædictos Fratres Strictioris Observantiæ non molestari, quod vilioribus & repetiatis pannis ac despecto colore utantur, sed sub eisdem pœnis eorum forma Habitus quoad Capuccium rotundum & Mozzettam latam ac Mantellum perpetuò protensum, sit & esse debeat Observantiæ Fratribus omnino conformis, prout pro pace inter Capuccinos & dictos Fratres Strictioris Observantiæ decrevit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 13. *quæ incipit*. In supremo. ¶ Vide tamen infra, 1624. 31. Mar. ac 1632. 31. Jul. 2188

1624. 12. Jan. —— Commendator Abbatiæ Regularis, si sit Presbyter vel Clericus sæcularis, non comprehenditur in Decreto de allocutione Monialium supra posito & edito 1590. 7. Maii, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Accessus ad Monasteria Monialium, *num.* 4. *pag. mihi* 11. 2189

22. Jan.

1624. 22. Jan. —— Congregationi Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis conceditur, quod deinceps in perpetuum illius Novitii pro tempore exiſtentes, ad Sacerdotium deſtinati dumtaxat (non autem Fratres Laici, nec illi qui jam in Presbyteros ordinati, Habitum Regularem ſuſceperint) poſt emiſſam ab eis ſolemnem Profeſſionem, in Domibus Novitiatuum, habitatione tamen ſeparata aut aliis Domibus diſtinctis, arbitrio Præfecti Generalis & illius Conſultorum pro tempore exiſtentium, donec & quouſque Presbyteri ordinentur, permanere & inibi (non obſtante Paupertatis Voto) ex redditibus & proventibus perpetuis earundem Domorum, perinde ac Novitii vivere liberè & licitè valeant. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Conſtit. 11. quæ incipit* Sacroſanctæ.

1624. 7. Febr. —— Ruthenis unitis ſivè Laicis ſive Eccleſiaſticis tam Sæcularibus quàm Regularibus & præſertim Monachis S. Baſilii non liceat de Græco ad Latinum Ritum quacunque de cauſa etiam urgentiſſima tranſire ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia, ut decrevit *Congregat. de propag. Fide, apud* Nicol. *in Floſculis, verbo* Græci, *num.* 4.

1624. 9. Febr. —— Monialibus exiſtentibus ſub regimine Minorum de Obſervantia conceditur Velum nigrum, modò illud recipiant privatim à ſuis Superioribus abſque ulla impenſa, prout concedit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in Florentina, apud* d. Nicol. *ibid. verb.* Velum, *num.* 5. ubi *num.* 6. *ait, quod* conceſſum etiam fuit Monialibus Tertiariis, modò ad illud deferendum non cogantur, ut reſpondit *ead. Congregat. in Fulginaten.* 1636. 25. *Jul.*

1624. 12. Febr. —— Una Militia *Chriſtiana* nuncupanda, ſub titulo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Immaculatæ, ac ſub Regula S. Franciſci, nec non ſub protectione Ss. Michaelis Archangeli & Baſilii, erigitur & inſtituitur ab uno Magno Magiſtro regenda, qui in ipſius Militiæ Capitulo eligatur & infra tres menſes à die ſuæ electionis computan-

tandos confirmationem à Sede Apostolica impetrare teneatur, cui etiam committitur Militum & Ministrorum numerus, cum obligatione quod omnes Habitum Militiæ gestent: Quilibet pro sua admissione ducenta Scuta aurea ad rationem duodecim Juliorum pro quolibet Scuto persolvat communi Ærario, Novitiatum in aliqua dictæ Militiæ Regulari Domo faciat, postea Castitatis Conjugalis ac Paupertatis & Obedientiæ Vota ac Professionem Fidei & Juramentum Fidelitatis emittat, omnesque contra Infideles & Fidei Catholicæ hostes militare teneantur: Ad Habitum seu Crucem ac Professionem dictæ Militiæ Nobiles & ingenuè nati Viri, etiam qui cum unicam, vel ea defuncta, cum altera tantùm muliere Virgine vel etiam Vidua conjugati sint vel fuerint & non aliàs absque dispensatione Apostolica, admittantur: seu ipsi Milites non conjugati, etiam dicta Professione emissa, Matrimonium cum unica vel ea mortua cum altera tantùm Virgine vel Vidua, absque simili dispensatione, contrahere possint. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *tom. 4. Constit. 12. quæ incipit* Imperscrutabilis, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 6. num. 12. pag. mihi* 440. ¶ Vide infra, 1624. 14. Nov. & 1625. 24. Maii.

1624. 12. Febr. —— Dicta Militia Christiana de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis habeat Mensam, Officium, Jurisdictionem, & Insignia consueta, ad instar aliarum ubivis institutarum: huic sic erectæ Militiæ assignantur pro ejus dote omnes pecuniæ ex receptione cujuslibet Militis provenientes, necnon alia Bona merè laicalia à quibusvis pro tempore elargienda, salva Constitutione Clementis Octavi, la 78. in Bullario Romano, tomo 3. & incipit *Romanum decet Pontificem*, edita anno 1601. 6. Julii: Militia ista & ejus Personæ ac Bona ab Ordinariorum jurisdictione exempta subiiciuntur immediatè Sedi Apostolicæ: Etiamsi dicti Milites Matrimonium cum unica, vel ea defuncta, cum alia 2154

alia Virgine vel Vidua contrahent, unam seu plures Pensiones annuas usque ad trecenta Scuta monetæ Romanæ recipere ac in suos usus convertere & unà cum Beneficiis quibuscunque dictæ Militiæ (quoad vixerint) retinere possint: Magnus Magister & Capitulum Statuta licita & honesta à Sede tamen Apostolica approbanda condere & mutare valeant, & sic approbata ligent omnes Milites Fratres Religiosos, & ad eorum observantiam etiam per Censuras & alias pœnas possint cogi & compelli. *Urbanus VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1624. 23. Febr. —— In Civitate Casalensi unum Collegium, in quo quatuordecim, scilicet duo è dicta Civitate, decem è Statu Montisferrati, & duo ex partibus Belgii, oriundi Juvenes recipiantur & manuteneantur, sub regimine & administratione Clericorum Regularium Congregationis de Somascha (sine tamen alicujus præjudicio) erigit & instituit *Urbanus VIII. in Constitut. quæ incipit* Inscrutabilis Divinæ Sapientiæ Providentia, *in Libro Privilegior. hujus Relig. pag mihi* 150.

1624. 27. Febr. —— Congregatio Gallica Fratrum Discalceatorum Ordinis Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum erigitur sub primitiva Regula: Unaquæque ex Domibus dictæ Congregationis (Fratribus capitulariter unitis, & monito prius Vicario Generali, si interesse velit) Superiorem sibi quolibet triennio eligat, cujus sint partes, ipsi Domui præesse & Capitulo Generali interesse ad electionem Vicarii Generalis, cui subjacere debent. *Octavius Cardinalis Bandinus, Ordinis Protector, de mandato Urbani VIII. in Constit. quæ incipit* Universæ, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 4. num. 75. pag. 333.*

1624. 7. Mar. —— Constitutiones Gregorii Decimitertii & Clementis Octavi ac Pauli Quinti (de quibus supra 1579. 3. Jun. & 1607. 4. Febr.) confirmantur & innovantur, adeo ut revocatis perpetuò Constitutionibus Gregorii Decimiquinti editis

1621.

1621. 24. Nov. & 1622. 7. Decembris, Fratres Minores Ordinis S. Franciſci de Strictiori Obſervantia Reformati de cætero ſub obedientia Miniſtri Generalis Minorum de Obſervantia ſeu de Familia degere debeant, cui etiam ſubiicitur Hoſpitium S. Iſidori nuper in Urbe inſtitutum pro Provinciis Reformatorum Diſcalceatorum Hiſpaniæ & Indiarum: In Capitulis autem tam Provincialibus quàm Generalibus Fratrum de Obſervantia ſeu de Familia iidem Fratres Reformati paſſivam, qui verò deputati ſeu electi fuerint in Capitulis Provincialiqus etiam activam vocem habeant: Prædictus Miniſter Generalis quemvis ex Reformatis hujuſmodi in alicujus Provinciæ Commiſſarium interdum ad ſui libitum deputare poſſit, & eos ex Reformatis qui ad illos de Obſervantia ſeu de Familia (habita utriuſque Superioris licentia) tranſire voluerint, admittere debeat, &c. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Conſtit. 14. qua incipit* Romanus.

1624. 7. Mar. —— In Capitulis Generalibus dicti Ordinis Minorum de Obſervantia ſeu de Familia in Italia celebrandis omnes Cuſtodes dictorum Reformatorum congregari poſſint ad Statuta condenda; & quando Capitula Generalia ſive Congtegationes hujuſmodi non celebrabuntur, Cuſtodes ſingulis trienniis in Alma Urbe cum aſſiſtentia Protectoris congregentur: Unus verò pro Regnis Neapolis & Siciliæ, & alter ex ipſis Reformatis Viſitatores pro reliquis Italiæ Reformationibus ab eiſdem Cuſtodibus eligantur de triennio in triennium, cum conſenſu Papæ & Protectoris: Miniſter Generalis contra Reformatos delinquentes procedere poſſit cum interventu Procuratoris eorundem Reformatorum ac majori parte Cuſtodum ſui Diſtrictus: Fratres denique Reformati ab eorum Conventibus, niſi cauſa in Definitorio illius Reformationis vel ab eodem Protectore probata, removeri minimè poſſint. *Urbanis VIII. apud* eundem, *ibidem*. 2198

10. Mar.

1624. 10. Mar. —— Episcopo non competit manutentio in exercitio jurisdictionis spiritualis ex sola assistentia juris communis, ubi inferior Prælatus probat se hujusmodi jurisdictionem in eisdem Locis exercuisse cum scientia & patientia Episcopi, nisi Episcopus clarè & concludenter probet, Loca sita esse intra limites suæ Diœcesis, Abb. *in cap. olim, sub num. 2. de cens.* Doct. *in cap. cum venerabilis, de Relig. Domib.* Anchar. *consil. 350. sub num. 5.* Paris. *consil. 95. lib. 2.* Surd. *consil. 429. sub num. 61. lib. 1.* Seraph. *decis. 1278. sub numer. 4.* & licèt adsint Testes, qui fuerunt in Visitatione cum Episcopo, ratio tamen non concludit, cùm enim ex dispositione Sacri Concilii Tridentini possint Episcopi uti Delegati Sedis Apostolicæ visitare omnes Ecclesias vicîniores, etiamsi sint nullius Diœcesis, *cap. 9. de reform. sess. 24.* inde sequitur ex actu, qui potest referri ad plures causas, non elici veram probationem, sed æquivocam, quæ in hoc casu non sufficit, Surd. *consil. 168. sub num. 33. lib. 2.* ut dixit *Rota in Nullius seu Aprutina Jurisdictionis coram* Dunozetto, *apud* Posth. *de manutenen. decis. 184. sub numer. 6. & 17. pag. mihi* 137.

1624. 21. Mar. —— Constitutio Pauli Quinti (de qua supra 1608. 25. Jun.) quoad eleemosynam pro sepeliendis in Ecclesiis S. Francisci de Observantia Indiarum Occidentalium & Orientalium confirmatur, sed novi deputantur hujusmodi Constitutionis Executores, Inquisitores scilicet hæreticæ pravitatis inibi commorantes, prout deputat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 23. qui incipit* Aliàs. ¶ Vide infra, 1638. 11. Mar. ac etiam 1672. 18. Jan.

1624. 29. Mar. —— Ut Privilegia eo firmiùs subsistant, quò sæpiùs à Sede Apostolica confirmata extiterint, ideo omnia & singula Indulta per quoscunque Romanos Pontifices Hospitali S. Joannis Hierosolymitani & illius Magno Magistro ac Conventui nec non Fratribus & Militibus ac aliis Personis quo-

quomodolibet concessa confirmat & approbat, illisque perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adiicit, ac omnes & singulos tam juris quàm facti defectus (si qui forsan intervenerint in eisdem) supplet *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 16. quæ incipit* Universalis Ecclesiæ.

1624. 31. Mar. —— Constitutio (de qua supra 1624. 10. Jan.) sic declaratur, ut scilicet Superiores Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Strictiori Observantia possint Fratribus suis senio confectis aut ita infirmis ut Calepodia deferre non valeant, licentiam concedere in Domibus Regularibus hujusmodi necnon in itinere dumtaxat (non autem in quæstuando) Soleas cum Calcaneo usque ad talos circiter, superiori autem pedis parte unica tantùm fascia usque ad digitos in circa coopertas deferendi, absque pœnarum & Censurarum incursu, & ideo præmissorum occasione nullo modo molestari possint. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. quæ incipit* Nuper cum Causa, *statim post Constit. 13. ejusd. Pontific.* ¶ Vide infra, 1632. 31. Jul. 2202

1624. 29. Apr. —— Licèt in Sabbato Sancto non possint Regulares ante Cathedralem seu Matricem pulsare Campanas, hoc tamen fallit, ubi Religiosi ex immemorabili consuetudine semper & continuò consuevissent ad libitum campanas pulsare, nulla habita ratione an prius fuerint pulsatæ in dicta Cathedrali seu Matrice, quia immemorabilis non est sublata à Constitutione Leonis Decimi supraposita & edita anno 1616. 19. Decembris, neque à Cæremoniali Clementis Octavi *lib. 2. cap. 27.* ut dixit *Rota in Calaguritana Juris pulsandi Campanas coram* Merlino, *& antea in eadem Causa* 1620. 17. *Febr. coram* Verospio, *ac etiam* 1619. 11. *Mar. coram* Dunozetto, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 28.* 2203

1624. 10. Maij. —— Cum in quadam Constitutione Gregorii Decimitertii edita anno 1622. 31. Martii super 2204

super divisione Provinciarum Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Reformatorum in Regno Siciliæ existentium contineantur quædam Clausulæ circa quarum interpretationem varia orta sunt dubia, videlicet, ut à Vocalibus Domorum Regularium cujuslibet Vallis & Custodiæ unus dicti Ordinis Professor in eadem Valle & Custodia oriundus in Custodem eligatur, nec non si Fratres ad aliam Vallem transire contigerit, in illa per decennium votum passivum habere nequeant, ac etiam super istius verbi *Oriundus* significatione cùm nonnulli inter eosdem Fratres reperiantur qui in dubium revocant, cujus ipsi Vallis sint: ideo prædictæ Clausulæ ad Constitutionum generalium ejusdem Ordinis dispositionem reducuntur & moderantur: quod autem ad verbum *Oriundus* spectat, unusquisque dictorum Fratrum in eisdem Vallibus ad præsens existentium, qui in ejus pacifica seu quasi possessione reperitur, effectu dictæ Constitutionis Gregorianæ gaudeat: posterioris verò dubii declarationem in Capitulo sive Congregatione Custodiali ad hunc effectum facienda fieri, atque de cætero usum & praxim dicti Ordinis servari debere statuit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 22. quæ incipit* Aliàs.

1624. 15. Maii. —— Habens usum Mitræ & Insignium Pontificalium, & nullius Diœcesis existens, imo habens jurisdictionem & cognitionem omnium Causarum & jus visitandi privativè ad quemcunque Ordinarium, & qui in Missis etiam privatis benedicit cum versu *Sit Nomen Domini, &c.* adinstar Episcoporum, non potest tamen benedicere Populo extra actum celebrationis, ut declaravit *Congregat. Rit. apud* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. post Constit. 16. §. 13. num. 152. pag. 397.* ex Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Benedictio, *num. 22. pag. mihi 15.*

1624. 29. Maii. —— Plura Statuta in Capitulo Generali Fratrum Minimorum Ordinis S. Francisci de Paula edita circa formam eligendi Patrem Generalem

lem totius Ordinis approbat & confirmat, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & singulos tam juris quàm facti defectus (si qui desuper intervenerint) supplet *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 18. qua incipit* Ut ea, quæ, & *refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. in additam. ad Constit. d. Pontific. cap. 12. Constit. 1. pag. mihi* 374.

1624. 8. Jun. —— Sacerdotes Sæculares & Regulares Ordinis Hierosolymitani Curam Animarum Personarum sæcularium exercentes, in iis quæ ad dictam Curam & Sacramentorum administrationem pertinent, subsunt in omnibus jurisdictioni & visitationi ac correctioni Episcopi: nec potest etiam quicunque ad nutum amovibilis ad eandem Curam à Commendatore deputari, nisi de ipsius Episcopi consensu ac prævio Examine per eum vel ejus Vicarium faciendo, non obstantibus Privilegiis quibuscunque, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 270. 2207

1624. 14. Jun. —— Si Testator mandet Monasterium erigi intra annum, construi debet, *cap. nos quidem 3. de testam. §. si quis ædificationem*, Auth. *de Eccles. tit. col. 9. tit. 6. aliàs* 14 unde negari non potest, quin saltem si non potest opus pium perfici, debeat incipi, ut in *d. §. si quis ædificationem*, Bart. *cons. 57. ad fin. lib. 2.* ut dixit *Rota in Maceraten. Testamenti coram* Coccino, *decis. recent. par. 4. tom. 3. decis. 558. num. 3. & 4.* 2208

1624. 20. Jun. —— Omnia & singula Privilegia spiritualia & temporalia per quoscunque Romanos Pontifices Congregationi S. Joannis de Deo quomodolibet concessa (quatenus tamen sint in usu, & non revocata seu sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis non adversentur) perpetuò approbantur & confirmantur: Insuper dicta Congregatio & ejus Personæ ac Loca Regularia omnibus gaudeant & sin- 2209

& singulis Indultis (quæ pariter sint in usu, &c.) quibus Ordines Mendicantium & Congregatio Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis quomodolibet fruuntur & fruentur, prout approbat & respectivè communicat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 19. quæ incipit* Sacrosanctum.

1624. 28. Jun. —— Omnia & singula Privilegia & Indulta spiritualia & temporalia etiam per modum communicationis & extensionis inter se & cum aliis Ordinibus Mendicantium & non Mendicantium Ordini Minimorum S. Francisci de Paula & ejus Personis ac Locis per quoscunque Romanos Pontifices quomodolibet concessa ac pluries confirmata (quatenus tamen sint in usu, & non revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis non adversentur) perpetuò confirmat & approbat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 20. quæ incipit* Injuncti, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 1. pag. 275.*

1624. 9. Aug. —— Nullus Fratrum Discalceatorum Reformatorum Ordinis Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum, Congregationis Hispaniarum, post emissam in dicta Congregatione Professionem, absque Papæ licentia, ad alium quemcunque Ordinem Mendicantium & non Mendicantium, Monachorum seu Discalceatorum, aut aliarum quarumcunque Religionum erectarum & erigendarum, etiam emissionis quarti Voti seu perfectioris & humilioris vitæ præsumptione, aut strictioris Regulæ seu Observantiæ prætextu (excepto dumtaxat Ordine Carthusianorum, quatenus ad illum transeundi licentiam à suis Superioribus petierint & obtinuerint) se transferre audeat, sub Apostasiæ & Infamiæ perpetuæ nota ac Excommunicationis latæ sententiæ pœna: Secùs facientes statim moniti, appellatione postposita, ad suam Congregationem redire teneantur: Superiores igitur aliorum

rum Ordinum tales contrafacientes non retineant, sed eos sub privationis suorum Officiorum ac similis Excommunicationis pœnis consignent Superioribus suis. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 27. quæ incipit* Commissi, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 12. Constit. 11. pag. mihi* 389. ¶ Vide infra, 1637. 4. Apr.

1624. 12. Aug. —— Servus Dei Jacobus de Marchia, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Professor, Beatus declaratur, cum permissione Officii & Missæ de Communi Confessorum non Pontificum in Ecclesia S. MARIÆ della Nova (deinde die vigesima tertia ejusdem anni in Ecclesiis omnibus dicti Ordinis) in Civitate Neapolitana existentis, ubi Corpus ejus requiescit. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 24. quæ incipit* In Sede Principis Apostolorum. 2212

1624. 14. Aug. —— Omnia & singula Privilegia spiritualia & temporalia tam Cassinensi Ordini S. Benedicti quàm quibusvis aliis Monachorum Congregationibus & ejus Personis ac Regularibus Locis quibuscunque per Romanos Pontifices quomodolibet concessa & concedenda (dummodo tamen sint in usu, & non revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis non adversentur) ad Congregationem Monachorum Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti & ejus Personas ac Loca Regularia perpetuò extendit & communicat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 26. quæ incipit* Sacrosancti, *& referunt etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 18. quæsito 3. nu. 11. pag. mihi* 266. ac Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit.* 388. 2213

1624. 22. Aug. —— Fratres S. Bernardi Cistercienses Ordinis de Congregatione Fulienſi, uti Monachi præferendi sunt ac præferri debent Fratribus 2214

Mendicantibus, primumque & digniorem locum in functionibus & actibus publicis jure obtinere, nec à Fratribus Ordinum Mendicantium in hoc molestari possunt: Hoc autem Decretum à Sacra Concilii Congregatione emanatum anno millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, die vigesima tertia Junii, ut ad eorum notitiam ad quos spectat, facilius deducatur, & per eos liberius observetur, has litteras monitoriales concedit *Joannes Dominicus Spinola Cameræ Apostolicæ Auditor*, *apud* Henriquez *de Privileg. hujus Ordin. Privileg.* 17. *pag. mihi* 440.

1624. 27. Aug. —— Electionem Officialium Montis Pietatis de Perusio, absque interventu Abbatis Monasterii S. Petri de eadem Civitate factam, irritam declarat *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constit.* 488. *quæ incipit Italicè* Havendo.

1624. 28. Aug. —— Omnes & quæcunque licentiæ ac facultates sumendi novos Conventus, servata dumtaxat Sacrorum Canonum & Concilii Tridentini forma, de sola Ordinarii licentia, seu etiam forsan non servata forma & absque licentia hujusmodi & contra Decreta Apostolica, quibusvis Regularibus concessæ, nondum tamen suum sortitæ effectum, revocantur & annullantur: Præterea quorumvis Ordinum & Institutorum Regularium Superioribus ac aliis Personis in virtute sanctæ obedientiæ ac sub privationis vocis activæ & passivæ, nec non Officiorum quorumcunque ac inhabilitatis ad illa & alia obtinenda, necnon etiam Excommunicationis ipso facto incurrendis pœnis interdicitur & prohibetur, ne licentiarum seu facultatum revocatarum & annullatarum seu alio quovis prætextu nova Monasteria erigere præsumant, nisi de expressa Ordinariorum licentia, ac servata in omnibus & per omnia forma Sacrorum Canonum & Concilii Tridentini nec non Constitutionis & Decretorum Clementis Octavi ac Gregorii Decimiquinti. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom.*

Rom. tom. 4. *Conſtit.* 27. *qua incipit* Romanus, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. l.* 3. *c.* 12. *Conſtit.* 3. *pag mihi* 381. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſito* 1. *num.* 16. *pag.* 54. & iterum *de Jure Abbatiſſar. diſput.* 33. *quæſito* 1. *num.* 6. Barboſa *de poteſt. Epiſc. tom.* 2. *in fine, pag.* 73. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 1. *quæſt.* 14. *num.* 7. Novar. *Comment.* 88. *num.* 1. *par.* 2. *pag.* 400. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *in fine, pag.* 416.

¶ Notandum, quod Sacri Canones hìc enunciati, ſunt Bonifacii VIII. *in cap. de ſtat. Regular. in* 6. *& in cap. de exceſſ. Prælat. in* 6. ac Concil. Trident. *cap.* 3. *ſeſſ.* 25. necnon Conſtitutiones Clementis VIII. & Gregorii XV. ſupra poſitæ & editæ 1603. 23. Julii, ac 1622. 17. Aug.

1624. 7. Sept. —— Generalibus & Provincialibus 2217
Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus Generalibus, & quibuſcunque aliis Superioribus Regularibus cujuſcunque Ordinis vel Societatis aut Inſtituti intra fines Europæ exiſtentibus perpetuò prohibetur omnium rerum & Bonorum immobilium ac pretioſorum mobilium alienatio, omneque pactum per quod ipſorum dominium transfertur, cenſus perpetui ſeu vitalitii, hypotheca, locatio & conductio ultra triennium, conceſſio in feudum vel emphyteuſim, præterquàm in caſibus à Jure permiſſis, abſque Congregationis Concilii expreſſa licentia in ſcriptis & gratis concedenda, & hoc ſub pœna ipſo facto incurrenda privationis omnium Officiorum obtentorum ac vocis activæ & paſſivæ & perpetuæ inhabilitatis ad illa obtinenda, ſublata etiam Generali & Protectori facultate illam moderandi aut relaxandi: pœnis nihilominus Apoſtolicarum Conſtitutionum & præſertim Pauli Secundi (de qua ſupra, 1467. 1. Mar.) in ſuo robore permanſuris, ut cenſuit *Congregat. Concil. juſſu Urbani VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *Conſtit.* 8. *qua incipit* Sacra Congregatio *pag. mihi* 285. *& referunt* etiam Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *diſput.* 13. *quæſito* 6.

Num. 8. *pag.* 246. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 14. *quæst.* 2. *num.* 5. Barbosa *in Concil. sess.* 25. *cap.* 2. *num.* 24. & iterum *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 95. *num.* 60. Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 20. *pag.* 74. Novar. *Comment.* 7. *num.* 2. *par.* 2. *pag.* 244. Lezana *in Sum. Quæst. Reg. cap.* 10. *sub num.* 2. *pag. mihi* 49. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 1. *tit.* 6. *form.* 20. *num.* 30. nec non Petra *tom.* 4. *pag.* 180. ¶ Vide infra, 1626. 21. Mar.

1624. 13. Sept. —— Abbati Sacri Monasterii Cavensis facultas conceditur deputandi Monachum idoneum in Archivistam & Notarium Apostolicum pro legalitate Scripturarum de Archivio ejusdem Monasterii, eumque destituendi, prout concedit & elargitur *Urbanus VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constitut.* 487. *quæ incipit* Exponi.

1624. 21. Sept. —— Decreta generalia Clementis Octavi (de quibus supra 1599. 20. Jun. & 25. Julii) ad Regularium reformationem ac Novitiorum receptionem & Professionem atque institutionem spectantia innovantur, à Generalibus & aliis omnibus Ordinum Superioribus observanda sub pœnis ibidem statutis, sed absolvuntur Regulares ab illius Decreti observatione (vide supra 1602. 19. Maii) quo decernitur, ne in Conventibus seu Monasteriis ad Novitios recipiendos hactenus designatis & approbatis seu designandis & approbandis dicti Novitii ad Habitum ullatenus recipi possint, nisi prius à Congregatione Reformationis Apostolicæ vel à propriis locorum Ordinariis expressè & nominatim approbati fuerint: Nullus de cætero permittatur ad arctiorem Religionem transire, nisi prius Superiori legitimè constiterit, eam Religionem paratam esse illum recipere qui licentiam petit, tunc-que Regularis rectà se transferat ad arctiorem, ad quod idem Superior invigilet omni studio & diligentia: Fugitivi & Apostatæ, sive Habitum Regularem deferant sive non, possint ac debeant ab Episcopo loci ubi moram trahunt, in carceres conjici

niici ac Superioribus Regularibus consignari puniendi secundùm Regularia Instituta: & ipsi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere ut apprehendantur, salva tamen in omnibus facultate Ordinariis locorum attributa Decreto Concilii *cap. 3. sess. 6.* ut declaravit *Congregat. Concil. jussu Urbani VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 28. quæ incipit* Sacra Congregatio, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 10. pag. mihi 290.* Barbosa *de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag. 40.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 8. quæsito 3. num. 3. pag. 150.* ac Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. par. 2. tract. 8. quæst. 7. num. 3.* nec non Novar. *Commentar. 10. pag. mihi 12. par. 1.* nec non iterum *Commentar. 8. numer. 1. par. 2.* ¶ Vide infra, 1694. 24. Jul.

1624. 21. Sept. —— Verè incorrigibilis minimè censeatur, nisi non solùm concurrant quæ ad hoc requiruntur ex Juris communis dispositione, sublatis hac in parte Statutis & Constitutionibus cujusque Religionis etiam à Sede Apostolica confirmatis, verùm etiam unius anni spatio in jejunio & pœnitentia probetur in Carceribus, & proinde unaquæque Religio privatos habeat Carceres in qualibet saltem Provincia: Elapso autem anno, si nihilominus non resipuerit, eiici tandem possit sed ab ipsomet Generali tantùm, de consilio & assensu sex Patrum ex gravioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis generalibus, constructo tamen prius processu & plenè probatis causis expulsionis: Sic verò rejecti, quandiù non redjerint ad Religionem, in Habitu Clericali incedant atque Ordinarii loci jurisdictioni & obedientiæ subsint, proindeque Generalis illicò expulsionis sententiam eidem Ordinario notificare teneatur: Iidem Superiores nemini ex Religiosis expulsis litteras testimoniales concedant, illos ad Sedem Apostolicam reiicientes vel jubentes aliam ingredi Religionem: Ejecti extra Religionem de- 2220

gentes, sint perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem relaxandi aut moderandi : Innovatur etiam Constitutio Gregorii Noni relata *in cap. fin. extr. de reg.* & in iis quoque vendicet sibi locum qui justè expulsi fuerint, dummodo tamen in expulsis hujusmodi subsit spes evidens emendationis ex litteris saltem testimonialibus Ordinarii : Universis denique Superioribus Regularibus quorumcunque Ordinum & Monasteriorum injungitur, ut prædicta omnia Decreta observent & observari procurent, efficiantque ut in singulis Locis Regularibus bis saltem in anno legantur in publica Mensa : Si quis verò ipsorum contrafacere in præmissis præsumpserit, ipso facto pœnam incurrat privationis Officiorum obtentorum ac vocis activæ & passivæ atque perpetuæ inhabilitatis ad illa obtinenda, reservata Papæ hujusmodi pœna, quam ideo non possunt iidem Superiores etiam Generales & Protectores moderari seu relaxare. *Congregat. Concil. jussu Urbani VIII. apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra, 1625. 17. Aug. & 1694. 24. Jul.

1624. 27. Oct. —— Cùm plures licentiæ Monasteria Monialium ingrediendi diversis Mulieribus sæcularibus à diversis Romanis Pontificibus concessæ sint, eædemque Mulieres in vim licentiarum prædictarum Monasteria hujusmodi nonnisi de expresso earundem Monialium & illorum Superiorum consensu ingredi possint & debeant, ad omnem tamen dubitandi materiam, quæ super modo consensum hujusmodi præstandi forsan oriri posset, è medio tollendam, declaratur, quod consensus dictarum Monialium de cætero per easdem Moniales Capitulariter & per secreta suffragia præstandus sit & præstari debeat, aliàs licentiæ hujusmodi nullatenus suffragentur : & quæ secus fecerint, sententias & Censuras ac pœnas inflictas contra violantes Monialium Clausuram, se noverint incursuras. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit.*

stit. 30. *quæ incipit* Sacrosanctum, *& referunt etiam* Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.* 24 *quæsito* 19. *num.* 1. *pag.* 156. Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 292. Novar. *Commentar.* 38. *num.* 8. *par.* 2. *pag.* 289. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 13. *num.* 37. *pag.* 147.

1624. 14. Nov. —— Ad ampliandum novæ Religionis Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Immaculatæ incrementum, in cujus erectione (prout supra 1624. 12. Febr.) variis eidem concessa fuerunt Privilegia, hoc de novo conceditur ejusdem Militiæ Magno Magistro pro tempore existenti seu ab eo delegandis vel deputandis ac etiam ejusdem Institutoribus, ut quoscunque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Causarum Palatii Apostolici Auditores, nec non Cameræ Apostolicæ Clericos, Prothonotarios de numero Participantium, nec non utriusque Signaturæ Referendarios, qui saltem per biennium actu officia sua exercuerint, Sedis Apostolicæ servitiis realiter insistendo, secundùm dictæ Militiæ Statuta & Constitutiones à Papa approbatas, absque aliis ab eis faciendis probationibus, in eandem Militiam recipere valeant: Prædicti sic recepti omnibus Militiæ Indultis gaudeant, & in suis gradibus remanere, ad majores ascendere, alia Beneficia Ecclesiastica & quascunque Pensiones habere possint. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit. quæ incipit* Cùm nos, *statim post* 12. *ejusd. Pontific.* & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *disput.* 24. *quæsito* 5. *numer.* 12. *pag. mihi* 442. ¶ Vide infrà, 1625. 24. Maii. 2212

1624. 15. Nov. —— Renunciatio à Novitio per duos menses ante Professionem facta sine licentia Episcopi seu ejus Vicarii est ipso jure nulla, ut dixit *Rota in Romana Fideicommissi coram* Pirovano, *apud* Barbos. *in Collect. ad Concil. Trident. sess.* 25. *de Regular. & Monial cap.* 14. *num.* 30. & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.* 4. *quæsito* 10. *num.* 3. 2213

19. Nov.

1624. 19. Nov. —— Fratribus Jesuatis S. Hieronymi Ordinis S. Augustini conceditur, ut abjecto Capuccio albi coloris, quod super humeros hactenus gesserunt, aliud in capite coloris eorundem pallio similis gestare liberè & licitè valeant, nec illi desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari seu inquietari vel perturbari nullatenus possint neque debeant, prout concedit & molestias prohibet *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 32. *quæ incipit* Onerosa Pastoralis Officii cura.

1624. 20. Nov. —— Cùm Generales Ordinum immediatè sint subjecti Summo Pontifici, ideo illorum electio, ubi indiget confirmatione, solùm à Pontifice vel ab ejus Legato de Latere in Provincia sibi decreta existente potest confirmari: & ita hujusmodi Generales secundùm statuta *in cap. cupientes, de elect. in 6.* debent electionum suarum confirmationes à Sede Apostolica obtinere, prout firmavit *Rota in Trevoren. Abbatiæ coram Coccino, apud* Passerin. *de elect. canon. cap.* 33. *num.* 71. *ubi tamen quod* hodie omnium ferè Ordinum Generales, eo ipso quod sunt electi, sunt confirmati, ut constat ex Mari Magno Prædicatorum & Minorum ac aliorum Ordinum, à nobis etiam superiùs propriis locis relato: & de Monachorum Generalibus refert Ascanius Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 6. *quæsito* 2.

1624. 20. Nov. —— Electio Abbatis, nisi valida sit, confirmari non debet, *cap. nihil* 44. §. *caterum, de elect.* imo si est nulla ob non servatam formam, *cap. quia propter, de elect.* potestas providendi devoluta est ad Sedem Apostolicam, tam vigore Juris communis, ut est text. expressus *in cap. quamquam, de elect. in* 6. & Roman. *cons.* 33. *numer.* 11. quàm vigore Concordatorum Germaniæ: prædicta enim forma *cap. quia propter* habet locum etiam in electione Abbatum, ut colligitur ex d. text. *in verb. Ecclesiâ viduatâ*, juncto text. in *cap. ne pro defectu* 41. *tit. eod.* & in *cap. indemnitatibus*, §. *sanè, cum seqq. de elect.*

elect. in 6. neque obstat, quod ubi agitur de electione Abbatis Regularis, sufficit, quod electio fiat per vota secreta, juxta Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 6. de Regular.* quia Concilium sive loquatur de Abbatibus temporalibus sive perpetuis, non derogat dispositioni *d. cap. quia propter*, ut ex Rodriq. *in Sum. cap. 1. alias 102. num. 2. & 3. de elect.* dixit *Rota in Treveren. Abbatia S. Maximini coram* Coccino, *decis. recent. par. 4. tom. 3. decis. 574. num. 1. & seqq.*

1624. 4. Dec. —— Collegium S. Francisci de Paula Ordinis Minimorum (de quo supra 1623. 18. Oct.) situm in regione Montium juxta Palatium Monasterii S. Petri ad Vincula & fundatum per Joannem Pizzuli Presbyterum Calabrum ex Oppido Reginæ de Bisinianensi Diœcesi oriundum perpetuis futuris temporibus à Religiosis dicti Ordinis ex Provincia Calabriæ tantùm & non ab aliis ex quacunque alia Provincia & Natione gubernetur & administretur, ut statuit *Urbanus VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 6. quæ incipit* Inter cætera, *pag. mihi 279.* ¶ Hanc Constitutionem confirmat, & observari sub Excommunicationis majoris ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis eo ipso incurrendis mandat Alexander VII. anno 1660. 6. Nov. *in Bullar. Rom. tom. 5. Const. 108. quæ incipit* Exponi. 1222

1624. 13. Dec. —— Generales omnes admonentur, ut præter studia Linguarum (de quibus supra 1623. 16. Oct.) speciali suo Decreto præcipere velint, ut in Novitiorum receptionibus in posterum faciendis aliqui semper ex variis Nationibus & Linguis, pro modulo tamen suarum Religionum, unà cum aliis qui hactenus recipi consueverunt, ad Habitum assumantur, qui peracto Studiorum cursu, vel in simplici Sacerdotio constituti vel Episcopali Dignitate ornati, ad eorum Provincias mitti possint propagandæ Fidei gratia, ut censuit *Congregat. de propag. Fide, annuente Urbano VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Castnen. tom. 1. Constit. 294. quæ incipit* Nihil tam magnæ, *& antea referebat* Peyrin. *de Privileg. Regu-* 1228

lar.

lar. tom. 2. circa Constit. 2. Sixti V. §. 1. num. 11. pag. mihi 227. ac Lezana *in Summa Quæst. Regular. cap. 24. num. 44. pag. 149.*

1624. die, &c. —— Fratres Prædicatores debent manuteneri ab Episcopo in sua possessione circa Processionem Ss. SACRAMENTI per ipsos faciendam Dominica infra Octavam CORPORIS CHRISTI, ut respondit *Congregat. Rit. in Brundusina, apud* Barbos. *in Concil. sess. 25. cap. 13. num. 29. ubi etiam quod* illis tamen non licet in hujusmodi Processione variare vias & loca, per quas Processionaliter prima vice incesserunt, quando dictam Processionem cæperunt facere, ut dixit *eadem Congregatio in Materana 1629. 10. Jul.*

1625. 14. Jan. —— Licèt in Regula Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula expressè caveatur, ne Religiosi dicti Ordinis, qui sub perpetua quadragesimali vita & ex mendicatis eleemosynis vivunt, perpetuas Missas seu aliqua suffragia perpetuò & particulariter ac in specie & ultra quinquaginta annos suscipere valeant, nihilominus conceditur, ut possint acceptare legatum cum perpetuo onere Missarum, prout facultatem elargitur *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 43. qua incipit* Apostolicam, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 2. ejusd. Pontific. pag. mihi 276.*

1625. 13. Febr. —— Interdicitur & prohibetur, ne de cætero quisquam quosvis Libros vel Quinterna aut Folia sive manuscripta sive impressa, Bibliothecæ Genuensi Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula assignata & assignanda quovis quæsito colore audeat ex dicta Bibliotheca extrahere, vel præsumat permittere ut extrahantur vel removeantur, sub Excommunicationis ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis per contrafacientes incurrendis. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 44. qua incipit* Conservationi, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 4. ejusd.*

ejusd. Pontific. pag. mihi 278.

1625. 22. Febr. —— Generalis Capuccinorum non potest prohibere Superioribus sui Ordinis, ne recipiant Conventuales Reformatos, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul. verb* Capuccini, *num.* 1. *ubi num.* 2. *ait, quod* Capuccini possunt dare Habitum ad sepeliendos Mortuos, sicut alii Fratres Minores, ut resolvit *ead. Congregat. anno* 1649. 3. *Jan.* 2232

1625. 22. Febr. —— Non placet, quod Regulares exorcizent sine licentia Ordinarii, qui id eis prohibere debet, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Florentina, apud* d. Nicol. *in dd. Floscul. verb* Exorcismus, *num.* 1. *ubi etiam quod* Et si id faciant cruculis & aliis modis insolitis, mittantur in exilium, ut dixit *ead. Congregat. in una Venetiar.* 1603. 27. *Oct.* 2233

1625. 22. Febr. —— Professio Monialium fieri debet in manibus Ordinarii principaliter, non autem Abbatissæ, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 78. *ubi etiam quod* emissa autem in manu Superioris, reclamante majori parte Monialium, est nulla, ut respondit *ead. Congregat. in Colonien.* 1653. 26. *Sept.* 2234

1625. 22. Febr. —— Episcopus compellere potest Parochum etiam Regularem ad residendum, non obstante consuetudine residendi in loco distanti per sex milliaria: etiamsi Parochialis collatio ad Abbatem Regularem spectaret: imo consuetudo residendi in loco distanti per duo milliaria declaratur abusus: & si Parochialis propter tenuitatem non potest Domum pro habitatione Parochi construere, provideri debet per unionem aliorum Beneficiorum, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una S. Severini, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 15. 2235

1625. 27. Febr. —— Commissarius Generalis Ordinis 2236

nis Minorum S. Franciſci de Obſervantia, in abſentia Miniſtri Generalis habet eandem auctoritatem in Fratres Reformatos ejuſdem Obſervantiæ, quam habet in Obſervantes de Familia, ſicuti in Regula continetur, prout ipſi Reformati unanimiter poſtularunt, & approbavit *Congregatio ſuper hoc à Sanctitate Sua inſtituta, apud* Lantuſca *in Theatro Regular. verbo* Commiſſarius Generalis, *ſub num. 3. pag. mihi* 106.

1625. 1. Mar. —— Cuſtodia Bavariæ Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Reformatorum erigitur in Provinciam Ordinis ejuſdem S. Franciſci Reformatorum Diſcalceatorum Bavariæ nuncupandam, quæ ſit conformis aliis Provinciis Regnorum Hiſpaniarum, ſub ſuperioritate tamen Miniſtri Generalis dicti Ordinis, ac eo Italicæ Nationis & extra Italiam exiſtente, ſub juriſdictione ejus Vicarii Generalis nec non & Commiſſarii Generalis, non autem Commiſſariorum Generalium eorundem Ordinis & Regnorum, nec ſuperioris vel inferioris Germaniæ, ita quod Miniſter ac Vicarius & Commiſſarius Generales præfati juxta Bullam Unionis electi dictam Provinciam niſi per ſeipſos aut Commiſſarios Ordinis Reformatorum præfatorum viſitare valeant: Fratres hujus novæ Provinciæ vivere debeant juxta declarationes Nicolai Tertii *in cap. 3. de verb. ſignificat.* & Clementis Quinti *in Clem. 1. eod. tit.* ut ſtatuit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Conſtit. 38. qua incipit* Sacroſanctum.

1625. 1. Mar. —— Miniſter Provincialis dictæ novæ Provinciæ Bavaricæ Ordinis Minimorum S. Franciſci Reformatorum Diſcalceatorum omnem habeat auctoritatem tam in Fratres ſibi ſubditos quàm circa novarum Domorum erectionem & circa Novitios ac alia contenta in Litteris Gregorii Decimitertii, prout habent alii Provinciales Miniſtri ejuſdem Ordinis Reformatorum Diſcalceatorum: Fratribus hujuſmodi Provinciæ conceditur,

ut

ut omnibus gaudeant Privilegiis, quibus alii Fratres ejusdem Ordinis fruuntur & fruentur: Minister Generalis pro tempore existens aut Visitatores ab eo mittendi non possint Statuta hujus Provinciæ alterare, nisi de consensu majoris partis Fratrum Vocalium Provinciæ præfatæ in eorum Capitulis Provincialibus præstando, nec eosdem Fratres ab eorum modo vivendi disturbare, dummodo vivant juxta easdem declarationes: Fratres verò Ordinis ejusdem S. Francisci de Observantia nuncupati, existentes intra limites ejusdem seu alterius Provinciæ, non possint occupare collecturas seu quæsturas ad Domos Regulares ejusdem novæ Provinciæ spectantes, aut eos desuper perturbare: Eidem Ministro Generali conceditur, ut Ministrum Provincialem & Custodem ac Diffinitores dictæ Provinciæ Bavaricæ eligere & alia omnia opportuna facere & exequi possit, ita tamen ut Fratres hujusmodi Provinciæ subjaceant Constitutionibus in Capitulo sive Congregatione generali factis, quæ Strictiori Observantiæ non adversentur, & ad illarum observationem omnino teneantur. *Urbanus VIII. apud* eund. *ibidem.*

1625. 13. Mar. —— Quorumvis Hominum cum Sanctitatis seu Martyrii fama (quantacunque illa sit) defunctorum Imagines cum laureolis aut radiis seu splendoribus venerationem & cultum indicantibus non apponantur in Oratoriis aut Locis publicis seu privatis vel Ecclesiis tam Sæcularibus quàm Regularibus cujuscunque Religionis, antequam ab Apostolica Sede canonizentur aut Beati declarentur: Neque imprimantur Libri eorundem Hominum, qui Sanctitatis sive Martyrii fama vel opinione celebres è vita migraverint, Gesta aut Miracula vel Revelationes seu quæcunque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione atque approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos & alios pios ac doctos Viros in consilium adhibeat 2239

& ne-

& negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat ac ejus responsum expectet: Revelationes verò & Miracula ac alia beneficia supradicta, quæ in Libris horum Hominum vitam & gesta continentibus hactenus sine recognitione atque approbatione hujusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censeantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 39. *quæ incipit* Sanctissimus, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *circa Constit.* 3. *Leonis X.* §. 2. *num.* 1. *pag. mihi* 112. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 7. *num.* 53. Gavant. *in Man. Episc. Constit.* 10. *pag.* 217. Novar. *Commentar.* 115. *num.* 1. *par.* 2. *pag.* 454. & Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 18. *num.* 21. ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra 1633. 14. Apr. ¶ Vide etiam infra, 1625. 2. Oct.

1625. 13. Mar. —— Ad prædictorum Hominum cum Sanctitatis seu Martyrii fama defunctorum Sepulchra non appendantur seu affigantur Tabellæ atque Imagines ex cera aut argento seu ex alia quacunque materia tam pictæ quàm fictæ atque exculptæ, & Lampades sive alia quæcunque Lumina non accendantur sine recognitione ab Ordinario omninò facienda & Sedi Apostolicæ referenda ac probanda: Per suprascripta tamen non præjudicatur in aliquo iis, qui aut per communem Ecclesiæ consensum vel immemorabilem temporis cursum aut per Patrum & Virorum Sanctorum scripta vel longissimi temporis scientia ac Sedis Apostolicæ vel Ordinarii tolerantia coluntur: Omnibus denique Ordinariis & Inquisitoribus præcipitur, ut in sua quisque Diœcesi vel Provincia sedulò pervigilet, ne sine approbationibus prædictis Imagines cum memoratis signis exponantur, aut Miracula vel Revelationes sive beneficia prædicta publicentur & alia contra superiùs disposita fiant: Transgressores verò, si Regulares fuerint, privationis suorum Officiorum ac vocis activæ & passivæ nec non & suspensionis à Divinis

vinis pœna plectantur, &c. *Urbanus VIII. apud* eosdem, *ibidem*.

1625. 14. Mar. —— Immemorabilis pro Prælato inferiori, ut possit cognoscere Causas Matrimoniales & Criminales, dum discutitur an adsit necne, non est deneganda manutentio Episcopo, ut dixit *Rota in Theatina Jurisdictionis coram* Ubaldo, *decis. recent. par. 4. tom. 3. decis. 600. num. 7.* ubi *num. 24. dictum fuit, quod* ut Abbas habeat Territorium separatum ab Episcopo, cùm id non præsumatur, venit probandum. 2241

1625. 14. Mar. —— Professus non habet facultatem testandi aut donandi causa mortis, Gloss. *in l. tam is, in vers. non facit, ff. de donat. caus. mort.* Sanchez *super Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 8. num. 10. & 11.* Equites tamen Hierosolymitani possunt testari vel donare causa mortis, cum licentia tamen Magni Magistri, ut dixit *Rota in Neapolitana Domus coram* Pirovano, *decis. recent. par. 4. tom. 3. decis. 601. num. 19. & 20.* 2242

1625. 18. Mar. —— Quando Pars instans non potest solvere mercedem copiæ totius Processus, dari jubetur in forma Pauperum, vel etiam gratis si sit egestas nimia, præsertim Regularibus Bona immobilia non possidentibus & signanter neque pecuniam, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Observantium, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Processus, *num. 4. pag. mihi* 401. 2243

1625. 2. Apr. —— Privilegia vivæ Vocis Oraculo facto Magistris Generalibus & Vicariis Generalibus ac Procuratoribus Generalibus concessa, quæ sortita fuerunt effectum ante revocationem (de qua supra 1622. 2. Julii) licèt effectus habeat tractum successivum, vel aliàs respiciant particulares Personas ut sunt Præsentaturæ vel Magisteria, non obstante prædicta revocatione, manent in suo robore, nec in præcitata revocatoria Constitutione comprehenduntur, nec aliqua indigent revalidatione tam in temporalibus quàm in spiritualibus, ut censuit *Con-* 2244

gregat. Episcopor. & Regular. apud Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. circa Constit. 3. Gregorii XV. num. 1. pag. mihi 261.*

1625. 11. Apr. —— Generales & alii Religionum Superiores Studia Linguarum (de quibus supra 1623. 16. Oct.) facilè instituent, si infrascripta observari præcipuè mandaverint: -- Primò, ut si non in quolibet, saltem in pluribus ex Monasteriis & Conventibus certus Religiosorum magis idoneorum numerus Studiis Linguarum addicatur sub aliquo Religioso (ubi Studii Præfectus non extiterit) qui Studiorum hujusmodi promovendorum curam habeat & iisdem fruatur Privilegiis quibus Magistri & Studiosi: -- Secundò, ut certæ Regulæ præscribantur à Magistris & Studiosis observandæ quoad numerum & species Linguarum ac tempora Lectionum atque Studii & repetitionum, quarum Regularum observandarum cura prædicto Religioso vel Studii Præfecto committi poterit, qui si suo deerit officio, pro modo culpæ in Capitulis Provincialibus vel Generalibus graviter puniatur, in quibus etiam præsens Decretum publicè legatur: -- Tertiò denique, ut præmia & pœnæ præsertim Magistris & Studiosis proponantur quæ vehementiùs eorum animos movere possint ad Linguas alacriùs & diligentiùs addiscendas; & cùm ob Institutorum & Religionum diversitatem ea difinire visum non fuerit, Generalium & aliorum Superiorum prudentiæ & judicio committenda esse censuit *Congregat. de propag. Fide apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 295. quæ incipit* Quoniam, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Lectio Linguarum, *sub num. 2.* & Lezana *in Sum. quæst. Regular. tomo 4. pag. 322.*

1625. 21. Apr. —— Licèt Donatio pro construendo Monasterio debeat per Fratres in Capitulo generali acceptari, tollitur tamen hujusmodi objectum, quando constat sequutam fuisse acceptationem, contra quam non valet dicere, quod fuerit facta non habita

bita integra scientia omnium & singulorum in Donatione contentorum, nisi per relationem ad instrumentum Donationis quod sufficit, quando contrarium colligi potest ex ipso instrumento acceptationis seu ratificationis, in quo dicitur quod Fratres congregati pro observatione voluntatis Fundatoris, dictam Donationem, Fundationem, & Conventum ac omnia in dicto instrumento contenta acceptarunt & ratificarunt, ex quibus sequitur, quod cùm Capitulum & Congregati sciverint dictam Fundationem & Conventum construendum, habuerunt quoque scientiam & notitiam omnium aliorum in instrumento Donationis contentorum, juxta text. *in l. non est ferendus, ff. de transact.* Aym. *consil.* 74. *sub num.* 2. Soccin. jun. *consil.* 128. *num.* 58. *lib.* 1. Surd. *consil.* 22. *sub num.* 28. Menoch. *consil.* 73. *sub num.* 25. & ex eis dixit *Rota in Avenionen. Donationis coram* Manzanedo, *decis.* 824. *sub numer.* 1. 2. & 3. *pag. mihi* 358.

1625. 24. Apr. —— Nullus Ordinis Eremitarum S. Augustini de Provinciis Hispaniarum & Indiarum Religiosus, etiam prætextu licentiæ à quibuscunque Superioribus obtentæ in qualibet Studii generalis Universitate ad hoc ut inibi ad Doctoratus seu Magisterii in Sacra Theologia gradum promoveatur, præsentari aut gradum ipsum suscipere valeat ad effectum ut Magistralibus Exemptionibus gaudere possit, nisi prius prævio rigoroso examine ab Examinatoribus in partibus per dicti Ordinis Priorem Generalem in Capitulo generali deputandis faciendo, etiam per aliquos actus litterarios, ac etiam in his quæ à Sacro Concilio Tridentino circa Prædicatores præcipiuntur, examinatus & approbatus fuerit: Eisdem propterea Examinatoribus mandatur in virtute sanctæ obedientiæ ac sub Excommunicationis nec non privationis vocis activæ & passivæ ac aliorum officiorum per eos obtentorum ipso facto incurrendis pœnis, ne quemquam Ordinis & Provinciarum hujusmodi Religiosum doctrina & meri- 2247

tis sufficientibus ad hujusmodi gradus suscipiendos non præditum quoquo modo approbent vel admittant, aliter approbationes & admissiones reddit irritas ac inanes declarat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 42. *quæ incipit* Romanus.

1625. 26. Apr. —— Cyprianus Abbas Monasterii S. Petri de Eugubio Ordinis Olivetani, Ecclesiam S. MARIÆ *della Piaggiola* sibi subjectam tanquam invalidè benedictam clandestinè ab Episcopo Eugubino, Ecclesiastico supponit Interdicto, prout refert Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *disput.* 16. *quæsito* 1. *num.* 5. *ubi etiam quod* reprehenditur prædictus Eugubinus Episcopus, eo quod benedixerit eandem Ecclesiam sibi non subjectam, & pœnis ac Censuris Ecclesiasticis adegerit Priores Confraternitatis, ut Missæ illic celebrarentur, non obstante Interdicto juridicè impositio ab eodem Abbate, prout reprehendit *Congregatio Concilii anno* 1629. *Sept.* ¶ Simili etiam suppositit Interdicto Ecclesiam S. Angeli minoris de Asculo Cornelius Abbas Monasterii S. Angeli Magni ejusdem Ordinis & Civitatis, eo quod Societas Laicorum pacificam attentabat perturbare possessionem quoad celebrationem Missarum per Monachos ejusdem Ordinis & non per alios Sacerdotes fieri solitam.

1625. 30. Apr. —— Monasterii S. MARIÆ in Ostiacho Salisburgensis Diœcesis Bona & Privilegia, ejusque Abbati jus conferendi minores Ordines, & Altaria ac Vasa Sacra benedicendi confirmat *Urbanus VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constit.* 577. *quæ incipit* In suprema.

1625. 10. Maii. —— Episcopi, qui latiores habent Diœceses, Regularibus longè distantibus Benedictionem vel licentiam prædicandi concedant vel per litteras patentes vel per Vicarios Foraneos, ut declaravit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 6.

1625. 22. Maii. —— Omnibus & singulis cujusvis Or-

Ordinis Regularibus & aliis quibuscunque Personis mandatur, ut in posterum non audeant imprimere vel quoquo modo in lucem edere Libros aut tractatus sive compositiones ex professo vel incidenter aut prætextu commentandi D. Thomam vel quemlibet alium Doctorem aut alio prætextu de materia Auxiliorum Divinorum tractantes, sine expressa & speciali licentia à Sanctitate Sua in Congregatione S. Officii obtinenda, donec aliud in hac materia à Sancta Sede Apostolica fuerit ordinatum: Contravenientes pœnas privationis Dignitatum & Officiorum suorum ac vocis activæ & passivæ nec non facultatis concionandi & publicè legendi ac docendi & interpretandi ipso facto incurrant, & nihilominus aliis etiam pœnis arbitrio Papæ infligendis subjaceant, ut decrevit *Congregat. Inquisit. coram Urbano VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *circa Constit.* 2. *Julii II.* §. 5. *num.* 20. *pag. mihi* 66.

1625. 24. Maii. —— Nonnulla Statuta edita à Religiosis Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis Immaculatæ ac sub Regula S Francisci perpetuò approbat (dummodo tamen licita & honesta, nec revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa sint respectivè, Sacrisque Canonibus & Concilii Tridentini Decretis ac Constitutionibus Apostolicis, neque debitæ Romano Pontifici & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ obedientiæ & fidelitati adversentur) & confirmat, illisque perpetuæ & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicit, ac omnes & singulos tam juris quàm facti defectus (si qui desuper quomodolibet intervenerint) supplet *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 43. *quæ incipit* Aliàs. 2252

1625. 3. Jun. —— Famulus Abbatis Regularis deferens arma prohibita in defensam ipsius Abbatis, & ob hoc à Curia Sæculari captus, non gaudet privilegio fori, ut declaravit *Congregat. Immunit. Ecclesiast. in Feretrana, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Famulus, *num.* 2. 2253

1625. 10. Jun. —— Servus Dei Andreas Avellinus, Clericorum Regularium Congregationis Theatinorum Professor, Beatus declaratur, cum permissione Officii & Missæ ipsa die ejus obitus pro omnibus ejusdem Congregationis Regularibus ubique existentibus, prout declarat & permittit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 44. qua incipit* In Sede Principis Apostolorum. ¶ Vide ejus Canonizationem infra 1713. 11. Jun.

1625. 13. Jun. —— Regulares nullo modo possunt in vim Privilegiorum suorum etiam per viam communicationis competentium ab Hæresi absolvere, ut declaravit *Congregatio de propaganda Fide coram Urbano VIII. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Casus reservati, *num. 16.*

1625. 19. Jun. —— Omnibus & singulis Superioribus Mendicantium & non Mendicantium præcipitur, ne Fenestras in viam publicam prospicientes efficere possint, nisi ad lumen tantùm, nullo autem modo ad prospectum, ut decrevit *Congregat. Visitat. Apostolic. de mandato Urbani VIII. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. 71.*

1625. 20. Jun. —— In administratione Sacramenti Pœnitentiæ sufficit, quod Regulares audiant Confessiones cum Habitu eorum ordinario & Stola, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular.* juxta Decretum Congregat. Visitat. Apostol. *apud* d. Pascucc. *ibid. par. 1. tit.* de Confessionibus & Confessoribus, *pag. mihi* 199.

1625. 21. Jun. —— Generales in Capitulis generalibus vel aliàs quoquo modo non reducant onera ulla Missarum celebrandarum, aut post Concilium Tridentinum imposita aut in limine Fundationis, sed pro his omnibus reducendis aut moderandis vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur: Tot Missæ celebrentur, quot stipendia sunt recepta, revocatis Privilegiis satisfaciendi pluribus Missis cum Anniversariis vel Collectis: Qui certam pecu-

niam

niam pro Missa celebranda sumpsit, minorem pro ea alteri ne det: Pecuniæ verò recipiendæ cum onere perpetuo Missarum convertantur in Bona immobilia, & hujusmodi onera perpetua non recipiantur sine Generalis vel Provincialis licentia, sub pœna privationis Officiorum obtentorum ac perpetuæ inhabilitatis ad alia & vocis activæ ac passivæ: Eleemosynæ manuales & quotidianæ pro Missis celebrandis non accipiantur, nisi adimpletis oneribus antea impositis, & Capsulæ auferantur ab Ecclesiis cum inscriptione *Eleemosyna, pro Missis*, sub iisdem pœnis ipso facto incurrendis: Generalis vel Provincialis dictam licentiam non concedant, nisi eis constet Sacerdotes Monasterii petentis posse oneri suscipiendo & jam susceptis satisfacere. Unicuique Conventui is numerus Fratrum intra fines Italiæ & Insularum adjacentium assignetur qui competenter possit sustentari, & deinceps nullibi nova Loca Regularia recipiantur in quibus duodecim Fratres ali non valeant, alioquin Ordinario loci subsint: Superiores denique locales curare teneantur sub pœna privationis Officii ac vocis activæ & passivæ ipso facto incurrenda, ut in perpetuum sexto quoque mense, id est Feria secunda post primam Dominicam Adventus & Feria sexta post Octavam Corporis Christi perlegantur in publica Mensa præsentes Ordinationes, quarum interpretationem omnibus interdicit *Congregat. Concil. jussu Urbani VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 45. quæ incipit* Cùm sæpè, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. Constit. 9. d. Urbani, pag. mihi* 285. Novar. *Commentar.* 81. *num.* 1. *pag.* 134. Barbosa *de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag.* 37. Ascanius Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 5. quæsito 9. num. 9. pag.* 52. Thomas Tamburin. *in Opusculis*, Gavant. *in Man. Episc. Constit.* 12. *pag.* 219. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract. 7. quæst.* 52. *numer.* 5. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 10. ¶ Notandum, quod plura Dubia ad dictam

Missarum celebrationem spectantia declaravit *eadem Congregatio, apud* eosdem, *ibidem*. ¶ Vide infra 1638. 21. Mar. & 1697. 23. Nov.

1625. 30. Jun. —— Omnibus & singulis Ordinis S. Francisci de Observantia Fratribus expressè professis & existentibus tantùm in partibus Indiarum Occidentalium conceditur, ut de Superiorum suorum licentia à quocunque quem maluerint Catholico Antistite in propria Diœcesi residente vel in aliena de Diœcesani loci consensu Pontificalia exercente & per eos eligendo, ad omnes etiam Sacros & Presbyteratus Ordines extra tempora ad id à Jure statuta, ac Interstitiis à Sacro Concilio Tridentino designatis minimè servatis, annique curriculo non expectato (etiamsi in unoquoque ex dictis Sacris Ordinibus susceptis antequam ad alium promoveantur, se minimè exercuerint) dummodo tamen ad id idonei reperiantur, & servatis aliàs servandis, promoveri & promoti in illis etiam in Altaris ministerio ministrare liberè & licitè possint & valeant. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 46. quæ incipit* Cùm sicut.

1625. 9. Jul. —— Illegitimus Professus est capax Beneficiorum manualium ad nutum Abbatis amovibilium, non tamen intelligitur legitimari per Professionem emissam quoad omnem effectum Professionis, ut dixit *Rota in Perusina Reintegrationis coram* Durano, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 6. quæsito 27. num. 19. & 20.* ubi *num. 21. ait, quod* ita potest dici eundem illegitimum Professum non posse de consensu sui Abbatis effici Vicarium Episcopi, quia Vicarius dicitur Dignitas propter ejus præeminentiam & jurisdictionem, ex Sayro *de Censur. lib. 6. cap. 2. num. 3.* & Barbosa *de potest. Episc. par. 3. alleg. 54. num. 14.*

1625. 10. Jul. —— Abbati Monasterii S. Pauli de Urbe Congregationis Cassinensis facultas datur, ut Personis sæcularibus Terrarum seu Castrorum Liprignani & Civitellæ ac Nazzani sibi subditis Litteras

ras Dimissoriales ad Clericalem caractèrem necnon ad omnes etiam Sacros & Presbyteratus Ordines concedere liberè & licitè possit & valeat, prout concedit *Urbanus VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 296. qua incipit* Romanus.

1625. 17. Jul. —— Potest Episcopus visitare Capellas & Confraternitates intra Regularium Ecclesias, si per laicos Administratores regantur, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Vercellen.* arg. *cap. ex ore 17. de Privileg. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 39. num. 4. vers.* IX. amplia. 2262

1625. 9. Aug. —— Sub Decretis super erectione novorum Conventuum non comprehenduntur Congregationes Presbyterorum Sæcularium in communi viventium, erectæ Auctoritate Ordinaria, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 19. num. 11.* 2263

1625. 9. Aug. —— Sex Patres in singulis Capitulis vel Congregationibus eligendi (de quibus supra 1624. 21. Sept.) de quorum consilio & assensu potest Generalis Regulares incorrigibiles à Religione expellere, in unaquaque Provincia eligi possunt, iidemque sic electi (si Generalis tam longè abfuerit, ut unà convenire non possint) debent ad eundem transmittere summarium Processus unà cum eorum voto, ut juxta illud possit Generalis ad sententiam expulsionis procedere, ut resolvit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. num. 7. pag. mihi* 108. & refert etiam Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Ejectus, *sub num. 3.* ¶ Vide infra 1625. 17. Aug. 2264

1625. 13. Aug. —— Si ullum Ordinis Fratrum Minorum de Observantia Ministrum Provincialem primo sui Officii anno ab hac vita discedere sive idem Officium ex quavis causa vacare seu cessare contigerit, de cætero perpetuis futuris temporibus Minister Provincialis tunc recèns electus seu deputatus, unà cum aliis ejusdem Provinciæ Superioribus atque Officialibus, in suis hujusmodi Officiis ad triennium 2265

nium continuet & continuare debeat, prout statuit atque ordinat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 53. quæ incipit* Creditum.

1625. 17. Aug. —— Generalibus Commissariis & Visitatori Ordinis S. Francisci de Observantia ad Provincias Orientalium & Occidentalium ac Insularum ablegatis indulgetur, ut Regulares incorrigibiles eiicere possint, unà cum sex Patribus gravioribus pro unaquaque Provincia eligendis in singulis Capitulis vel Congregationibus generalibus, prout annuente Sanctissimo indulget *Congregat. Concil. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Ejectus, *sub numer. 4. pag. mihi* 215. ¶ Vide supra 1624. 21. Sept. & 1625. 9. Aug.

1625. 2. Sept. —— Servus Dei Franciscus Borgia, olim Dux Gandiæ, ac postea Religiosus professus ac tertius Præpositus Generalis Societatis JESU, Beatus declaratur, cum permissione Officii & Missæ die prima Octobris, qua ad Cœlestem Gloriam transiit, pro omnibus ejusdem Societatis Religiosis, &c. prout declarat & permittit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 48. qua incipit* Aliàs, *& habetur etiam* in Corpore Institutor. d. Societ. *tom. 1. pag. mihi* 214.

1625. 6. Sept. —— Regulares tenentur & sunt obligati ad præstandam patientiam & consensum, quo Rector Beneficii Missas, quas tenetur, in eorum Ecclesiis celebrare liberè possit & valeat, ita tamen ut ipse de suppellectilibus & cera ac cætero apparatu Ecclesiastico ad id necessario providere sibi debeat suis sumptibus, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una S. Augustini*, & antea *anno* 1605. 28. *Febr. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. num. 15.* & refert etiam Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 12. num. 7.*

1625. 18. Sept. —— Regulares Curam Animarum Personarum sæcularium exercentes, in emolumentis legitimè percipiendis prohiberi possunt ab Episcopo, ne excedant taxam ab eo præscriptam, ut respon-

respondit *Congregat. Concil. in Limana apud* Barbos. *in Concil. sess. 25. de Regular. & Monial. cap. 11. num. 7.* ex Sell. *in Select. Canon. cap. 112. num. 11.* & refert etiam Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Regularium Jura sub Episcopis, *in additione, numer. 13.* ex d. Barbosa *de Jure Eccles. lib. 2. cap. 43. numer. 145.*

1625. 18. Sept. —— Nemo in Statu Sedi Apostolicæ mediatè vel immediatè subjecto degens, Libros de quacunque materia tractantes & ubicunque à se compositos audeat aliò deferre vel mittere imprimendos sine expressa in scriptis approbatione Vicarii & Magistri Sacri Palatii, si in Urbe: si verò extra Urbem existat, sine Ordinarii & Inquisitoris loci illius sive ab eis deputandorum facultate & licentia operi præfigenda, ut censuit *Congregat. Inquisit. coram Urbano VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 50. quæ incipit* Sanctissimus, & *refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 54. pag. mihi 168.* ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra, 1633. 14. Apr. 2270

1625. 19. Sept. —— Potest Episcopus statim habita notitia delicti Regularis notoriè extra Claustra delinquentis informationem capere, & illam ad Superiorem delinquentis mittere, ut nequeat de eodem delicto ignorantiam præsumere: Satis autem est, ut Episcopus semel instet Superiori Regulari, eique terminum præfigat ad castigandum subditi delictum: Non sufficit tamen, ut Superior Regularis sententiam aut etiam acta ad Episcopum transmittat, sed opus est, ut de punitione ipsa & sententiæ executione Episcopum certiorem faciat: Regularis autem censetur notoriè delinquere extra Claustra, si in Ecclesia Monasterii delinquit, nisi clausis portis Ecclesiæ & solis Regularibus in ea existentibus fuerit commissum delictum, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Can. Jac. Pignat. par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. 309.* 1. Oct. 2271

1625. 1. Oct. —— Servus Dei Felix de Cantalicio, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccinorum Profeſſor, Beatus declaratur, cum permiſſione Officii & Miſſæ die dumtaxat ſui obitus pro omnibus ſui Ordinis Fratribus, &c. prout declarat & reſpectivè permittit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Conſtit. 50. quæ incipit* In ſpecula. ¶ Vide Canonizationem, infra 1713. 11. Jun.

1625. 1. Oct. —— Omnes & ſinguli Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Profeſſores de cætero juxta dicti Ordinis Regulam necnon Declarationes Nicolai Tertii *in cap. exiit, de verb. ſignific. in 6.* & Clementis Quinti *in Clem. 1. eod. tit.* calepodiis ſeu ſandaliis apertis dumtaxat incedere teneantur, neque alio pedum operimento panneo, ſive alterius cujuſcunque materiæ exiſtat, abſque expreſsa licentia uti poſſint: Integrum eorundem Profeſſorum veſtimentum duabus tantùm tunicis conſtet: una ſcilicet cum capucio & alia ſine capucio, ut eadem Regula præſcribit, neque tertia tunica ſeu camiſia ſtaminea aut interula ſeu ſudariis vel alia quacunque re ex quovis prætextu uti valeant, & ideo Julii Secundi & quaſcunque alias conceſſiones eidem Regulæ contrarias abrogat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Conſtit. 51. quæ incipit* Sacroſanctum, *& refert etiam* Matthæuce. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 19. num. 3. pag. mihi* 188. ¶ Vide infra, 1639. 16. Jul.

1625. 2. Oct. —— Quoties ad aliquam Eccleſiam, aut Oratorium, Locumve alium publicum Sæcularem ſeu Regularem, Tabellas & Imagines, aliudve ſimile quiſpiam detulerit, ac interceſſione Hominum inter Sanctos vel Beatos non adſcriptorum, quamvis cum Martyrii vel Sanctitatis fama demortuorum, optata ſe impetraviſſe dixerit, liceat Eccleſiaſticis Perſonis Eccleſiarum & Locorum prædictorum præpoſitis, Tabellas & Imagines ſive pictas ſive ex quavis materia fictas, atque alia quæcunque collatæ gratiæ fidem facientia, ſimul cum deferentis &

tis & aliorum qui conscii fuerint attestationibus recipere, atque approbantibus Ordinariis ad quos referre statim omnia teneantur, in secreto aliquo seorsum ab Ecclesia loco custodire, ibidemque tam amota collocare & asservare, ut, si quando Dominus talium Virorum merita Beatificationis seu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent hujusmodi Sanctitatis qualescunque probationes, Apostolicæ Sedis judicio tunc examinandæ. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit. quæ incipit* Postmodum, *statim post Constitut.* 39. *ejusd. Pontific.* & referunt etiam Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 1. *circa Constit.* 3. *Leonis X.* §. 2. *num.* 1. *pag. mihi* 113. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 7. *num.* 53. Gavant. *in Man. Episcop. Constit.* 11. *pag.* 218. Novar. *Comment.* 115. *num.* 1. *par.* 2. *pag.* 455. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 18. *num.* 26.

1625. 7. Oct. —— Religiosi, qui vivunt de eleemosynis & non possident stabilia, cogi non debent ad Decimas Papales, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regulae. in una Observantium, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Decimæ, *num.* 10. *pag. mihi* 149. 2274

1625. 1. Nov. —— Omnibus Abbatibus etiam Generalibus & Ecclesiarum Rectoribus vel Præceptoribus aut Commendatariis, nec non Capitulis etiam Generalibus & Provincialibus ac Conventibus & quibuscunque aliis cujusvis Ordinis aut Militiarum Superioribus in universa Italia existentibus prohibetur, ne faciant Investituras Bonorum Jurisdictionalium ad Ecclesias inferiores spectantium; & hoc interdicitur sub variis pœnis juxta conditiones transgressorum: De cætero autem Abbates & alii prædicti, in aliis Juramentis ab iis præstandis, de præsenti Constitutione servanda omnino jurare teneantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 51. *quæ incipit* Humanæ salutis, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 2. *Constit.* 7. *hujus Pontific. pag. mihi* 283. Barbosa *de potest.* 2275

teſt. Epiſc. tom. 2. in fine, pag. 74. ac Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. diſput. 14. quæſito 4. nu. 6. pag. 255.*

1625. 19. Nov. —— Subjectio Religioſorum erga ſuos Prælatos à Summo Pontifice dependet, ſine cujus miniſterio & intentione Prælati Regulares nullam haberent juriſdictionem, Medin. *de Indul. cap. 24.* Sot. *de Juſtit. & Jur. lib. 10. quæſt. 1. art. 4.* Victor. *in relect. de poteſt. Eccleſ. qu. 2. num. 28.* Alph. de Caſtr. *lib. 2. de hæret. punit. cap. 24.* & contra hæreſes, *in verb. Epiſcopus*: ipſe nimirum eſt Summus Prælatus cujuſcunque Religionis, ut benè advertit Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 3. capit. 17. num. 1.* & ex eis dixit *Rota in Ulixbonen. Monaſterii coram* Coccino, *deciſ. recent. par. 5. tom. 2. dec. 461. num. 4. & 5.* ubi *num. 15. & 16. dictum etiam fuit, quod* licèt Monachus incorrigibilis poſſit eiici è Monaſterio, Natt. *conſ. 80. num. 1. de Regul.* & poſſit Habitu privari, ad hunc tamen effectum requiritur ultra incorrigibilitatem, quod defectus non ſolùm innoteſcant Frâtribus, ſed etiam Sæcularibus, & quod ex iis alii de facili poſſint corrumpi, ut eſt originale dictum S. Bonaventuræ *qu. 14. ſuper Reg. S. Franc.*

1625. 19. Nov. —— Integer Conventus eiici non poteſt, ſed quando Monaſterium deliquit in caſu, in quo Monachus particularis eiiceretur, Monaſterio providetur per mutationem Superiorum, *cap. quoniam, de Simon.* ut dixit *Rota in d. Ulixbonen. coram* eodem, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. in fine 3. tomi, deciſ. 82. num. 20.* ubi *etiam dictum fuit, quod* Abbates & Prælati ab Ordinariorum & aliorum juriſdictione exempti ac Sedi Apoſtolicæ ſubjecti, nequeunt exemptionis privilegio renunciare, ut refert idem Tamburin. *tom. 1. diſput. 15. quæſito 12. num. 3.*

1625. 20. Nov. —— Plura Statuta pro felici Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia gubernio edita in Capitulo generali Romæ celebrato die decima ſeptima Maii ejuſdem anni approbat & con-

confirmat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Conſtit. quæ incipit* In ſupremo, *ſtatim poſt Conſtit.* 51. *ejuſd. Pontific.* ¶ Nonnulla etiam Statuta Barchinonenſia pro Fratribus ejuſdem Ordinis de Ultramontana Familia (dummodo Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis ac Conſtitutionibus Apoſtolicis & Regularibus ipſius Ordinis Inſtitutis non adverſentur) itidem confirmat idem Pontifex eodem anno 1625. 18. Dec. *ibid. Conſtit. quæ incipit* Injuncti.

25. 17. Dec. —— Collegium ſeu Gymnaſium Salisburgenſe in generale Studium & Academiam ac etiam Univerſitatem cujuſcunque Facultatis & Scientiæ licitæ, cum Cathedris Facultatum earundem ac poteſtate capaces & idoneos in hujuſmodi facultatibus doctorandi ſeu magiſtrandi, erigit & inſtituit, & ſic erectum & inſtitutum Monachis Ordinis S. Benedicti regendum ſupponit *Urbanus VIII. in Conſtit. quæ incipit* Supereminenti, *apud* Mezger *in Hiſtor. Salisbur. lib.* 5. *cap.* 22. *pag. mihi* 1080. 2279

1625. die, &c. —— Religio Clericorum Regularium Theatinorum, quandiu Inſtitutum nihil Bonorum ſtabilium poſſidendi retineat quoad Bona immobilia non comprehenditur in prohibitione de rebus Regularium non alienandis ſupra poſita & edita anno 1624. 7. Sept. ut deciſum refert Barboſa *in Concil. ſeſſ.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 3. *num.* 16. ex Aldan. *cap.* 8. *num.* 16. 2280

1626. 20. Jan. —— Fratres Diſcalceati Ordinis Ss. TRINITATIS Redemptionis Captivorum de Congregatione Hiſpaniarum poſſint in locis Africæ dumtaxat celebrare ſuper Altari Portatili Miſſas & etiam antequàm illuceſcat dies, omneſque & ſingulos utriuſque ſexus Fideles inibi exiſtentes à quibuſcunque exceſſibus & delictis ac in Bulla Cœnæ contentis abſolvere, & confeſſis ac Sacra Communione refectis (quoties id fecerint) valeant plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam elargiri: necnon Captivos aliqua poſſibilia agendo conſequi 2281

qui Jubileum generale vult & declarat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 54. *qua incipit* Cùm sicut.

1626. 27. Jan. —— Puer trium annorum cum dispensatione Apostolica admissus ad Religionem Hierosolymitanam, cui concessa fuit Crux aurea cum permissione faciendi Novitiatum anno vigesimo quinto ætatis suæ, pendente isto termino ad emittendam Professionem, gaudet privilegio fori, ut declaravit *Congregat. Immunit. Eccles. in Mediolanen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Equites S. Hierosolymitani, *num.* 3.

1626. 6. Febr. —— Congregatio Fratrum Reformatorum Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, & quæcunque illius Officia ac Loca Regularia in quibusvis Provinciis existentia, necnon Statuta & Privilegia perpetuò supprimuntur & extinguuntur, & ea omnia cum Bonis Ordini Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium conceduntur & assignantur, excepto Conventu S. Antonii Patavini de Urbe, quem cum Bonis immobilibus Cameræ Apostolicæ applicat & incorporat & Pontificis pro tempore existentis dispositioni reservat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 65. *qua incipit* Romanus.

1626. 16. Mar. —— Regulares, qui possident prædia in vim Donationis, non possunt denegare Ecclesiæ Parochiali solutionem Decimarum, quæ prius solvebantur, cum ad ejus prædia transiisse dicantur cum suo onere, juxta text. *in cap. ex parte, il* 1. *cap. nuper, de Decim.* §. *ult. cæterum, eod. tit. lib.* 6. Rebuff. *de Decim. quæst.* 5. *num.* 19. & 20. nam Regulares non sunt de jure communi exempti à solutione Decimarum, nisi pro Hortis quos ipsi colunt, *d. cap. ex parte, de Decim. cap.* 2. *de Eccles. ædifican.* nec quoad alia Bona fruuntur privilegio exemptionis, nisi prædia sint propria vel quod propriis manibus vel sumptibus illa colant, *cap. dilecti, cap. licet, de Decim.* Gloss. *in d. cap. ex parte, verb. laborum,* Clemen. 1. *ubi*

ubi DD. eod. tit. & ex eis dixit *Rota in Abulen. Decimarum coram* Manzanedo, *decis.* 853. *sub num.* 1. & 2. *pag. mihi* 376.

1626. 21. Mar. —— Non licet Regularibus pecunias ad cambium vel mutuo accipere cum solutione lucri cessantis & damni emergentis, & si acceperint, incidunt ipso facto in pœnas Decreti suprapositi & editi anno 1624. 7. Sept. ut declaravit *Congregatio Concil. apud* Peyrin. *de Privileg Regular. tom. 2. circa Constit. 8. Urbani VIII. num. 2. pag. mihi* 285. & referunt etiam Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 13. quæsito 7. num. 2. pag.* 247. Nicol. *in Lucubrat. tom. 1. lib. 2. tit. 1. num.* 20. *pag.* 74. ac Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit.* 298. *quæ incipit* Cùm post editum, *necnon &* Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. par. 2. tract. 14. quæst.* 68. & Petra *tom. 4. pag.* 186. *num.* 25. ac Novar. *in Commentar. 6. num.* 13. *pag. mihi* 6. Lezana *in Sum. quæst. Regular. cap.* 10. *num.* 3. *pag.* 49. 2285

1626. 23. Mar. —— Nemo de cætero quavis auctoritate fungens Libros vel Quinterna seu Folia sive impressa sive manuscripta, Bibliothecis Domorum Regularium Ordinis Fratrum Prædicatorum hactenus donata seu assignata & in posterum donanda seu assignanda, ex eisdem Bibliothecis extrahere seu ut extrahantur permittere aut consentire sub quovis prætextu audeat seu præsumat, sub Excommunicationis necnon privationis vocis activæ & passivæ per contrafacientes eo ipso incurrendis pœnis, prout interdicit & prohibet *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 55. quæ incipit* Cùm sicut. 2286

1626. 28. Mar. —— Equites Hierosolymitani gaudent immunitate juxta eorum Privilegia, ut respondit *Congregat. Immunit. in Novarien.* & exemptione pro Bonis Patrimonialibus, ut declaravit *ead. Congregat. in Tudertina* 1638. 19. *Januar.* ac immunitate à collectis & gabellis, exceptis iis in quibus comprehenduntur à Sede Apostolica, ut dixit *ead. Con-* 2287

gregat. in Anconitana 1637. 13. *Jul.* & Novitii hujus Religionis gaudent privilegio fori, ut censuit *ead. Congregat. in Meliten.* 1649. 12. *Januar.* nec comprehenduntur in contributionibus, nisi fuerint in specie expressi, ut decrevit *ead. Congregat. in Cæsaraugustana* 1671. 20. *Jun. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 277.

1626. 8. Apr. —— Quicunque Frater Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula ad aliquam Dignitatem vel Officium fuerit assumptus, si huic renunciaverit, ille ad aliud æqualis vel etiam superioris qualitatis Officium toto tempore à Regula Officio cui renunciavit præfixo, assumi non possit, ut statuit *Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus, Ordinis Protector, de consensu Patris Generalis, apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *cap.* 11. *circa Constitut.* 2. *num.* 2. *pag. mihi* 372.

1626. 22. Apr. —— Sanctam Elizabetham Reginam (dum vixit) Portugalliæ, Tertium Ordinem S. Francisci expressè professam fuisse, atque in omnibus pro tali ubique haberi & reputari declarat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 56 *quæ incipit* Cùm sicut, *ubi etiam ait, quod* ista Sancta fuit canonizata ab istomet Pontifice.

1626. 7. Maii. —— Breviarium & Missale de Mandato Pauli Quinti (prout supra 1612. 1. Oct.) pro omnibus Monachis sub Regula S. Benedicti militantibus edita, ex quo semel ab initio acceptata sunt, semper omnino continuentur, atque ab omnibus etiam Congregationis Hispaniarum inviolabiliter observentur, quibus in virtute sanctæ obedientiæ ac sub privationis vocis activæ & passivæ necnon Officiorum obtentorum ac inhabilitatis ad illa & alia obtinenda atque aliis arbitrio Papæ pœnis mandatur, quatenus in cunctis Locis Regularibus ejusdem Ordinis quantumvis exemptis Breviarium & Missale sic edita recipiant. *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* In Cathedra, *apud* Murga, *in Commentar. ad*

tar. ad Constit. Apostolic. Constit. 16. §. 13. num. 119. pag. mihi 393. & iterum *in Tract. de Benefic. Eccles. qu. 3. num. 194. pag. 302.*

1626. 7. Maii. —— Nonnullæ Constitutiones Clericorum Regularium Congregationis de Somascha, diversis temporibus factæ, novissimè verò per Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales negotiis Regularium præpositos recognitæ, & in unum Volumen compilatæ, perpetuò approbantur & confirmantur: Eas in dicta Congregatione ab omnibus, ad quos spectat & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter sub pœnis in ejusdem Statutis comminatis observari & adimpleri debere, ac quoscunque ejusdem Congregationis Superiores, Præsbyteros & Personas ad plenariam illorum observantiam omnibus juris & facti remediis cogi & compelli posse decernit *Urbanus VIII. in Constitut. quæ incipit* Sacrosanctum, *in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi* 154. 2291

1626. 26. Maii. —— Vicarius Generalis Congregationis Discalceatorum Ordinis S. Augustini de Italia est verus & legitimus Superior, Vicarius Generalis nuncupatus totius suæ Congregationis, & gaudet omnibus & singulis juribus & facultatibus, quibus aliarum Religionum Generales potiuntur, ideoque sibi licet inter alia, eo absente, alium suo loco subrogare qui omnimoda ejus jurisdictione ubique locorum (illa tantùm excepta Provincia, in qua ipse Generalis Vicarius pro tempore reperietur) fungatur, & consequenter subrogatio ac delegatio à præfato Vicario facta, est juridica & canonicè facta & ut talis confirmatur: Fratresque omnes eidem Vicario subjectos ejusdem Religionis, hujusmodi subrogato ac delegato ad obedientiam præstandam juxta formam suæ delegationis obligatos esse declarat *Congregat. Visitat. Apostolic apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. quæ incipit* In Causa, *statim post Constit. 58. Urbani VIII.* 2292

1626. 28. Maii. —— Coloni Religionis Hierosoly- 2293

mitanæ gaudent Privilegiis ejusdem Religionis, ut declaravit & respondit *Congregatio Immunit. Ecclesiast. in Vercellen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Colonus Commendæ, *num.* 1.

1626. 8. Jun. —— Qui magis antiani sunt, præferuntur in consequendis Commendis Religionis Hierosolymitanæ, ut apertè cavetur in Constitutionibus dictæ Religionis, & facit *cap. fin. de consuet. in 6.* si tamen non sunt oriundi & naturales illius Regni ubi prætendunt Commendam, illam obtinere non possunt Cabel. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 29. Garz. *de Benefic. par.* 7. *cap.* 9. *num.* 3. de hujusmodi autem Commendis libera disponendi facultas est penes Magnum Magistrum & Capitulum generale, ut inquit Seraph. *decis.* 1390. *in princ.* & ex eis *Rota in Egitanien. Commenda coram* Merlino Decano, *decis. recent. par.* 5. *tom.* 2. *decis.* 469. *num.* 1. 2. & 3. ubi *num.* 9. *dictum etiam fuit, quod* Eques Hierosolymitanus exterus, si ex privilegio & speciali gratia Magni Magistri fuerit receptus in aliquo Prioratu, ex hoc efficitur naturalis illius Prioratus, & capax Commendæ prædicti loci, ex Put. *decis.* 323. & 389. 2134

1626. 25. Jun. —— Quæcunque Privilegia Ordini Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Recollectorum per Romanos Pontifices concessa (dummodo illa sint in usu, nec revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, Sacrisque Canonibus & Concilii Tridentini Decretis ac Constitutionibus Apostolicis & Institutis Regularibus dicti Ordinis non adversentur) approbat & confirmat, illisque perpetuæ & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 69. *qua incipit* In supremo. ¶ Vide infra, 1628. 15. Oct. 2137

1626. 27. Jun. —— In exceptione Fratrum Minorum de Observantia (quæ habetur in *cap.* 3. *sess.* 25. *de Regular.*) non comprehenduntur Moniales S. Claræ, sed istæ sunt capaces Bonorum & Hæreditatum, ut declaravit *Congregat. Concil. in Papien. apud* Petra 2136

in Com-

in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constit. 12. Innocentii IV. sect. 1. sub num. 5. pag. mihi 103. ubi *num.* 7. *ait, quod* idem procedit etiam quoad Monasteria Monialium dictæ S. Claræ de Strictiori Observantia Reformationis Recollectarum in Gallia, dummodo incapacitas non fuerit renovata post Concilium, ut rescripsit *eadem Congregatio in Bituricen. Proprietatis* 1679. 13. *Maii*.

1626. 8. Jul. —— Nonnulla Statuta à Congregatione Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti pro ejus felici gubernio diversis temporibus facta, & de mandato Papæ recognita, ac multis in locis ad Sacri Concilii Tridentini Decretorum & Constitutionum Apostolicarum præscriptum emendata, atque in unum volumen compilata perpetuò approbat & confirmat, nec non in dicta Congregatione ab omnibus inviolabiliter sub pœnis comminatis in dictis Statutis observari & adimpleri debere, ac quoscunque ejusdem Superiores & Monachos ac Personas ad observationem omnibus juris & facti remediis cogi posse decernit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 56. quæ incipit* Sacrosanctum. 2297

1626. 15. Jul. —— Archiepiscopis & Episcopis Status Ecclesiastici, eorumque & Pontificio in Urbe ac ejus Districtu Vicariis in spiritualibus Generalibus, nec non Ss. Vincentii & Anastasii ad Aquas Salvias trium Fontium nuncupatorum Cistercienſis Ordinis prope & extra mœnia ejusdem Urbis, ac S. Silvestri Terræ Nonantulæ Ordinis S. Benedicti nullius Diœcesis Monasteriorum Abbatibus, ut in detentores Protocollorum seu Instrumentorum per Notarios defunctos actorum & rogatorum (ubi, quando, & quoties expedierit) generalem Excommunicationis sententiam proferendi facultatem habeant, concedit *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Exposuit, *in additam. ad Theatr.* Cardin. de Luca, *decis. vol. 2. pag. mihi* 427. 2298

1626. 27. Jul. —— Regulares non comprehenduntur in Decreto facto pro Regno Neapolitano (de quo 2299

supra 1623. 22. Jun.) quoad publicationem à Paro-
cho faciendam pro Ordinibus minoribus suscipien-
dis, ut declaravit *Congregatio deputata pro eodem Re-*
gno, *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit.*
11. num. 37. pag. mihi 23.

1626. 28. Jul. —— Ordinarii locorum ex dispositio- 230
ne Sacri Concilii Tridentini prohibere non possunt, 16
ne Regulares peregrini in Ecclesiis suorum Ordi-
num Missas celebrent absque eorum licentia: & si in
loco non habeant suorum Ordinum Ecclesias, pos-
sunt dicti Ordinarii prohibere, ne ibi sine eorum
licentia Sacrum faciant, ut censuit *Congregat. de pro-*
pag. Fide, *apud d.* Nicol. *in dd. Lucubrat. tom. 2. Ca-*
non. lib. 3. tit. 31. num. 15.

1626. 30. Jul. —— Omnia & singula ac quæcunque 230
Privilegia Religiosis quorumcunque Ordinum vel
Congregationum aut Institutorum tam per Sedem
Apostolicam & illius in Regnis Hispaniarum Nun-
cios quàm illorum Superiores quomodolibet con-
cessa perpetuò revocat & abrogat, nec illa cuiquam I
suffragari neque de cætero absque dictæ Sedis licen-
tia concedi posse statuit *Urbanus VIII. apud* Cheru-
bin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 57. quæ incipit* Pa-
storalis Officii, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg.*
Regular. tom. 3. Constit. 15. ejusd. Pontific. pag. mihi
394.

1626. 13. Aug. —— Equites S. Mauritii gaudent im- 230
munitate pro Bonis Patrimonialibus, ut declaravit I
Congregatio Immunitat. in Assisien. & etiam pro Bonis
Commendæ, ut respondit *ead. Congregat. in Cameri-*
nen. 1647. 13. *Aug.* nec non immunitate ab one-
ribus, ut rescripsit *ead. Congregat. in Tudertina*; &
gaudent quoque privilegio fori, ut resolvit *ead.* I
Congregat. in Neapolitana, *apud* Pascucc. *in Compend.*
ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit. de Equi-
tibus, *pag. mihi* 278.

1626. 16. Aug. —— Regulares Professi non possunt 230
amplius uti facultatibus Missionarii, postquàm fue-
runt dimissi vel ejecti, exceptis Jesuitis, ut censuit

Con-

Congregat. de propag. Fide, apud Nicol. *in Flosculis, verbo* Missio, *num.* 1. *ubi num.* 2. *ait, quod* Patentes Missionis non dantur Laicis tam sæcularibus quàm Regularibus, sed Sacerdotibus qui sint Theologi vel saltem Casistæ, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular.* 1633. 13. *Aug.* & antea 1625. 19. *Sept.*

1626. 18. Aug. — Abbates & alii Superiores Regulares non possunt benedicere Paramenta Ecclesiarum non sibi subditarum, abrogata contraria consuetudine, quam abrogat *Congregat. Rit. apud* d. Nicol. *in Floscul. verb.* Abbas, *num.* 5. *ubi etiam* nisi super hoc obtineant ab Apostolica Sede speciale Privilegium, tunc enim etiam Calices & Aras ac Campanas possunt benedicere, & alia consecrare in quibus intervenit unctio, ut declaravit *ead. Congregat. anno* 1614. 10. *Nov.* hujusmodi tamen Privilegia non censentur communicata Superioribus aliarum Religionum, ubi non militat eadem ratio, ex Diana 3. *tract.* 5. *resol.* 15. 2304

1626. 19. Aug. — Congregationem Fratrum Eremitarum Discalceatorum Italiæ de Ordine S. Augustini in quatuor Provincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Januensem, & Siculam perpetuò dividit & separat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 58. *qua incipit* Ad uberes & suaves fructus. 2305

1626. 28. Aug. — In Congregatione, quæ paucas habet Abbatias, non debent plures Fratres germani esse Abbates in eodem tempore, ut jam respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Cistercien sium de Lombardia, apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Abbas, *num.* 2. 2306

1626. 28. Aug. — Fundatori Conventus licet super Portis ejus apponere sua Arma Gentilitia, & in pariete Lapidem Fundatoris, ut declaravit & rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Nullius seu Granaten. apud* d. Nicol. *in dd. Flosculis, verbo* Fundator, *num.* 1. 2307

1626. 1. Oct. — Regulares cujusvis Ordinis, qui- 2308

bus pro delictis ad Sanctæ Inquisitionis Officium spectantibus aliquod pœnitentiæ genus impositum fuit (salutaribus pœnitentiis exceptis) eo ipso ad omnes Religionis suæ gradus & officia inhabiles censeantur, & deinceps (etiamsi pœnitentiæ tempus expleverint, vel gratiam receperint) ad illa tamen promoveri nullatenus possint, nisi prius obtenta à Summo Pontifice vel à Sacra Inquisitionis Congregatione speciali & expressa rehabilitationis gratia: aliàs promotio quælibet sit nulla, & promoventes ipsi privationem suorum officiorum ac præterea vocis activæ & passivæ ipso facto incurrant, ad quæ restitui non possint, nisi à Papa vel à *Congregat. Inquisit. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 2. circa Constit. 9. Pauli V. §. 1. num. 29. pag. mihi* 256. & ex eo Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. Constit. 6. num.* 863. *pag.* 231. Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap.* 15. *sub num.* 39. *pag.* 80. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 5. *quæsito* 21. *num.* 14. *pag.* 51. ac Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 299. *quæ incipit* Sanctissimus, nec non Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Pœnæ, *sub num.* 3.

1626. 20. Nov. —— Ordinarius loci valet visitare & punire ac corrigere Regularem extra Monasterium seu Claustra delinquentem, non solùm si degat cum licentia suorum Superiorum, sed etiam de licentia Apostolica, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatell. par.* 2 *tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 209.

1626. 25. Nov. —— Omnia & singula Privilegia ac Indulta Assistentibus Ultramontanis Prioris Generalis de Ordine Eremitarum S. Augustini per Sedem Apostolicam aut per quoscunque alios quomodolibet concessa, quibus hujusmodi Assistentes expleto suo officio hactenus usi & gavisi sunt, perpetuò revocantur, ipsosque Assistentes finito eorum officio hujusmodi ad suas Provincias redire teneri & ad id per pro tempore existentem dicti Ordinis Priorem Generalem opportunis juris & facti remediis cogendos

gendos esse declarat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 61. quæ incipit* Romanus. ¶ Vide supra, 1593. 5. Jul.

1626. 27. Nov. —— Regulares etiam Societatis JESU, dum prædicant in suis Ecclesiis, possunt recipere & distribuere eleemosynas eorum arbitrio, commendare etiam quemcunque Locum Pium voluerint ex iis quos Episcopus edixerit posse commendari; extra verò, prout Episcopus voluerit: Ad commendandum verò Familias seu Personas particulares indistinctè necessaria est licentia Episcopi, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Patavina, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Prædicator, *num.* 24. 2311

1626. 5. Dec. —— Episcopus non potest compellere Regulares Curam Animarum exercentes in eorum Monasteriis vel aliis eisdem unitis ad intereſſendum Divinis Officiis in Cathedrali diebus Sanctorum Protectorum Civitatis, ut censuit *Congregat. Concil. pro Canonic. Regular. Lateranensib. apud* Barbos. *in Concil. sess. 25. de Regul. & Monial. cap. 12. num. 6.* ex Sell. *in select. canon. cap. 2. num. 3.* & refert etiam Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 41. numer. 2.* 2312

1626. 9. Dec. —— Officium Procuratoris Generalis Congregationis Camaldulensium perpetuò unitur & incorporatur Priori Monasterii Abbatiæ nuncupatæ S. Gregorii de Urbe ejusdem Congregationis, ita ut statim atque quis in Monasterii hujusmodi Priorem eligetur, etiam Procurator Generalis Congregationis præfatæ censeatur & è contra: Pro alimentis verò vel aliis sumptibus Abbatis Generalis, vel Procuratoris Generalis ejusdem Congregationis qui idem non sit Prior dicti Monasterii, ex redditibus vel proventibus ad Ecclesiam seu Monasterium S. Gregorii quomodocunque pertinentibus de cætero nihil detrahi aut insumi possit: Monasterium denique ipsum seu illius Priorem ab omnibus & quibuscunque taxis seu contributionibus tam à Capitulo Generali quàm ab ipso Priore Generali seu quibusvis 2313

busvis aliis Superioribus dictæ Congregationis quamcunque ob causam impositis vel imponendis eximit & liberat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 76. quæ incipit* Felici.

1626. die, &c. —— Quoties Cadavera Defunctorum ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur, Officia Mortuorum, ac reliqua quæ in hujusmodi ministerio adhiberi solent, non à Canonicis, neque à Clero, sed à Fratribus obiri ac peragi debere censuit *Congregat. Concil.* juxta sæpius resoluta, *apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 3. num. 19. pag. mihi* 320.

1627. 2. Jan. —— Monachos Monasterii Ripolensis de Ordine S. Benedicti in Principatu Cathalauniæ etiam post acceptatum novum Breviarium Monasticum sive etiam Romanum, ad recitandum quotidie Officium Beatæ MARIÆ Virginis & Defunctorum juxta veterem consuetudinem omnino teneri & obligatos esse, atque ita ab omnibus censeri & ab ipsis Monachis observari debere decernit & declarat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 77. quæ incipit* Cùm sicut, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 578.*

1627. 10. Jan. —— Pueris sexto suæ ætatis anno expleto non licet, & non possunt ex devotione Habitum Religiosum deferre, ut Cardinali Boncompagno rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 3. num. 5. pag. mihi* 21. ex Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Habitus, *num. 1. pag. mihi* 271.

1627. 11. Jan. —— Prioratus Religionis Hierosolymitanæ sunt & veri Tituli, & Beneficia Ecclesiastica, & in eis habet locum *Clem. 1. de sequestr. possess.* Paris. *cons.* 136. *num.* 16. *&* 17. *lib.* 4. Mohed. *dec.* 10. *de caus. possess. & propr.* & licèt obtinentes Beneficia Regularia potius ratione obedientiæ & ex vi Professionis, quàm ex natura eorum possint removeri ad nutum Superioris, non tamen sine causa, *Clem. 1. de supplen. neglig. Prælat.* Rebuff. *de pacific. possess.*

possess. num. 331. Sylv. *de Benefic. par.* 3. *qu.* 21. *num.* 5. & à remotione datur recursus, ut ex d. Rebuff. dixit *Rota in Melevitana Prioratus Navarræ coram* Virili, *decis. recent. par.* 5. *tom.* 2. *decis.* 471. *num.* 8. 10. & 12.

1627. 6. Febr. —— Bulla Gregorii Decimiquinti de Conservatoribus supraposita & edita anno 1621. 20. Sept. non afficit Religionem Hierosolymitanam, nisi quoad Judices Conservatores, eidemque Religioni adhuc jus hujusmodi Conservatores eligendi competit, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Barbos. *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 106. *num.* 57. 2318

¶ Vide infra, 1629. 17. Febr.

1627. 6. Febr. —— Regulares Curam Animarum exercentes subsunt jurisdictioni & visitationi ac correctioni Episcopi, in iis tamen quæ ad Curam ipsam pertinent & Sacramentorum administrationem, non obstante Brevi Pii Quinti suprapositio & edito 1567. 24. Martii, ut resolvit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Barbos. *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 11. *num.* 5. ex Aldan. *in Compend. Canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 40. 2319

1627. 8. Mar. —— Si Scripturæ extractæ ex Archivio Episcopali dicuntur extractæ ex Archivio publico, & plenè probant *cap.* 2. *de fid. instrum.* & ibi Card. & Hostien. Franc. Mar. *decis.* 436. *numer.* 2. 3. 4. *par.* 1. Alvar. *inter cons.* Albert. Brun. *cons.* 121. *num.* 3. Modern. Patavin. *de privat. scriptur. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 33. idem est dicendum de Archivio Cassinensi, quod æquiparandum est Episcopali, quia illius Monasterii Abbas habet jurisdictionem Episcopalem cum Diœcesi separata descripta inter Episcopales in Libris Cancellariæ & Cameræ Apostolicæ, quibus fides habetur, ad Seraph. *decis.* 1353. *num.* 4. Synodum congregat, concedit Dimissorias ad Sacros Ordines, approbat Confessores & Prædicatores, atque ad ipsum & ejus Generalem Vicarium diriguntur Litteræ Apostolicæ Matrimoniales Dispensationum, & eidem Abbati Cassinensi respondit 2320

dit Alexander Tertius *in cap.* 1. *de consanguin. & affinit.* & hujusmodi Litteræ Apostolicæ nonnisi habentibus Jura Episcopalia transmitti solent, *cap. conquerente, de Offic. Jud. Ordin.* ut dixit *Rota in Sorana Beneficii coram* Merlino, *decis. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 45. *num.* 1. *& seqq.* & refert etiam Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constit.* 490.

1627. 8. Mar. —— Ecclesia Cassinensis verè videtur censenda Cathedralis & Episcopalis, prout eam appellarunt Jo. Andr. *in cap. cùm contingat, numer.* 4. *de for. comp.* & ibid. Butr. *num.* 11. *circa med. vers. fatetur*, Rebuff. *in Prax. fol.* 649. *in princ.* Quaran. *in Sum. Bullar. verb.* Concilium Provinciale, *numer.* 16. & meritò, quoniam ex Strabone *lib.* 5. *de sit. Orb.* erat hæc Civitas præclara, & Latinorum novissima deducta Colonia anno ab Urbe condita 440. L. Papirio Cursore V. & C. Junio iterum Consulibus ex T. Livio *lib.* 9. *decad.* 1. & Sigon. *de antiq. Jur. Ital. lib.* 2. Abbates autem Cassinenses, licèt non sint Episcopi, tamen semper Jura Episcopalia exercuerunt & exercent, ac proinde illius Archivium tanquam Episcopale legalitatem ac fidem Scripturis ibi existentibus præbere debet: imo videtur præferendum aliis Archiviis Episcopalibus, quia Episcopi sæpe sæpius solent esse Suffraganei & angustæ Diœcesis & nihilominus Archivia dicuntur publica & ex eis extracta Jura plenè probant, atqui Abbas Cassinensis non ulli Suffraganeus, sed omninò à quocunque exemptus, soli Sedi Apostolicæ immediatè subjectus, ut ex Privilegio Zachariæ Papæ suprapositio & edito anno 741. 18. Febr. ut dixit *Rota in d. Sorana Beneficii coram* eodem, *ibid. num.* 6. 7. & 10.

1627. 8. Mar. —— Conditiones ad Archivium requisitæ, si in ullo Orbis Archivio reperiuntur, in Cassinensi certè eminent, est enim antiquissimæ jurisdictionis & temporis, habet publicum Officialem & Custodem, juxta Felin. *in capit. ac audientiam, de præscript.* qui Officialis exactissimè disposita monumenta conservat, & dicitur Archivista Cassi-

Cassinensis, & talis fuit Leo Monachus Cardinalis, Episcopus Hostiensis, & Petrus Diaconus, quos de aliorum consensu sinceræ fidei Scriptores appellat & laudat Cardinalis Baronius, & ex eo Archivio profitetur deprompsisse multa quæ in suos Annales & alia Opera ingessit, ita in notis ad Martyrolog. 12. *Mar.* 6. 7. *Maii*, 17. *Jun.* 18. *Jul.* 20. *Aug.* 1. *Oct.* 7. *Nov.* & in Annal. *tom.* 10. *sub anno* 850. 851. & 873. ac etiam *tom.* 11. *multis in locis*, & Panvinus Historiæ Romanæ Parens appellatus, idem testatur *in princ. Histor. Pontific.* & Carolus Sigon. *in Indice Hist. de Regn. Ital.* & ex eis dixit *Rota in d. Sorana Beneficii coram* eodem, *ibid. num.* 17. & 18.

1627. 8. Mar. —— Archivium Cassinense uti publicum & insigne semper à Summis Pontificibus in magna æstimatione fuit habitum: Ita enim Bonifacius Nonus anno undecimo sui Pontificatus in quadam Bulla admodum honorificè de eo verba facit: Ita pariter Leo Decimus anno nono sui Pontificatus mandat in eo asservari & reponi magni momenti Scripturas: Ita quoque ad nutum Pauli Quinti Archiepiscopus Vulpius & jussu Catholicæ Majestatis Fulvius Marchio Corletti ad illud tanquam ad Archivium publicum transmiserunt custodiendam determinationem cujusdam Causę vertentis circa Confines Terrarum Pontis Corvi & Rocchæ Guglielmi: Et postea Gregorius Decimusquintus Archivii Custodem Pontificii Notarii Dignitate donavit, ut jure merito Urbanus Octavus innixus tantis eruditorum attestationibus & Pontificum Decretis ac loci antiquitate & præcipuè Officialium diligenti & sincera custodia, confirmans eadem Privilegia, amplius decreverit, omnimodam habendam esse fidem Scripturis hujusmodi in quocunque Tribunali Ecclesiastico aut Sæculari, ut dixit *Rota in d. Sorana Beneficii coram* eodem, *ibid. num.* 20. & 22. 2323

1627. 26. Mar. —— Regulares & eorum Monasteria ac Bona non ideo desinunt suis gaudere Privilegiis, quod modernus Abbas non sit Religiosus, sed perpe- 2324

perpetuus Commendator, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Cisterciensium*, *apud* Nicol. *in Flosculis*, *verb.* Privilegium, *num.* 6. *& refert etiam* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 2. *cap.* 24. *num.* 5. *pag. mihi* 165. 1627

1627. 19. Apr. —— Jus nominandi Vicarium in propria Ecclesia Parochiali Regularium spectat de jure ad ipsos Regulares, *cap.* 1. *de capell. Monach.* Concil. Trident. *sess.* 25. *de Regular. cap.* 11. nec hoc mirum videtur, quia Cura Animarum sæcularium potest penes Regulares residere, per alium tamen exercenda, Felin. *in cap. cum venerabilis, num.* 36. *de excepr.* Monasterii autem appellatione venit etiam Ecclesia in eo incorporata Gloss. *in cap.* 1. *in verb. exempto*, ubi DD. *de Privileg.* & si Monasterium sit Regulare, etiam Ecclesia est Regularis, quia clarum est, quod Monasteria non dantur sine Ecclesiis; ultra quod ad effectum manutentionis sufficit probare dominium Ecclesiæ esse Monasterii ex sola possessione, dum illud deducitur incidenter, Bart. *in l. quidam in suo, num. ff. de cond. Instit.* Calder. *consil.* 23. *de Præben.* & ex eis dixit *Rota in Januen. Parochialis coram* Durano, *apud* Posth. *de manutenen. decis.* 217. *à num.* 2. *ad* 6. *pag. mihi* 170. 1627

1627. 19. Apr. —— Equites S. Stephani gaudent immunitate à collectis & alii oneribus, ut declaravit *Congregatio Immunit. Ecclesiast. in Mantuana*: & etiam exemptione à quibusvis impositionibus, prout rescripsit *ead. Congregat. in Urbevetana*, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 278. 1627

1627. 23. Apr. —— Beatam Mariam Magdalenam de Pazzis Florentinam, fuisse (dum vixit) Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo Monialem declarat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 63. *quæ incipit* In supremo Apostolatus solio. ¶ Hanc Mariam Magdalenam beatificavit idem Pontifex, sed hujusmodi Bulla non habetur in d. Bullario. 1627

30. Apr.

1627. 30. Apr. —— Non probatur, quod Superior Regularium reservet sibi Casus ad effectum præscribendi Confessariis in casibus particularibus quam pœnitentiam injungere debeant, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Aversana, apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Casus reservati, *num.* 4. 2328

1627. 7. Maii. —— Religio Hierosolymitana, & Magnus Prior Alemaniæ, necnon Commendatores, & Bona dictæ Religionis, ac Prioratus non tenentur concurrere cum statu Prælatorum in contributionibus Provinciæ seu Provinciarum Alsatiæ & Brisgoviæ, propter ampliſſima Privilegia Exemptionis per Summos Pontifices dictæ Religioni concessa, & quia sub protectione B. Petri & Sedis Apostolicæ recipiuntur, & liberantur ab omni quorumcunque superioritate & potestate, ut dixit *Rota in Meliten. Collectarum coram* Ubaldo, *decis. recentior. par. 5. tom. 1. decis. 63. num. 1. 2. & 3.* ¶ Vide supra, 1604. 19. Mar. 2329

1627. 7. Maii. —— Absente Priore, non debet supplere vices & facere officium Superioris ille Religiosus, cui per turnum continget esse Hebdomadarium in Choro & in cantanda Missa, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 28. de Vicar. num. 35. pag. mihi* 43. & iterum *in Flosc. verb.* de aliis Vicariis, *num. 92. pag.* 518. arg. *l. Tut. 20. ff. de test. tut.* 2330

1627. 8. Maii. —— Abbas, si cessante privilegio ac etiam benedictione, aliquem tonsuraverit, is talis debet denuò tonsurari, ut resolvit *Congregatio Concil. apud* Barbos. *in Sum. Apostolicar. Decis. Collect. 1. num.* 18. ex Aldan. *in Compend. canonic. resolut. lib. 3. tit. 2. numer.* 5. 2331

1627. 1. Jun. —— In Civitate Lauretana unum Collegium Illyricorum appellandum, pro Adolescentibus illius Nationis sustentandis ex redditibus Sacrosanctæ DOMUS Lauretanæ, & erudiendis sub gubernio Presbyterorum Societatis JESU, cum Privilegiorum elargitione de novo erigit *Urbanus VIII.* 2332

VIII. apud Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constitut.* 64. *quæ incipit* Zelus Domus Dei.

1627. 1. Jun. —— Unum Collegium, Pragense appellandum, & à Presbyteris Societatis JESU regendum, in quo non minus quàm viginti Alumni, videlicet ex Bohemia octo, ex Silesia tres, ex Lusatia duo, ex utroque Palatinatu etiam duo, ex Brandeburgica Marchia similiter duo, ex Hassia verò unus colligendi, de novo erigit in Civitate Pragensi & Indulta communicat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 66. *quæ incipit* Quoniam.

1627. 1. Jun. —— In Civitate Viennensi Collegium unum, Viennense appellandum, pro Scholaribus Germanicæ Nationis erudiendis sub gubernio Presbyterorum Societatis JESU, de novo erigit & ei proventus assignat ac Privilegia concedit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constitut.* 67. *quæ incipit* Quoniam.

1627. 7. Jun. —— Privilegia concessa Monasteriis hactenus ædificatis extenduntur etiam ad Monasteria ædificanda, quia cùm lex semper loquatur, dictio *hactenus* est intelligenda semper quando casus evenerit, ita ut non excludat ullum casum, contra Lap. dicunt Gem. *in cap. unic. num.* 8. & Franc. *numer.* 1. & ex eis *Rota in Ferrarien. seu Comaclen. Bonorum de Nasellis coram* Coccino, *decis. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 81. *num.* 27. & 28.

1627. 7. Jun. —— Quando Professus succedit alicui, & Monasterium reperiatur capax, tunc successio spectat ad dictum Monasterium, *l. Deo nobis*, §. *hoc etiam*, ubi Bart. *C. de Episc. & Cler.* ut dixit *Rota in Perusina hæreditatis coram* Virili, *decis. recent. par.* 5. *tom.* 2. *decis.* 480. *num.* 3. ¶ Et fuit etiam dictum in Novarien. Legitimæ 1629. 11. Maii coram Ghisilerio, *ibid. decis.* 503. *numer.* 8. ibi: Monasterium capax Bonorum ex persona Filiorum Professorum acquirit proprietatem debitam eis ex dispositione *l. famina, C. de secund. nupt.*

9. Jun.

1627. 9. Jun. —— Licèt Ordinarii possint in vim Concilii Tridentini *sess.* 25. *cap.* 13. *de Regular.* præcidere controversias subortas in Processionibus in materia Præcedentiæ, datur tamen ab eorum ordinationibus appellatio devolutiva, in cujus gradu benè datur manutentio possessori, ut dixit *Rota in Colonien. Præcedentiæ coram* Ubaldo, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *in fine, decis.* 115. *numer.* 8. 2337

1627. 21. Jun. —— Constitutiones Congregationis Fratrum Discalceatorum Italiæ de Ordine S. Augustini, infra annum post Capitulum Generale imprimantur: Non licet hujus Congregationis Superioribus etiam in Capitulis generalibus nova Statuta Constitutionibus Apostolica auctoritate firmatis contraria facere, neque ea possunt practicari antequam à tribus Capitulis generalibus dispositа & à Sede Apostolica fuerint confirmata: Congregatio Definitorialis ex quinque Patribus semel in hebdomada hactenus practicata, in futurum non est facienda, sed servandæ sunt Constitutiones *parte* 3. *cap.* 4. Definitores verò pro tempore existentes sint de Familia ejus Conventus, cui à Superiore erunt assignati, & non aliorum, atque ideo locum sumere debeant post Priorem, etiam ubi Vicarius Generalis moratur, & possint à Priore in levibus corrigi, in cæteris autem à Vicario Generali, ac teneantur adire Capitulum de Culpis, expectare signum in Choro, Refectorio, & aliis locis, non obstantibus Constitutionibus *par.* 2. *cap.* 8. *& par.* 3. *cap.* 4. Liceat Vicario Generali pro tempore existenti Definitores singulos in Visitatione, & extra, etiam in gravioribus consultò corrigere & punire absque aliorum Definitorum consensu: Possint tamen Definitores scribere & recipere litteras, ac armarium *Oratorium* nuncupatum habere absque Superioris licentia, &c. Procuratori Generali, præsente Generali Vicario, secundus locus debeatur; absente autem, in Conventu secundus à Priore, extra Con- 2338

ventum verò post Vicarium Generalem cæteris præferatur, & possit egredi ad negotia peragenda, & absque cunctatione Prior Socium assignabit, & pariter litteras scribere valeat & recipere absque scitu Prioris, & Oratorium habere, ac in reliquis omnia quæ de Definitoribus dicta sunt, locum sibi vendicant in Procuratore Generali: Hæc Decreta generalia pro tota Congregatione veluti declaratoria serventur statim sub pœna arbitrio Sacræ *Congregat. Visitat. Apostol. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. quæ incipit* Constitutiones, *statim post Const.* 58. *Urbani VIII.*

1627. 26. Jun. —— Parochi S. Joannis Hierosolymitani Curam Animarum sæcularium exercentes, visitandi sunt gratis & absque impensa & onere Rectorum ab Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato, ut decisum refert Barbosa *de Jure Eccles. lib. 1. cap. 14. num. 22. apud* Gavant. *in Man. Episc. verb.* Visitatio Episcopi, *in additione, numer.* 5. & hoc juxta superius dicta 1571. 22. Sept.

1627. 26. Jun. —— Episcopus ob Clausuram custodiendam etiam in Monasteriis Regularibus subjectis potest Excommunicationis latæ sententiæ pœnam sibi reservatę imponere circa aperitionem ostii Clausuræ extra casus indigentiæ, nec non circa accessus & colloquia cum Monialibus: dictaque Excommunicatio ligat nedum Regulares accedentes, verùm etiam Moniales, si de ipsis mentio fiat, adeo ut Superior Regularis ab eadem Excommunicatione absolvere nequeat, ut decrevit *Congregat. Concil. in Viterbien. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto* 5. & referunt etiam Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 81. Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. tit.* 1. *lib.* 3. *num.* 3. Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 13. *num.* 14. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *tit.* 1. *form* 34. *n.* 11. juxta *cap. Monasteria 8. de vit. & honest. Cleric.* nec non Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Episcopus, *sub num.* 3.

die...

1627. die... Jun. —— Si Novitius compleat Probationis annum die vigesima quarta Februarii Anno Bissextili, non dicitur completus hic Annus, nisi secunda die (quæ etiam appellatur vigesima quarta) id est die vigesima quinta, quia utraque dies pro una habetur in Jure, *l. 2. §. minor, §. de minorib. l. cum bissextus, ff. de verb. signific. cap. quæsivit, eod. tit.* & ex iis declaravit *Congregat. Concil. in Patavina*, apud Barbos. *de potest. Episc. par. 3. allegat. 101. num. 23. ubi etiam quod* Annus probationis debet esse completus & integer, ut censuit *ead. Congregat. anno 1631. 1. Febr.* 2341

1627. 8. Jul. —— Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Discalceati, nuncupatis separantur à Fratribus Calceatis ejusdem Ordinis, & plura Capitula concorditer facta pro pacifica hujusmodi separatione (citra tamen dispensationem super quarto Voto) approbat & confirmat, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, & omnes ac singulos tam juris quàm facti defectus (si qui desuper quomodolibet intervenerint) supplet *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 86. qua incipit* In Sede Principis Apostolorum. 2342

1627. 13. Jul. —— Pecunia & aliæ res quæcunque Fratrum Conventualium S. Francisci Romæ intra viginti quatuor horas tradantur Superiori in commune Conventus Ærarium reponendæ ac triplici clave custodiendæ, quarum una penes Guardianum pro tempore existentem, duæ verò aliæ penes duos alios Fratres singulo quoque anno per Conventum eligendos conserventur, ex quibus subministrato exhibitori quantum religiosæ ejus necessitates (status, valetudinis, laborumque ratione habita) expostulare videbuntur, reliquum penes Ærarium remaneat, & arbitrio duarum ex tribus partibus Capituli seu Congregationis Provincialis singulis annis faciendæ erogetur, ut resolvit *Congregat. Visitat. Apostol. jussu Urbani VIII. apud* Murga *disquis. moral. tom.* 2343

2. *disquis. 6. num. 92. pag. mihi* 243. & iterum *in Tract. de Benefic. Eccles. qu. 8. num. 72. pag. mihi* 678. ex Lezana *in Sum. Quæst. Reg. cap. 6. num. 23. pag. mihi* 24.

1627. 16. Jul. —— Benedictio & distributio Corrigiæ S. Monicæ & Paniculorum S. Nicolai de Tolentino ad Superiores Ordinis Eremitarum S. Augustini pertinent dumtaxat, etiamsi easdem vel aliquam earum fieri contigerit devotionis causa, non autem pro Indulgentiis consequendis, ideoque inhibendum est Confraternitatibus Laicorum, ne in præmissis quoquo modo se ingerant, ut inhibet *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 22. quæsito 5. num. 3. pag. mihi* 320.

1627. 26. Jul. —— Est judicium Episcopi vel alterius Ordinarii cognoscere, an punitio delinquenti extra Claustra à Superiore Regulari inflicta, fuerit levis vel ne, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par. 2. tit.* de Regularibus, *pag. mihi* 309.

1627. 27. Jul. —— Consecratio Virginum potest fieri in Ecclesia exteriori, ut censuit *Congregat. Rit. in Hieracen. apud* Tamburin. *de Jure Abbatiss. disputat. 27. quæsito 6. num. 4.* ubi *tamen ait, quod* in aliquibus locis ex justis & rationabilibus causis introductum fuit, quod Moniales consecrandæ non egrediantur à Prælato existente ad fenestellas, ex *præfatæ Congregationis rescripto.*

1627. 31. Jul. —— Domus professæ Societatis JESU comprehenduntur in prohibitione de rebus Regularium non alienandis supraposita & edita anno 1624. 7. Sept. ut decisum refert Aldan. *in Compend. Canon. Resol. cap. 8. num. 15. apud* Barbos. *in Concil. sess. 25. de Regular. & Monialib. cap. 3. num. 15.*

1627. 31. Jul. —— Regulares per Episcopum compelli possunt Censuris ad observantiam Festorum per illum cum approbatione Populi indictorum, ut resolutum refert Sell. *in select. canon. cap. 2. num. 11. apud* d. Barbos. *ibid. cap. 12. num. 8.*

21. Aug.

1627. 21. Aug. —— Si Abbatia nullius Diœcesis existat, est in facultate Commendatarii convocare quem maluerit Catholicum Antistitem ad Sacramentum Chrismatis ministrandum, prout resolvit & respondit *Congregatio Concil. in Dirachien. apud* Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 3. circa Constitut. 14. Innocentii IV. sub num. 52. pag. mihi* 141. 2349

1627. 27. Aug. —— Necessaria est assistentia Confessarii, ut Regulares licentiam habentes possint alloqui Moniales, & Confessario præsente, debent ita clarè loqui, ut ipse intelligat quid dicatur, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Capuccinorum, apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Accessus ad Monasteria Monialium, *num. 2. pag. mihi* 10. 2350

1627. 27. Aug. —— Pœnas privationis vocis activæ & passivæ à Superiore Regulari pro uno vel pluribus annis impositas non esse intelligendas de Annis Capitularibus, sed Solaribus censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. ad preces Capuccinorum, apud* Lantusca *in Theatro Regular. verbo* Privatio, *sub numer. 2. pag. mihi* 424. 2351

1627. 27. Aug. —— Si Regulares audiant Sæcularium Confessiones sine licentia Episcopi, possunt ab eodem tam per Censuras Ecclesiasticas quàm per alias quascunque opportunas pœnas puniri, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Gennen. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Regularis, *num.* 11. 2352

1627. 10. Sept. —— Prohibeatur Regularibus administrare Sæcularibus Sacramentum Communionis ipso die Paschatis, etiam devotionis causa, licèt Sæculares antea satisfecerint vel postea intendant satisfacere præcepto in Parochia, quia pro eo die Regulares non habent privilegium, ut rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in Bovinen. apud* d. Nicol. *ibid. verb.* Pascha, *num. 6. ubi num. 7. ait, quod* Oblati extra Claustra degentes tenentur in Paschate communicare in Parochia, ut respondit *ead. Congregat. in Oppiden. Regular. 1646. 2. Mar.* 2353

1627. 18. Sept. —— Regulares, qui in tempore sibi 2354

præfixo in Constitutione Gregoriana supra posita & edita anno 1621. 20. Septembris, Conservatores eligere non curaverunt, dicto tempore elapso, quandocunque libuerit, Conservatores juxta formam dictæ Constitutionis eligere possunt, ut resolutum refert Barbosa *in Concil. sess.* 14. *cap.* 5. *de Reform. num.* 7. ex Sell. *in select. canon. cap.* 12. *num.* 7.

1627. 18. Sept. —— Monachus exercens Curam Animarum in Ecclesia Monasterio unita, removeri debet arbitrio Episcopi, absque eo quod teneatur deducere causas remotionis, & multò minus eas justificare, ut censuit *Congregatio Concil. in Camerinen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Cura Animarum, *num.* 15. ac etiam *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 29. *num.* 10.

1627. 18. Sept. —— Superiores Monasteriorum, non obstante Decreto de rebus Regularium non alienandis supra posito & edito 1624. 7. Septembris, possunt ex fructibus Bonorum pingues eleemosynas facere, puta decem rubrorum tritici & similium, quia fructus non comprehenduntur in dicto Decreto, ut resolutum in una Nullius dicit Sell. *in select. canon. cap.* 18. *num.* 3. *apud* Barbos. *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monial. cap.* 3. *num.* 13.

1627. 13. Oct. —— Episcopo Giennensi facultas conceditur, ut quorumcunque Ordinum Religiosis inhibere possit, ne absque expressa ejus licentia Sacras Confessiones de cœtero audire, minusque verbum DEI prædicare audeant & præsumant, & hoc per Censuras & pœnas Ecclesiasticas, eosdemque Religiosos ad exhibendum eidem Episcopo licentias, quas illi desuper ab eodem sive ab ejus prædecessoribus vel Administratoribus obtinuerint, compellere valeat, ad hoc ut dictas licentias ipse Episcopus vel confirmet vel revocet: *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Cum sicut, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *dispu.* 6. *quæsito* 12. *sub num.* 9. *pag. mihi* 75. ¶ Prædicta tamen Constitutio ita intelligenda & declaranda est, ut Regulares quidem in Civitate &

Dioe-

Diœceſi Giennenſi à prædeceſſoribus Epiſcopis examinati & approbati ad Confeſſiones Perſonarum ſæcularium audiendas à præſente Epiſcopo ſucceſſore pro majori conſcientiæ ſuæ quiete poſſint iterum examinari; ac ſi minus idonei reperti fuerint, reprobari ad præſcriptum Conſtitutionis Pii Quinti hac de re editæ; ſed illi quos idemmet Epiſcopus approbavit, ſiquidem hujuſmodi approbationem obtinuerint ad certum tempus, eo elapſo, non poſſint Confeſſiones audire abſque nova Epiſcopi ipſius licentia & approbatione, prævio etiam (ſi eidem libuerit) novo examine: Illi autem, quos ipſemet Epiſcopus ad Confeſſiones hujuſmodi audiendas ſemel admiſit ſimpliciter ac ſine ulla temporis præfinitione, nullatenus poſſint ab eodem reprobari ſine nova Cauſa, eaque Confeſſiones ipſas concernente: cœterùm, an eadem cauſa ſubſit necne, Epiſcopus non tenetur ipſis Regularibus edicere, ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxat, ubi eam ſibi aperiri poſtulaverit, &c. *Urbanus Octavus, ibidem, Conſtit. quæ incipit* Aliàs à Nobis, *edita anno* 1629. 30. *Jan.*

1627. 15. Oct. —— Conceditur facultas erigendi Hoſpitium in partibus Africæ pro ſex Religioſis Congregationis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum Diſcalceatorum ſeu Recollectorum, quibus Religioſis in eodem Hoſpitio pro tempore exiſtentibus extenduntur Privilegia cœteris ejuſdem Ordinis Hoſpitiis & Religioſis quomodolibet conceſsa & concedenda, dummodo illa ſint in uſu & hactenus non revocata vel ſub aliquibus revocationibus comprehenſa ac Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis aut Regularibus dicti Ordinis Inſtitutis non adverſentur. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtitut.* 91. *quæ incipit* Inter cœtera. 2358

1627. 17. Oct. —— Lectores & Studentes Linguarum à juriſdictione & poteſtate ac correctione Guardianorum & Provincialium ac Generalis ſeu Commiſsarii Generalis non ſunt exempti quoad Diſcipli- 2359

nam Regularem: quo verò ad remotionem eorum à Lectura & à Studiis, Lectores quidem inconsulta Sacra Congregatione non possunt ab officio legendi amoveri, quia illi sunt quodammodo Ministri dictæ Sacræ Congregationis, & ideo eorum nomina & officia in ejus Libris describi consueverunt: Studentes verò à solo Generali vel Commissario Generali mutari possunt & à Studiis removeri, prout instante Commissario Curæ Ordinis Minorum de Observantia declaravit *Congregatio de propaganda Fide, apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Lectio Linguarum, *sub num. 3. pag. mihi* 297. 162

1627. 1. Nov. —— Constitutio Pii Quinti (la 111. in Bullar. Rom. tom. 2.) contra Monetarios edita confirmatur & innovatur, ac ad omnes Personas Ecclesiasticas etiam cujusvis Ordinis vel Congregationis seu Societatis aut Instituti etiam Militiarum quarumcunque etiam S. Joannis Hierosolymitani Regulares, non solùm in Statu Ecclesiastico mediatè vel immediatè Sedi Apostolicæ subjecto, sed etiam in omnibus Locis in Italia dumtaxat existentibus, extenditur & ampliatur: Culpabiles reperti, prævia degradatione, Curiæ Sæculari puniendi tradantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 75. qua incipit* In suprema. 230

1627. 13. Nov. —— Nullus Regularis, etiam Episcopi Familiaris & Commensalis, ullo modo acceptandus ad visitanda Limina pro suo Episcopo, etiamsi alium non invenisse diceret, & iste jam esset in Urbe, ut decisum refert Sell. *cap. 28. num. 19. apud* Barbos. *in Concil. sess. 24. cap. 3. de reformat. numer. 45.* 231

1627. 13. Nov. —— Spectat ad Episcopum tam ante susceptionem Habitus quàm ante Professionis emissionem explorare voluntatem Virginum Deo dedicandarum etiam in Monasteriis Regularibus subjectis & exemptis, debetque per eundem Episcopum demandari tam Monialibus quàm Superioribus 232

bus Regularibus, ne dent Habitum, & multò minus patiantur Professionem emittere, nisi prius earum voluntas perspecta & explorata sit ab eodem Episcopo & eis notificata: Contrafacientes verò poterit idem Episcopus coercère non solùm pœnis à Sacro Concilio Tridentino Statutis & præscriptis, sed etiam Ecclesiasticis Censuris & aliis Juris remediis, non obstantibus quibuscunque Privilegiis, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 13. *form.* 5. *num.* 11.

1627. 18. Nov. —— Abbati seu Commendatario 2363
Monasteriorum invicem & perpetuò unitorum S. MARIÆ Farfensis & S. Salvatoris Majoris de Ordine S. Benedicti ordinariam jurisdictionem & separatum territorium cum multis Oppidis & Locis insignibus habenti, vel ejus Officiali, conceditur in perpetuum, ut quæcunque Litteræ Apostolicæ, etiam in forma Brevis, tam gratiam quàm justitiam concernentes, & præsertim super Dispensationibus Matrimonialibus, & in forma *Significavit*, quæ à Sede Apostolica pro Personis sub jurisdictione dicti Abbatis seu Commendatarii existentibus posthac concedentur & ad partes transmittentur, eidem Abbati seu Commendatario vel ejus Officiali tanquam loci Ordinario, non autem Archiepiscopis & Episcopis vicinioribus, dirigantur & committantur; qui Officialis prædictas Litteras Apostolicas præfato Abbati seu Commendatario directas, etiamsi de ipsis Officialibus in eis mentio non fiat, aperire & exequi possit. *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Pastoralis, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 3. *quæsito* 4. *num.* 20. *pag. mihi* 21.

1627. 26. Nov. —— Religionem ingrediens, si ampliſſimam renunciationem fecerit Bonorum ad favorem Patris, non potest petere illorum immissionem: hujusmodi autem renunciationis causa finalis est ingressus Religionis & Paupertas, unde renunciatio est realis & remanet etiam post obitum Patris, Negus. Jun. *quæst.* 518. *per tot.* Molin. *de Primogen.*

mogen. Hispan. lib. 2. cap. 3. num. 23. & 35. Ruin. *cons. 42. num. 11.* Menoch. *præsumpt. 85. numer. 18. lib. 4.* Religionem autem ingressus non potest venire contra renunciationem Bonorum, si ejectus fuerit à Religione tanquam incorrigibilis: Monachus enim ejectus à Religione propter incorrigibilitatem, ex hoc non debet sentire commodum & esse melioris conditionis, ut dixit *Rota in Romana Fideicommissi de Coronis coram* Virili, *decis. recent. par. 5. tom. 1. decis. 109. num. 1. 2. 5. & 8.*

1627. 26. Nov. —— Ad sedandas controversias ortas inter Confratres S. Joannis de Deo & Ordines Mendicantium super Præcedentia, Sacra Rituum Congregatio Decreto suo censuit in eorumdem Confratrum favorem Litteras Gregorii Decimitertii (de quibus supra 1583. 15. Julii) super Fratrum Mendicantium Ordinum Præcedentia editas servari debere, à tempore tamen quo dicti Confratres declarati fuerunt Religiosi: Quod Decretum approbat, & super dictis controversiis perpetuum silentium imponit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 76. qua incipit* Commissi.

1627. 29. Nov. —— Abbates & cœteri Regulares exempti à jurisdictione Episcopi, licèt non teneantur ad honorificentiam, tenentur tamen ad reverentiam eidem præstandam: hoc tamen non procedit, quando exemptio est omnimoda & per Papam concessa, tunc enim exempti non tenentur ad jus reverentiale Episcopi: quod est intelligendum de jure reverentiali quod debetur ratione jurisdictionis, non autem de eo quod debetur ratione Dignitatis, istud enim nunquam tollitur per quamcunque exemptionem, ut dixit *Rota in Cæsaraugustana Præminentiarum coram* Coccino Decano, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. nu. 45.*

1627. 4. Dec. —— Potest Ordinarius cogere etiam sub Censuris exemptos omnes etiam Regulares ad publicandas & servandas Censuras ac Dies festos in eorum Ecclesiis, ut declaravit *Congregatio Concil. in*

Ostu.

Ostunen. ad cap. 12. *sess.* 25. *de Regular. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 31. *num.* 27.

1627. 4. Dec. —— Ætas Regularium eligendorum 2368
ad Prælaturas & Beneficia, non à conceptione nec à Baptismo, sed à nativitate numeranda est, ut declaravit *Congregat. Concil.* apud Passerin. *de elect. canon. cap.* 25. *num.* 435. ex Lucerna Regular. *verb.* Ætas, *num.* 1. Covar. 4. *decret. par.* 2. *cap.* 8. §. 2. *num.* 3. Molin. *disp.* 573. *num.* 2. Garz. de Benefic. *par.* 7. *cap.* 4. *num.* 89. Sigism. *de elect. dub.* 59. *num.* 7. *&c.*

1627. 20. Dec. —— In donatione facta ab eo qui ad- 369
huc non est Religionem ingressus sed cogitat de ingressu, est adhibenda solemnitas Legis seu Statuti Sæcularis, & ideo donatio facta per Filium Patri per dies paucos ante Religionis ingressum & Habitus susceptionem, intuitu & etiam contemplatione ejusdem Religionis, est valida, ut dixit *Rota in Parmen. Translationis coram* Durano, *apud* Tamburin. *de Jure Abbatiss. disput.* 5. *quæsito* 11. *pag. mihi* 16. ubi *etiam ait, quod* hoc etiam postea fuit decisum à Sacra *Congregat. Concil. apud* Aldan. *in Compend. canon. resolut. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 15.

1628. 19. Jan. —— Nulli Fratrum Reformatorum 2370
Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum absque speciali Sedis Apostolicæ licentia ad Fratres Calceatos ejusdem Ordinis transire liceat sub Apostasiæ & Infamiæ perpetuæ nota, nec non Excommunicationis ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis ipso facto incurrendis: Fratribus quoque Calceatis prædictis & illorum Superioribus eosdem Fratres Reformatos transeuntes recipere vel retinere nullo modo liceat sub privationis suorum Officiorum ac Excommunicationis pœnis hujusmodi ipso facto incurrendis, sed eos ipsorum Reformatorum Superioribus seu ab eis deputandis tradere & consignare debeant ac teneantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 77. *quæ incipit* Injuncti, *& refert etiam* Murga *in Comment. ad Constit. Apostolic. Constit.* 6. *subsect.* 2. *num.*

2. *num.* 128. *pag. mihi* 80. ¶ Hanc Constitutionem innovat Innocentius X. anno 1647. 3. Apr. *in d. Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 25. *quæ incipit* Cùm sicut.

1628. 21. Jan. —— Monachi non Reformati Ordinis S. Benedicti in Monasteriis reformatis novæ Congregationis S. Mauri in Gallia (de qua supra 1621. 17. Maii) degentes, seorsim à Monachis Reformatis mansiones & victum separatum habeant: Plura pro hujusmodi Reformationis faciliori progressu statuuntur: Visitantibus Ecclesias dictæ novæ Congregationis in Festivitatibus Ss. Benedicti, Mauri, Patronorum & Titularium conceduntur Indulgentiæ: Communicantur Privilegia Congregationi Cassinensi & Ordinibus Mendicantibus & non Mendicantibus concessa: Pacta & Statuta facta vel facienda pro hujusmodi Reformatione perficienda confirmantur: Resignationes denique Prioratuum & aliorum Officiorum Claustralium per Monachos non Reformatos ad favorem Monachorum Reformatorum tantummodo faciendas & à Sede Apostolica dumtaxat admittendas & reservandas declarat *Urbanus VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Cusinen. tom.* 2. *Constit.* 580. *quæ incipit* In supereminenti. 237

1628. 22. Jan. —— Religioni Hierosolymitanæ in Bonorum alienatione, quæ ei obveniunt per successionem suorum Militum defunctorum, non est deneganda facultas, juxta Decretum de non alienandis, ut decisum in Melevitana refert Aldan. *in Compend. canon. resolut. lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 4. *apud* Barbos. *in Concil. sess.* 25. *de Regular. & Monialib. cap.* 3. *nu.* 12. 237

1628. 29. Jan. —— Licet Abbatibus Cassinensibus, quando solemniter celebrant (quod in tribus ad summum Festivitatibus facere eis permittitur) uti Baldachino, sine auro tamen & pompa: non alios verò possint habere Ministros Sacris indumentis paratos, quàm duos Diaconos, & Presbyterum assistentem, Diaconum & Subdiaconum pro cantandis Evangelio & Epistola, ac sex ad summum alios, duos cum Pluvialibus, duos cum Planetis, & duos 237

cum

cum Tunicellis coloris tempori convenientis: Sedes autem Abbatialis non sit fixa prope Altare, sed retineatur in Ecclesia prædictis tantùm tribus diebus: dictique sex Monachi parati non sedeant in Sedibus Chorabibus, sed super scabellis ad hunc effectum tunc appositis, panno laneo coopertis, ut decrevit *Congregat. Rit. approbante Urbano VIII. anno* 1629. 11. *Jul. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 101. *qua incipit* Exponi, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *Constit.* 19. *ejusd. Pontific. cap.* 12. *pag. mihi* 399. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 21. *quæsito* 20. *numer.* 10. *pag.* 313. Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 301. ac Murga *in Commentar. ad Constit. Apost. Constit.* 16. §. 3. *numer.* 34. *pag.* 374. ¶ Vide infra, 1659. 27. Sept.

1628. 9. Febr. —— Electiones Provincialium & Dignitatum ac Officiorum pro Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini de Provincia Mechoacanà in Indiis Occidentalibus fiant de cætero alternativè ex qualibet partialitate, scilicet pro una ex Fratribus qui nati in Hispania inibi vel in Indiis Habitum susceperunt, pro altera ex iis qui in Indiis nati sunt & Crioli nuncupantur, quæ alternativa à partialitate Criolorum initium habeat: Quod si Provincialem vel aliquem Officialem Ordinis & Provinciæ hujusmodi, non peracto suo Officio decedere contigerit, tunc alius ejusdem partialitatis cujus defunctus erat, in ejus locum usque ad proximum futurum Capitulum subrogetur: Has Gregorii Decimiquinti Litteras editas anno 1621. 29. Novembris executioni demandat, & ideo Executores deputat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 98. *quæ incipit* Aliàs. ¶ Notandum, quod statim expleto Criolorum triennio, dictæ Provinciæ Officia Hispanorum parti omnino devoluenda esse declarat idem Pontifex anno 1628. 4. Apr. *ibid. Const.* 107. *quæ itid. incipit* Aliàs. 2374

1628. 16. Febr. —— Inquisitores hæreticæ pravitatis non 2375

non possunt neque debent ingredi vel ire ad Monasteria Monialium, nisi ex causa Sancti Officii, cùm sint etiam ipsi comprehensi in Decreto supra posito & edito 1623. 20. Novembris, ut declaravit *Congregat. Inquisit. coram Urbano VIII. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 114.

1628. 26. Febr. —— Regularibus & Confraternitatibus in Ecclesiis Regularium permittitur, ut intra eorum Ecclesiæ Claustra tantùm possint Processiones facere & non extra: Si verò Ecclesiæ Claustris careant, eisdem Regularibus & Confraternitatibus liceat Processiones facere intra ambitum dumtaxat earumdem Ecclesiarum, hoc est propè muros Ecclesiæ & non extra dictum ambitum, nisi de licentia & consensu ac cum Cruce Parochi, salvis tamen & in suo robore permanentibus Privilegiis Apostolicis contrarium disponentibus, ut censuit *Congregat. Rit. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 16. num. 2. pag. mihi* 140. ex Donato *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. par. 2. tract. 13. quæst. 81. num. 6.* & Novar. *Commentar. 104. num. 2. pag.* 185. ¶ Vide infra, 1699. 21. Mar.

1628. 26. Febr. —— Nequeunt Regulares Sacramentum cum solemnitate exponere sine licentia Ordinarii, ut declaravit *Congregat. Rit. apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Eucharistia, *num. 53. pag. mihi* 80. & ex eo Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 24. num. 13. pag.* 259. ac Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Eucharistia, *sub num. 1.*

1628. 23. Mar. —— Qui ad Sacrum Presbyteratus Ordinem non promotus Missam celebrare aut Sacramentalem Confessionem audire præsumpserit, ætate minori annis vigintiquinque non excusetur, quo minus Constitutioni Clementis VIII. (de qua supra, 1601. 1. Dec.) subiiciatur, dummodo vigesimum suæ ætatis annum compleverit: ipseque non promotus sic delinquens, nulla habita consideratione præfatæ minoris ætatis, sive Laicus, sive Clericus

cus Sæculàris, aut cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis etiam de necessitate exprimendæ, Regularis, aut cujusvis alterius Instituti etiam quantumvis exempti & privilegiati, Pontifici & Apostolicæ Sedi immediatè subjecti, nec non Militiarum quarumcunque etiam S. Joannis Hierosolymitani, fuerit, tradatur Curiæ Sæculari pœnis debitis plectendus. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 79. quæ incipit* Apostolatus, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 12. Constit. 6. ejusd. Pontific. pag. mihi* 384. ac Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num.* 53. ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra 1633. 14. Apr.

1628. 8. Apr. —— Non possunt locorum Ordinarii etiam Regulares addere Calendariis etiam propriis Sanctorum Officia in Rubricis Missalis Romani non contenta vel à Sacra Rituum Congregatione non concessa: neque valent extendere ad Civitatem vel Diœcesim Festum cum Officio de Sancto, eo quod in Loco adsit Ecclesia etiam Regularis vel Abbatialis, sub pœna non satisfaciendi muneri recitandi Divini Officii, ut decrevit *Congregat. Rit. approbante Urbano VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 4. num. 56. pag. mihi* 334. & referunt etiam Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 4. tract. 18. quæst. 63. num. 3.* ac Gavant. *in Thesauro Sacror. Rit. tom. 2. sect. 1. cap. 5. tit. 2. num. 9.* 2379

1628. 10. Apr. —— Oblati gaudent privilegio fori & exemptione à vectigalibus, dummodo concurrant omnia simul & copulativè requisita in declaratione Sacræ Congregationis Concilii, scilicet, si in forma Juris valida perpetuò & irrevocabiliter ac plenè & cum effectu seipsos & Bona sua omnia præsentia & futura, (nulla prorsus quamvis minima eorum portione neque in proprietatem neque in usumfructum sibi reservata) Religioni obtulerint & Habitum aliqualiter mutaverint, ut censuit *Congregat. Immunit. Eccles. in Nicoteranen. apud* Riccium 2380

in

in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb. Oblatus, *numer.* 1.

1628. 10. Apr. —— Servi Equitum Hierosolymitanorum gaudent privilegio fori, ut declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Aquilana, apud* Pascucc. *in Compendio ad Consultat. Canonic. Jacobi Pignatelli, par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 276.

1628. 14. Apr. —— In Consultatione habenda bis in Hebdomada per Generalem Augustinianorum & duos illi Assistentes unà cum Procuratore Generali, quando Generalis in Urbe commoratur, in eventu quo Assistentes sint concordes & in voto contrario Generali, suspenditur executio voti Generalis, & cognitio devoluitur ad Sacram Congregationem Regularium: Iidem non possunt commendare aliquem Fratrem Vocalibus & Officialibus Provinciæ pro assequendo aliquo Officio, nisi de voto ejusdem Congregationis, sub pœna Excommunicationis ipso facto incurrenda ac suspensionis ab Officio necnon privationis vocis activæ & passivæ, quas pœnas incurrit Generalis etiam quando sine licentia Papæ constituit Officiales absolutos sive titulares, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Augustiniani, *num.* 1. *&* 2. *pag. mihi* 36.

1627. 18. Apr. —— Ordinatio facta in Capitulo Fratrum Congregationis S. Joannis de Deo sub Regula S. Augustini, quod scilicet quilibet ejusdem Congregationis Sacerdos duas Missas ad sui libitum singulis hebdomadis celebrare, eleemosynamque sibi propterea datam percipere & de ea in suos usus disponere valeat, revocatur & annullatur: Illi duo pro qualibet Regulari Domo ex Fratribus Congregationis præfatæ, qui pro Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines vigore Litterarum Pauli Quinti (de quibus supra 1611. 7. Julii) promovendi sunt, ad eosdem Ordines de cætero promoveri nullatenus valeant,

valeant, nisi prius decem annos Professionis in eadem Congregatione peregerint, & ab Examinatoribus Synodalibus non solùm ad Ordines prædictos verùm etiam ad Sacras Confessiones audiendas examinati & idonei reperti fuerint, ac necessarias super hoc patentes litteras ab eisdem Examinatoribus obtinuerint: ac demùm nullus de cœtero ad Sacros Ordines in dicta Congregatione promoveatur, nisi pro necessitate administrandi Sacramenta Ecclesiastica Infirmis & Religiosis, ac de consensu Confratris Majoris & Definitorum dictæ Congregationis consensu ad prædictum effectum dumtaxat præstando. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 84. quæ incipit* Circumspecta.

1628. 18. Apr. —— Sacerdotes dictæ Congregationis S. Joannis de Deo Prælaturas in dicta Congregatione nullo modo obtinère possint, ut statuit *Urbanus VIII. apud* eundem, *ibidem*. ¶ Notandum, quod nomine Prælaturarum ejusdem Congregationis veniunt Confrater Major, Procurator Generalis, Consiliarius Provincialis, Vicarius Generalis, Prior, ac Secretarius Generalis, ad quas dignitates & Officia obtinenda dicti Sacerdotes declarantur inhabiles, alioquin Superiores quemquam illorum eligentes vel assumentes, omnibus officiis & dignitatibus obtentis ac voce activa & passiva eo ipso privantur: Confratres verò Sacerdotes electi vel assumpti suspenduntur perpetuò à suorum Ordinum exequutione, prout privat & suspendit idem Pontifex anno 1628. 17. Jun. *ibid. Constit. quæ incipit* Alias, *statim post d. Constit. 84.* 2384

1628. 29. Apr. —— Cùm Congregatio Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis in quinque Provincias, videlicet Romanam & Hetruriæ simul, Siculam, Neapolitanam, Bononiensem, & Mediolanensem divisa existat, de cœtero succedente Præfecti Generalis vacatione, Siciliæ primò, ac subinde Mediolanensis, deinde verò Bononiensis, postea Neapolitanæ, demumque Romanæ & Hetruriæ 2385

truriæ Professores (dummodo tamen habiles & idonei in ea Provincia, cui id contigerit, reperiantur) eligi debeant & sic deinceps alternis vicibus: In proximè futuro Capitulo Generali ipsius Congregationis è Mediolanensi & Bononiensi duo Laici, è Neapolitana verò & Siciliæ duo Presbyteri Consultores, nec non Arbiter pro hac prima vice rursus è Mediolanensi, in futurum verò ex aliis Provinciis per turnum alternis vicibus ac ordine successivo eligantur: ita tamen ut è duabus illis Provinciis, ex quibus in uno Capitulo Generali duo Presbyteri in Consultores assumpti fuerint, in alio subsequenti nonnisi duo Laici eligi valeant: neque Consultores neque Arbiter ejus sint Provinciæ, ex qua Præfectum Generalem eligi contigerit, servato in omnibus præmissis ordine alternativæ. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 85. qua incipit* Romanus Pontifex.

1628. 4. Maii. — Definitorum officium biennale decernitur in Congregatione Casinensi, cum biennali vacatione: In Dieta autem dictæ Congregationis nullus Abbas deponi possit, sed id Capitulo Generali omninò relinquatur: & casu quo aliqua urgens necessitas provisione indigens occurrat, tunc cognita primùm causa & Reo audito ad suspensionem administrationis dumtaxat deveniri possit, ac loco Prælati sic suspensi alius deputetur Prælatus sed non ex ingredientibus Dietam judicium hujusmodi facturam: Demùm in eadem Dietà ullus Abbas in pœnam absque cognitione causæ mutari, seu Decreta in Capitulo Generali facta annullari, aut Decani creari nullatenus possint: Prædicta omnia perpetuò serventur sub nullitatis gestorum, Excommunicationis latæ sententiæ, privationis vocis activæ & passivæ, Officiorum obtentorum & obtinendorum pœnis eo ipso incurrendis. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 87. qua incipit* Commissi, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casin. to. 1. Const. 302.* ¶ Vide tamen infra 1637. 8. Jul. 13. Maii.

1628. 13. Maii. —— Facultas visitandi Clausuram Monialium etiam Regularibus subjectarum tributa Episcopo transit in Vicarium Generalem non habentem ad id speciale mandatum, ut resolutum testatur Sell. *in select. canon. cap.* 8. *num.* 27. *apud* Barbos. *in Concil. sess.* 25. *de Regul. & Monial. cap.* 5. *numer.* 16. 2387

1628. 15. Maii. —— Constitutiones Urbanas nuncupatas Fratrum Minorum Conventualium Ordinis S. Francisci in Capitulo Generali anno 1625. celebrato pro feliciori ipsius Ordinis progressu editas & in unum volumen compilatas ac de mandato Papæ examinatas & revisas perpetuò approbat & confirmat: Omnes verò alias Constitutiones antea factas etiam auctoritate Apostolica roboratas prædictis repugnantes, aliasque annis proximè præteritis pro reformatione Fratrum dicti Ordinis Regni Poloniæ emanatas revocat & annullat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 88. *qua incipit* Militantis Ecclesiæ. 2388

1628. 22. Maii. —— In Religionibus Electores debent esse professi, *cap. ex eodem, de elect. in* 6. & si opponatur Professionis defectus, de ea ante electionem doceri debet, Dec. *cons.* 522. *num.* 15. *&* 16. nec suffragatur Professio tacita ex delatione Habitus, si non constat fuisse factum Probationis annum, & ideo obstat Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 15. *de Regular.* nec probatur Professio ex possessione Prioratus, nam ex hujusmodi possessione non infertur ad emissionem voti Professionis, *cap. in præsentia, de probat.* ut dixit *Rota in Nullius Canonicatuum de Roncesvalles coram* Dunozetto, *apud* Murga *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. in Append. decis.* 25. *num.* 3. *& seqq.* & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 3. *in fine, decis.* 19. 2389

1628. 5. Iun. —— Monachi retinent Jura Sanguinis ad effectum succedendi, Glos. *in l. Deo nobis, C. de Episc. & Cler.* Bald. *in l. cunctos populos, num.* 55. *C. de sum. Trinit. & Fid. Cath.* Craff. §. *successio ab intestato,* 2390

testato, qu. 8. *in fin.* Mantic. *de Conject. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 25. Molin. *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 80. ex Professi autem persona acquiritur Religioni ut Religioni, sed non è converso, prout quidquid acquirit Filius acquitit Patri, sed non è contra, ut dixit *Rota in Novarien. Legitimæ coram* Pirovano Decano, *decis. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 181. *numer.* 13. & 14.

1628. 14. Jun. —— Qui in Ordine Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanæ Familiæ ad Reformationem transierit, annum unum à die suæ receptionis computandum habeat ad deliberandum, an in illo statu velit remanere; quo anno expleto, Superior Reformatorum, Custos scilicet vel Provincialis ad Conventum, in quo dictus Frater de Familia commoratur, se transferat, ibique simplicem informationem à Guardiano vel alio Superiore locali à Discretis Conventus & ab aliquo Patre principaliori vel antiquiori, qui ibi reperiatur, fideliter capiat de vita & moribus supradicti Fratris, & si cognoverit eum bene vixisse, ac statui & professioni Reformatorum se conformasse, ipsum ad Reformationem incorporatum declaret, & hujusmodi incorporationem in Libro Custodiæ diligenter notet: Quod si id per se ipsum personaliter facere nequeat, alium substituat qui id exequatur, dummodo non sit de Familia illius Conventus, in quo Frater in Reformatione incorporandus reperitur, prout censuit *Congregatio ab Urbano VIII. deputata, apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Transitus, *sub num.* 5. *pag. mihi* 498.

1628. 16. Jun. —— Distribuere eleemosynas collectas in Ecclesiis Regularium tempore & occasione Jubilæi, pertinet ad Ordinarium, ut declaravit & rescripsit *Congregatio Episcopor. & Regular. in una S. Dominici, apud* Nicol. *in Flosculis, sub verbo* Jubilæum, *num.* 7.

1628. 16. Jun. —— Abbates & Prælati inferiores exempti, Episcopalem Jurisdictionem habentes, sicut

cut posſunt deſtituere, ſic etiam poſſunt Beneficiorum reſignationes recipere: dicuntur enim Ordinarii & habent Eccleſias ſibi pleno jure ſubjectas, quod idem eſt ac habere in eis poteſtatem inſtituendi & deſtituendi, viſitandi & corrigendi. Hoc tamen intelligendum eſt de reſignatione pura & ſimplici, nam reſignationes conditionales & ad favorem certæ Perſonæ coram Ordinario admitti nequeunt, ſed fieri debent coram Papa, ut dixit *Rota in Gerunden. Beneficii coram* Pirovano, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *diſput.* 13. *quæſito* 8. *num.* 11. ubi etiam *num.* 14. *ait, quod* prædicti poſſunt quoque hujuſmodi Beneficiorum permutationes facere & approbare, quia hæc facultas competit Epiſcopis ratione Juriſdictionis non Dignitatis aut Ordinis, ſed Abbates & Prælati prædicti habent Epiſcopalem Juriſdictionem, ergo, &c.

1628. 23. Jun. —— Prohibentur Regulares, dum dant Pacem, tenère Burſam pro Eleemoſynis, prout prohibendo reſpondit *Congregatio Epiſcoporum & Regularium in una B. Petri de Piſis, apud* Nicol. *in Floſculis, ſub verbo* Eleemoſyna, *nu.* 22. *pag. mihi* 181. 2394

1628. 28. Jun. —— Licèt teſtari non poſſit Regularis in aliqua ex approbatis Religionibus tacitè vel expreſsè profeſſus, Auth. *ingreſſi, C. de Sacroſ. Eccleſ.* poteſt tamen poſt Profeſſionem declarare Teſtamentum à ſe vel ab alio factum, ut reſcripſit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. in una Obſervantium*, & antea *in alia Theatinorum* 1618. 22. *Jun. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 12. *n.* 14. *pag. mihi* 115. 2395

1628. 3. Jul. —— Plures Ordinationes & Leges obſervandas in electione Magni Magiſtri Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani ſub tresdecim paragraphis comprehenſas tradit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Conſtit.* 89. *qua incipit* In ſpecula. ¶ Cœremoniale pro hujuſmodi Magni Magiſtri electione præfigit & approbat idem Pontifex anno 1634. 21. Oct. *ibid. Conſtit.* 136. *qua incipit* Militantis Eccleſiæ. 2396

1628. 5. Jul. —— Reservatio de aliquibus Bonis, quam facit sibi Miles Hierosolymitanus in renunciatione facta Bonorum ante Professionem, sub prætextu, ut de reservatis testari possit, non sustinetur, prout resolutum in Neapolitana refert Barbosa *in Concil. sess. 25. de Regular. cap. 14. num. 22. ubi etiam quod* Professio tamen, reservata sibi facultate testandi de suo Patrimonio, est omninò valida, *ex alia Decisione* 1613. 14. *Dec.*

1628. 14. Jul. —— Decretum Capituli Provincialis confirmatum à Generali, quod scilicet Provincialis eligeretur exterus, tanquam contrarium libertati electionis revocat & annullat *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Ss. TRINITATIS, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 6. num. 25. pagin. mihi* 14.

1628. 21. Jul. —— Multas Constitutiones seu Ordinationes pro tutiori Fratrum Reformatorum Discalceatorum de Ordine S. Augustini Congregationis Galliæ gubernio editas & septemdecim paragraphis contentas approbat & confirmat, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & singulos tam juris quàm facti defectus (si qui desuper quomodolibet intervenerint) supplet *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 90. quæ incipit* Ex injuncti.

1628. 29. Jul. —— Episcopus tenetur visitare etiam Parochiales unitas Monasterio alterius Diœcesis, sed uti Delegatus Apostolicus, & cumulativè non verò privativè quoad Prælatum Regularem, qui in sua Visitatione poterit & ipse facere Decreta etiam circa Sacramentorum administrationem, modò non sint contraria Decretis Episcopi, ut respondit *Congregat. Concil. in Veronen. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 39. num. 4.* & refert etiam Barbosa *de Jure Eccles. lib. 1. cap. 14. num. 21.* & iterum *in Concil. sess. 7. cap. 8. de reform. num. 23.*

1628. 30. Jul. —— Sacri Monasterii Casinensis Archivistam, ab Abbate ejus Cœnobii pro tempore existen-

existente juxta formam Litterarum Gregorii Decimiquinti & Urbani Octavi (de quibus supra 1622. 14. Sept.) deputatum & deputandum, Notarium Apostolicum ad instar Notariorum Participantium, cum Privilegiis & honoribus eorumdem (paucis exceptis) declarat *Urbanus VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 491. qua incipit* Romanus.

1628. 7. Aug. —— Cantinelæ seu Laudes idiomate Italico exaratæ possunt prohiberi ab Episcopo, ne canantur etiam in Ecclesiis Regularium, prout rescripsit *Congregat. Rit. in Novarien.* juxta Concilium Tridentinum *de evit. in celebr. Missar. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 4. in supplemen. ad primum Tomum, num. 89. pag. mihi* 10. ¶ De hujusmodi Cantionibus extat alia prohibitio pro Festo Ss. SACRAMENTI edita anno 1609. 21. Mar. ab *ead. Congregat. in Abulen. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Cantus, *num.* 1. 2402

1628. 9. Aug. —— Nullus de cœtero Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci Capuccinorum Religiosus ad laxiorem absque speciali Sedis Apostolicæ, ad Carthusiensem verò seu quemcumque alium Ordinem vel Congregationem nisi de Ministri Generalis pro tempore existentis licentia in scriptis obtinenda, quovis prætextu aut ex quavis quantumvis juxta & legitima ac privilegiata causa, sub Apostasiæ & Infamiæ perpetuæ nota, nec non Excommunicationis ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis ipso facto absque ulla declaratione incurrendis, transire quoquo modo audeat seu præsumat. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 91. qua incipit* Injuncti, *& meminit etiam* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. Constit. 6. subsect. 2. num. 134. pag. mihi* 81. 2403

1628. 21. Aug. —— Concessio usus Ecclesiæ & Domus S. MARIÆ in S. Joannino in Capite de Urbe, ab Abbatissa & Monialibus S. Silvestri facta Fratribus Reformatis Ordinis Beatæ MARIÆ de 2404

Mercede Redemptionis Captivorum, unà cum Instrumento publico desuper confecto, perpetuò approbatur & confirmatur, sed Fratres prædicti tam præsentes quàm futuri Fabricam dictæ Ecclesiæ S. MARIÆ & ejus Monasterium altiùs erigere sive ejus Ecclesiæ faciem invitis Abbatissa & Monialibus prædictis immutare non possint. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 120. quæ incipit* Cùm sicut.

1628. 23. Aug. —— Electiones omnes Abbatum & 2405
Abbatissarum de Congregatione S. Benedicti Hispaniarum licitè & validè celebrentur in Capitulis Generalibus à novem Diffinitoribus simul cum sex aliis Electoribus assumptis ex Corpore dictæ Congregationis. *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Injuncti, *apud* Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. post Constit. 15. §. 2. num. 21. pag. mihi 355.* ¶ Vide supra, 1611. 9. Dec.

1628. 24. Aug. —— Canonicis Regularibus non 2406
permittitur dispensatio ad Beneficia simplicia, ut resolvit *Congregat. Concil. in Taurinen.* & antea 1603. 1. *Sept. apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 2. Constit. 1. Anastasii IV. sect. 1. num. 34. pag. mihi* 10. ex Cardin. de Luca *in adnot. ad Concil. Tridentin. disc. 13. num. 7.*

1628. 28. Aug. —— Possunt dicti Canonici Regula- 2407
res in publicis Processionibus uti Rocchetto & Superpelliceo, ut declaravit *Congregatio Rituum, apud* Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Canonici Regulares, *num. 2.*

1628. 9. Sept. —— Triginta Dubia in quatuor di- 2408
stinctiones divisa quoad Legata relicta Fratribus Minoribus tam Observantibus quàm Reformatis declarat *Congregatio ab Urbano Octavo specialiter deputata, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 9. à numer. 1. usq. ad 8.* & refert etiam Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. Const. 4. Honorii III. sect. 4. numer. 37. pag. mihi* 455. & 461.

1628. 12. Sept. —— Omnia & singula Indulta au- 2409
diendi

diendi Sæcularium Confessiones absque Ordinarii examine & approbatione, quibusvis Religionibus, Societatibus, etiam Societati JESU, Congregationibus, & Ordinibus tam Mendicantium quàm non Mendicantium, nec non Monachorum quorumcunque, etiam S. Benedicti, Cistercienſium, & Carthusienſium, ac etiam quibusvis Militiis, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, ac quibuscunque Monasteriis ac Locis Piis, sive eorum Abbatibus, Præpositis, Decanis, Magistris, Prælatis, Prioribus, Rectoribus, etiam Generalibus, vel Provincialibus, aut aliis quocunque nomine nuncupatis Superioribus, & Personis quibuscunque, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apostolicæ immediatè subjectis, quovis Privilegio munitis, concessa, revocantur & annullantur, viribus & effectu evacuantur, ita ut nullis ex prædictis ullo modo in posterum suffragari possint. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 92. *quæ incipit* Cùm sicut accepimus, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *Constit.* 16. *ejusd. Pontific. pag mihi* 395. ac Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 3. *tract.* 4. *quæst.* 8. *num.* 2. nec non Novar. *Comment.* 102. *num.* 2. *par.* 2. *pag.* 431.

1628. 14. Sept. —— In Capitulis Provincialibus Provinciarum Bethicæ, Mexicanæ, de Mechoacan, del Perù, & del Quinto novi Regni Ordinis Eremitarum S. Augustini, nulli, præter eos quibus de jure juxta dicti Ordinis Constitutiones, liceat vocem in Capitulis Provincialibus habère, sed ii, quibus ex gratia concessum fuit, voce activa omninò careant: Hoc autem Statutum Clementis Octavi non solùm ad Provincias Italiæ Ordinis prædicti, sed etiam ad universas Provincias & Congregationes totius Ordinis perpetuò extendit & ampliat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom* 4. *Constit. quæ incipit* Aliàs, *statim post Constit.* 42. *ejusd. Pontific.* 2410

1628. 19. Sept. —— Possunt Episcopi pœnis sibi benè visis 2411

nè visis compellere quoscunque Regulares recusantes, etiam Monachos & quomodolibet exemptos, ad infrascriptas Processiones accedere atque illis interesse (exceptis dumtaxat in strictiori Clausura viventibus, & Monasteriis ultra medium milliare à Civitate distantibus) nempe in die Festo Ss. Corporis Christi, in Litaniis Majoribus, in Rogationibus, ac in quibuscunque aliis publicis & consuetis vel pro bono seu causa aut honore publico ab Episcopo indictis Processionibus, non obstantibus quibuscunque privilegiis aut consuetudinibus vel præscriptionibus, Privilegiis tantùm Apostolicis Sacro Concilio Tridentino posterioribus contrarium desuper disponentibus minimè sublatis, ut censuit *Congregat. particular. de ordine Urbani VIII. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 16. numer. 2. pag. mihi* 140.

1628. 30. Sept. —— Non licet Mulieribus comitari Processiones per Claustra Monasteriorum Regularium, nisi adsit expressa licentia Sedis Apostolicæ, ut respondit *Congregat. Rit. in Oriolen. apud* Lantusca *in Theatro Regul. sub verb.* Claustrum, *n. 2. & refert etiam* Barbos. *de potest. Episc. par. 3. allegat. 102. num. 94.* ubi credit, quod ideo cesset declaratio Pii Quinti (de qua supra 1568. 28. Jan.) permittentis Mulieribus hujusmodi ingressum in Claustra ex causa Processionum.

1628. 1. Oct. —— Regulares pœnitentiati à Tribunali Sancti Officii, actibus legitimis suæ Religionis privantur, ut decrevit *Congregatio S. Officii, apud* Lantusca *in Theatro Regular. verbo* Actus legitimi, *sub num. 2. pag. mihi* 14. ubi tamen *sub numer. 3. ait, quod* non privantur dictis actibus legitimis, qui abusi sunt recursu ad Sanctum Officium & de ordine ipsius carcerati, prout declaravit *eadem Congregatio anno* 1644. 20. *Apr.*

1628. 15. Oct. —— Omnia & singula Privilegia & Indulta per quoscunque Romanos Pontifices Ordini Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis

ptionis Captivorum & ejus Personis ac Locis quomodolibet concessa (dummodo tamen sint in usu, & Sacris Canonibus ac Concilii Tridentini Decretis, nec non Apostolicis Constitutionibus & dicti Ordinis Regularibus Institutis non repugnent, & non sint revocata vel sub aliquibus revocationibus comprehensa) perpetuò approbat & confirmat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 94. *quæ incipit* Ex clementi.

1628. 31. Oct. —— Vicarius Generalis & Fratres Minimi pro tempore existentes Collegii S. Francisci de Paula ad Montes in Alma Urbe, & aliæ Personæ quæcunque tam Sæculares quàm Regulares, nullas Reliquias nec Libros seu Volumina & Scripta ab Ecclesia & Bibliotheca dicti Collegii ullo modo amovere, transportare, distribuere, seu mutuò dare audeant seu præsumant, sub Excommunicationis eo ipso incurrendæ sententia. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 95. *quæ incipit* Justis & honestis. 2415

1628. 6. Nov. —— Monasterium tenetur ad onera & collectas pro Bonis donatis sub conditione quod ad onera & collectas pro dictis Bonis teneatur, ut rescripsit *Congregat. Immunit. Ecclesiast. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Monasterium, *num.* 1. 2416

1628. 13. Nov. —— Magnus Magister Ordinis Hierosolymitani solus non potest avocare Causas à Marescallo jam præventas, cùm hoc sit de pertinentibus ad absolutam potestatem, Afflict. *decis.* 361. *num.* 8. Franc. à Ponte *de potest. pro reg. tit.* 2. §. 1. *num.* 24. quæ talis non est in Magistro, sed unita cum Conventu, ex Stabilimentis ejusdem Religionis, ut propterea quæ conveniunt habitu & exercitio jurisdictionis dici non possint independenter esse in Magistro, aut ab eo solo exercenda, sed simultaneè per Conventum & Magistrum promovenda, Oldrad. *cons.* 128. *per tot.* & ex Stabilimentis à Sede Apostolica confirmatis, ut dixit *Rota in Meliten. Præeminentiarum* 2417

tiarum coram Pirovano, *decis. recent. par. 5. tom. 1. decis. 209. num. 1. & 2.*

1628. 13. Nov. —— Non obstat, quod ubi etiam jurisdictio non esset independens & absoluta, sed unita cum Conventu dicti Ordinis Hierosolymitani, adhuc tamen exercitium diceretur penes Magnum Magistrum solum, quod non repugnat simultaneè, ex Oldrad. *cons.* 128. *num.* 5. *per cap. inter cœtera de offic. Ordin.* cum quo exercitio præsupponitur, Magnum Magistrum posse Causas avocare, & avocando eas suo & nomine Conventus actum facere, Felin. *in cap. edoceri, num.* 2. *de rescript.* quia quando agitur de pertinentibus ad supremam potestatem, prout est de avocatione Causarum, *cap. ut nostrum, de appellat. l. judicium solvitur, ff. de judic.* non est arguendum à possibili transitu jurisdictionis respectu exercitii separati ab habitu & remanente penes alium, ut dixit *Rota in d. Meliten. coram* eod. *ibid. num.* 3. *& seqq.*

1628. 17. Nov. —— Per confirmationes Privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixerunt Privilegia prius ab eodem Concilio ac deinde etiam Sacræ Congregationis Decretis sublata atque extincta, si quæ habebant, absolvendi à Casibus Ordinario loci reservatis; quemadmodum nec Indulta absolvendi à Casibus contentis in Bulla quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, utpotè sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires aut robur acquisierunt ex subsequentibus Privilegiorum confirmationibus: ac proinde Regulares cujusvis Ordinis & Congregationis ac Societatis & Instituti etiam necessariò exprimendi, nec intra nec extra Italiam, in vim Privilegiorum aut confirmationum hujusmodi quas vel hactenus obtinuerunt vel deinceps fortè obtinebunt, possunt quemquam absolvere ab eisdem Casibus in Bulla Cœnæ aut Ordinario loci reservatis: ac si secus egerint, Absolutiones nullæ sint & irritæ: Ab aliis

verò Casibus & Censuris Sedi Apostolicæ reservatis si quidem Regulares habeant à Sede Apostolica absolvendi facultatem, illa extra Italiam minimè sublata fuit eisdem Sacræ Congregationis Decretis (de quibus supra, 1601. 9. Jan. & 1602. 26. Nov.) hac de re editis jussu Clementis Octavi, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. approbante Urbano VIII.* apud Barbos. *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 50. *num.* 289. & iterum *in Concil. sess.* 14. *cap.* 7. *num.* 23. & referunt etiam Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *cap.* 2. *num.* 38. *pag. mihi* 317. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *disput.* 14. *quæsito* 15. *num.* 6. *pag.* 181. Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 5. *numer.* 5. Murga *in Tract. de Benefic. Eccles. quæst.* 2. *num.* 571. *pag.* 199. ac etiam *disquis. moral. tom.* 2. *disquis.* 1. *num.* 197. *pag.* 160. Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 1. *tract.* 11. *quæst.* 7. *num.* 12. *par.* 1. & iterum *tom.* 2. *par.* 1. *tract.* 11. *quæst.* 17. *num.* 6. ac Passerin. *de elect. canon. cap.* 26. *num.* 57. nec non Novar. *commentar.* 235. *num.* 1. *pag.* 217.

1628. 18. Nov. —— Abbati seu Commendatario Monasteriorum invicem & perpetuò unitorum S. MARIÆ Farfensis & S. Salvatoris Majoris de Ordine S. Benedicti ordinariam Jurisdictionem & separatum Territorium cum multis Oppidis & Locis insignibus habenti conceditur in perpetuum, ut Personis etiam Sæcularibus dictorum Oppidorum & Locorum sibi subditis litteras dimissoriales ac clericalem caractèrem, necnon ad omnes etiam Sacros & Presbyteratus Ordines etiam privativè quoad Episcopos aut Archiepiscopos viciniores concedere possit: Valeat etiam (si Sacerdos existat) in Ecclesiis dictorum Monasteriorum in quocunque solemni actu celebrationis Missarum aut Divinorum Officiorum uti Mitra & Annulo ac Baculo Pastoralibus atque cœteris Pontificalibus Insigniis & Ornamentis, ac cum illis possit Benedictionem supra Papulum inibi existentem impendere & sibi subditis etiam sæcularibus Primam Tonsuram & quatuor 2420

tuor minores Ordines conferre: Quod si dictus Abbas seu Commendatarius non solùm Sacerdos, sed etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis existat, liberè & licitè possit Populis & Plebibus publicè per vias & Castra ac Villas jurisdictionis suæ Benedictionem impartiri. *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Romanus, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 3. quæsito 4. num. 20. pag. mihi 21.*

1628. 20. Nov. —— Sacerdotibus Congregationis Clericorum Regularium de Somascha pro tempore existentibus conceditur, quod celebrata per eos una Missa Defunctorum pro Anima cujuslibet dictæ Congregationis Professoris ex hac vita migrantis, quoad reliquas duas Missas (quas juxta Constitutiones Congregationis præfatæ celebrare tenentur) faciendo commemorationem pro Defuncto in Missis de Sancto vel de Die occurrenti, supplere possint & valeant, prout concedit *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Exponi Nobis nuper fecit, *in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi 157.*

1628. 2. Dec. —— Episcopus vicinior manutenendus est in quasi possessione Concursus instituendi in vacationibus Ecclesiarum Parochialium Abbatiæ subjectarum, donec Abbas legitimè probet habere jus congregandi Synodum, aliàsque coegisse & in ea Examinatores ad præscriptum Tridentini deputasse, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* Barbos. *de potest. Parochi, par. 1. cap. 2. num. 39.*

1628. 4. Dec. —— Furni intra Claustra Regularium existentes, pro ipsorum usu tantùm inservire debent, ut respondit *Congreg. Immunit. Eccles. in Neapolitana, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb* Furnus, *num. 18. ubi num. 20. ait, quod* ideo Nuncius provideat circa dictos Regularium Furnos, ut illis utantur tantùm pro eorum usu, ut rescripsit *ead. Congregat. in d. Neapolitana anno 1681. 2. Dec.*

1628. 15. Dec. —— Professus in Religione capaci Bonorum non potest prosequi injuriam ei factam à Matre

Matre per transitum ad secunda vota: & Religio non dat de injuria Monachi, sed solùm illius Consanguinei, Boer. *decis.* 121. *num.* 9. Feder. de Sen. *cons.* 174. licèt retineat Jura agnationis ex persona Monachi quoad successionem, Farin. *quæst. crim.* 13. *num.* 25. & ex eis dixit *Rota in Novarien. Legitima coram* Ghisilerio, *decis. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 223. *num.* 12. & 13.

1628. 20. Dec. —— Data exemptione Regularium à Decimis, non sunt exempti eorum Coloni, quia Privilegia hujusmodi sunt personalia nec transeunt ad Colonos, ut dixit *Rota in Placentina Decimarum coram* Virili, *apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Decimis, *pagin. mihi* 208. *ubi etiam* præcipuè quando sunt Coloni Partiarii & pro se accipiunt integram medietatem fructuum, quemadmodum Coloni cujusvis Laici, quibus pro sua rata Colonica solventibus Decimas, nihil deperit Regularibus, ut respondit *Conregat. Episcopor. & Regular. in Salernitana anno* 1617. 6. *Oct.* 2425

1628. 29. Dec. —— Unum Collegium *Fuldense* appellandum, in quo triginta Alumnorum numerus non ex tota Germania tantùm, sed ex septemtrionalibus ejus Provinciis, videlicet Franconiâ, Hassiâ, Buchoniâ, Saxoniâ, Misniâ, Turingiâ, Brunsvigiâ, Westphaliâ, Marcâ Brandeburgicâ, Ducatu Mechenburgensi, Pomeraniâ, Holsatiâ, & Archiepiscopatu Bremensi evocandorum manuteneri debeat, sub gubernio Presbyterorum Societatis JESU & cum Privilegiorum elargitione de novo erigit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 96. *quæ incipit* Quoniam. 2426

1629. 29. Jan. —— Parochus sæcularis deferat Stolam in Parochiâ etiam Regularium, dum Defunctus in eorum Ecclesia sepelitur: & eodem modo ac in eodem casu & tempore Parochus Regularis in Parochia Defuncti, ut rescripsit *Congregat. Rit. in Asculana, apud* Barbos. *de potest. Parochi, par.* 3. *cap.* 26. *num.* 77. & refert etiam Gavant. *in Manuali Episcopor.* 2427

piscopor. verb. Exequiæ, *in additione, numer.* 15.

1629. 29. Jan. —— Monachi Religionis origine & confirmatione posterioris, si collegialiter vivant, præcedunt Monachis Religionis prius approbatæ viventibus uti privatis & nullum Collegium constituentibus, etiam quod antea in Locum fuerint ingressi, Gloss. *in cap. statutum, in verb. collect. de elect. in 6.* Innoc. *in cap. cùm dilectus, num. 5. de elect.* Abb. *in cap. cùm non liceat, num. 2. de præscript.* & ex eis dixit *Rota in S. Agathæ Gothorum Precedentia coram* Motmanno, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. in fine, decis. 112. pag. mihi* 43.

1629. 17. Febr. —— Decretum Sacræ Congregationis Concilii, in quo dicitur quod Constitutio Gregoriana de Conservatoribus (de qua supra, 1621. 20. Sept.) non afficit Religionem Hierosolymitanam nisi quoad Judices Conservatores & quod eidem Religioni adhuc jus ejusmodi Judices Conservatores eligendi competit, approbat & confirmat ac Apostolicæ firmitatis robur adiicit atque omnes defectus supplet *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 78. quæ incipit* Exponi, *& refert etiam* Barbosa *de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag. mihi* 74. ¶ Vide supra, 1627. 6. Febr.

1629. 6. Mar. —— Approbatio Sacerdotum sæcularium, qui celebrare volunt in Ecclesiis Regularium, spectat ad Ordinarium, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Flosculis, verbo* Sacerdos, *num. 8. ubi num. 9. etiam ait, quod* Sacerdoti, qui servatis servandis exivit à Religione, denegari non debet licentia celebrandi, modò congruum sustentamentum habeat, ut rescripsit *ead. Congregat. in una Capuccinor.* 1630. 5. *Jul.*

1629. 12. Mar. —— Illegitimus Regularis, sed ad instantiam Patris legitimatus ab infantia per legitimationem amplissimam vigore facultatum Dominorum de Campegiis, non potest eligi in Generalem suæ Religionis, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel.*

gnatel. par. 2. tit. de Regularibus, *pag. mihi* 277. *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 6. quæsito 27. num. 22 pag.* 132. ex Barbos. *de Jure Eccles. lib. 1. cap. 42. num.* 199.

1629. 15. Mar. —— Omnes & quascunque alienationes censuum vel reddituum aut bonorum quorumcunque ad Baillivas, Prioratus, Castellaniam Empostæ, Præceptorias, Domos, Hospitia, Beneficia, & Loca Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani pertinentium, à Personis Religiosis dicti Hospitalis etiam de licentia Sedis Apostolicæ sine consensu vel licentia Magni Magistri & Conventus hujusmodi in illorum læsionem vel detrimentum quomodolibet factas cassat & revocat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constitut. 126. quæ incipit* Militantis Ecclesiæ. 2432

1629. 16. Mar. —— Regularibus inquisitis de homicidio, &c. ad veritatem eruendam, infligi tortura potest, non solùm funis, sed etiam vigiliæ, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Olivetanorum, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Tortura, *num. 3. ubi num. 4. ait, quod* Monialibus regulariter non infligitur, sed comminatur Solùm, ut respondit *ead. Congregat. in Florentina* 1620. 1. *Aug.* 2433

1629. 21. Mar. —— Intortitia, Cerei, & Candelæ, quæ per viam deferuntur circa Cadavera & quæ postea in Ecclesia præsente Corpore pro celebrandis Divinis Officiis accenduntur, finito Officio, inter ipsos Parochos & Ministros Ecclesiarum etiam Regularium & Nationalium, in quibus Cadavera sepeliuntur, æquali parte sunt dividenda. *Urbanus VIII. apud* Mancin. *in Pract. visitan. Infirm. in brevi tract. de Sepultura, dub.* 28. & refert etiam Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Funeralia, *num.* 1. 2434

1629. 23. Mar. —— In Ecclesia unita Monasterio Regularium non habet Parochus Juris assistentiam, ex eo quod sit sita intra suos limites, Abb. *in capit. dilectus, num. 3. & 11. de Capell. Monach. & in cap. ad audientiam, il 1. num. 8. de Eccles. ædific. & in ca-* 2435

cùm venerabilis, num. 46. de excep. Calderin. *cons. 6. num. 1. vers. item sicut, de Relig. Domib.* & ex eis dixit *Rota in Veronen. Jurium Parochialium coram* Virili, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. in fine, dec. 87.* & refert etiam Posth. *de manutenen. decis. 260. pag. mihi 213.*

1629. 31. Mar. —— Nulli Religiosorum Societatis JESU liceat facultatibus Sanctæ Cruciatæ in quacunque Mundi parte publicatæ vel publicandæ uti quoad eligendum Confessarium & obtinendam absolutionem à Casibus reservatis; nec eis quoad hanc facultatem eligendi Confessarium & prædictam absolutionem obtinendi Cruciata hujusmodi suffragetur, prout declarat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 125. quæ incipit* Romanus.

1629. 5. Apr. —— Licet Abbatibus Olivetanis solemniter in tribus tantùm Anni Festivitatibus celebrantibus uti Baldachino, sine auro tamen & pompâ: nec non assistentia unius Presbyteri & duorum Diaconorum ac aliorum sex ad summum Monachorum sacris Indumentis coloris Solemnitati convenientis paratorum, ultra Diaconum & Subdiaconum qui in Missa cantaturi sunt Evangelium & Epistolam; ita ut iidem Abbates nullo modo teneant Sedem Abbatialem fixam & permanentem propè Altare, ut Sedes Episcopalis retineri consuevit: sed eorum Sedes retineatur in Ecclesia iis tantummodo diebus, quibus solemniter celebratur: & dicti sex Monachi ut supra parati, non in Sedibus Choralibus, sed super scabellis sedeant in situ congruo tunc appositis & panno laneo coopertis: Quod Sacræ Rituum Congregationis Decretum approbat & confirmat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 97. quæ incipit* Exponi, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 21. quæsito 10. num. 10.* ¶ Vide infra, 1659. 27. Sept.

1629. 6. Apr. —— Regulares Curam Animarum non habentes non tenentur intervenire Collationibus Ca-

Casuum Conscientiæ, licèt sint ad Confessiones audiendas approbati, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Patavina, apud* Nicol. *in Flosculis, sub verbo* Regulares, *num.* 48. *pag. mihi* 437.

1629. 7. Apr. —— Contra Professionem reclamare volens, id facere debet intra quinquennium à die Professionis emissæ, prætensas coram Superiore suo & Ordinario deducens, postea non audiendus: Superior verò est, in cujus manu vel Conventu reclamans Professionem emisit, ut rescripsit *Congregat. Concil. in Meten. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. num. 31. pag. mihi* 113. 2439

1629. 11. Maii. —— Filii à die Professionis emissæ habentur pro mortuis, cùm mors civilis operetur eosdem effectus, quos naturalis: & quamvis Filii professi in Religione capaci Bonorum retineant jura sanguinis & successionis, ut ex eorum persona Monasterium possit capere successionem, *Authen. ingressi, C. de Episc. & Cler.* Molin. *de Primog. lib. 1. cap. 13. num. 71.* Surd. *cons. 557. num. 14.* id tamen procedit in Bonis obveniendis Filiis ex successione ab aliis proveniente, vel in illis quæ erant Filiorum de tempore Professionis, ut dixit *Rota in Novarien. Legitimæ coram* Ghisilerio, *apud* Tamburin. *de Jure Abbatissar. in fine Operis, decis. 14. num. 2. & 3.* 2440

1629. 15. Maii. —— Inhibetur in virtute sanctæ obedientiæ ac sub officii Prioris seu Vicarii Generalis & vocis activæ ac passivæ privationis nec non Excommunicationis majoris latæ sententiæ ipso facto incurrendæ & aliis arbitrio Papæ pœnis, ne de cætero pro tempore existens Prior seu Vicarius Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini utantur quibusdam clausulis Oraculum sapientibus vel aliis æquipollentibus, sed si eos aliqua facultate seu concessione Apostolica Motu proprio concessa vel ab eis jam obtenta uti oportuerit, Litteras Pontificias scilicet earum tenores de verbo ad verbum integrè in suis patentibus litteris inserant, sub iisdem pœnis & etiam nullitatis. *Urbanus VIII. apud* 2441

Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 98. qua incipit* Commissi.

1629. 18. Maii —— Sicut Tribunus Militum Exercitus Imperatoris non haberet jurisdictionem in Palatio inter Familiares Imperatoris, quia inferior est subjectus per *l. Cubicularios, C. de præpos. sacri cubic. lib. 2.* ita Marescialus Ordinis Hierosolymitani, qui idem est cum Tribuno, non debet jus dicere in Palatio Magni Magistri qui est suus Dux & Superior, ut dixit *Rota in Melevitana Præeminentiarum coram* Pirovano, *decis. recent. par. 5 tom. 1. dec. 291. num. 11.* confirmata *die 3. Dec. eiusd. anni coram* eod. *ibid. decis. 324.* 1441

1629. 25. Maij —— Interdicitur & prohibetur ne de cœtero pro tempore existens Ordinis Eremitarum S. Augustini Prior seu Vicarius Generalis exemptiones Officiorum ulli dicti Ordinis Professori, qui eas prius non exercuerit, & præsertim eas exemptiones, quibus gaudent illi qui Provinciales seu Definitores aut Visitatores vel Prædicatores majores nuncupati fuerunt, absque expressa Sedis Apostolicæ licentia concedere audeat seu præsumat, sub pœnis Excommunicationis ipso facto incurrendæ ac privationis vocis activæ & passivæ nec non suspensionis ab Officio. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 99. qua incipit.* Inter cœteras. 1442

1629. 1. Jun. —— Clericis Regularibus Pauperum MATRIS DEI Scholarum Piarum conceditur, quod ipsi extra Urbem videlicet ex nunc de cœtero perpetuis futuris temporibus, in Urbe verò arbitrio Eminentissimi Vicarii in Spiritualibus Generalis, quibuscunque Processionibus & alijs quibuslibet actibus publicis quocunque tempore de more vel consuetudine aut aliàs pro tempore faciendis & celebrandis aut à quibusvis Ordinariis locorum indicendis interesse minimè teneantur, nec ubique locorum per quoscunque Ordinarios hujusmodi & alias Personas inviti cogi aut compelli possint. 1443

Urba-

Urbanus VIII. apud Cherubin. *in Bullar. Roman. tom. 4. Constit. 100. quæ incipit* Debitum, *& refert etiam* Barbosa *in Concil. sess. 25. capit. 13. numer. 34.*

1629. 1. Jun. —— Quasdam Constitutiones in Capitulo Generali Fratrum Discalceatorum Recollectorum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum anno 1618. mense Majo editas, & in duas partes distinctas (quarum una continet sexaginta septem Capita, altera verò viginti septem) perpetuò approbat & confirmat, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, ac omnes & singulos defectus supplet *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 131. quæ incipit* Sacri Apostolatus. 2445

1629. 18. Jun. —— Monasterium non comprehenditur in Fideicommisso, quando fuerunt vocati Filii legitimi, & naturales, & de legitimo Matrimonio nati & procreati, Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 20. vers. verum ego*, maximè quando dispositum fuit, ut Bona remaneant in suis hæredibus & eorum descendentibus & proximioribus in infinitum, Dec. *cons. 259. num. 2.* Covar. *var resol. lib. 2. cap. 9. num. 11.* Paris. *cons. 22. num. 9. vol. 3.* Mantic. *ibid. num. 21.* & ex eis dixit *Rota in Novarien. Legitima coram* Ghisilerio, *decis. recent. par. 5. tom. 1. decis. 306. num. 11. & 12.* 2446

1629. 18. —— Jun. Si in aliqua Scriptura fuerint subscripti Abbas, Prior, & omnes alii Monachi alicu jus Monasterii, hi consensus præstiti, non solùm uti singuli, sed etiam Conventualiter, Gabr. *conclus. 1. num. 3. & 9. de cujusq. univers. nom.* ut dixit *Rota in Tullen. Reformationis coram* Dunozetto, *decis. recent. par. 5. tom. 1. decis. 281. num. 11.* 2447

1629. 18. —— Jun. Monachus in aliquo Monasterio Professus, potest de licentia Superioris ad aliud Monasterium transferri, *cap. licet quibusdam, de Regular.* ut dixit *Rota in d. Tullen. coram* eod. *ibidem, num. 10.* & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbatis-* 2448

far. in fine Operis, decis. 16. num. 10. & iterum *decis. 23. num. 1. ibid.*

1629. 22. Jun. —— Confraternitates possunt transferri ab Ecclesia Regularium unà cum legatis relictis contemplatione dictarum Confraternitatum, ut fieri posse declaravit & respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Montis Virginis apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Confraternitas, *num. 11. pagin. mihi 122.*

1629. 25. Jun. —— Patres Societatis JESU sunt exempti à solutione Decimarum non solùm pro Bonis acquisitis tempore amplissimorum Privilegiorum sed etiam in futurum acquirendis, cum derogatione specifica *cap. nuper, de Decim.* & cum clausulâ sublata ac decreto irritanti, & quod non possit dari de subreptione & obreptione, & aliis clausulis amplissimis, quæ operantur ut non possit aliter judicari, Rain. *cons. 21. num. 16. lib. 1.* quæ procedunt etiam in possessorio, ex quo decretum irritans inficit non solùm titulum, sed etiam possessionem, ad tradita *in cap. si eo tempore, de elect. in 6.* Sarnen. *in reg. de trien. qu. 99. num. 3.* ut dixit *Rota in Civitatis Castelli Decimarum coram* Ghisilerio, *decis. recent. par. 5. tom. 1. decis. 508. num. 1. & seqq.*

1629. 16. Jul. —— Fratres Discalceati Ordinis Eremitarum S. Augustini in Indiis Occidentalibus existentes & eorũ Domus Regulares uniuntur Fratribus Discalceatis ejusdem Ordinis de Congregatione Hispaniarum, ita ut unum Corpus simul & unam Congregationem constituant sub eisdem legibus: Ipsi primodicti Fratres Discalceati secundo dictis Fratribus hujusmodi sese conformare, necnon Vicario Generali dictæ Congregationis & Commissario ab eo ad Domorum prædictorum regimen pro tempore deputando subesse debeant: ita tamen ut dicti Fratres Indiarum in eorum negotiis, & Causis possint recurrere etiam per viam appellationis ad Priorem Generalem dicti Ordinis S. Augustini ac ad Sedem Apostolicam, omisso medio: ac omnibus gaudeant

deant Privilegiis ipsi Congregationi competentibus. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Roman. tom.* 4. *Constitut.* 102. *quæ incipit* Universalis.

1629. 8. Aug. —— Officium in tumulandis Cadaveribus in Ecclesiis Regularium, non per Parochum seu alios Presbyteros Sæculares, sed per eosdemmet Regulares fieri debet, non obstante quavis contraria consuetudine, ut censuit *Congregat. Rit. in Sulmunen.* & antea *in Licien.* 1619. 23 *Mar. ac in Placentina* 1614. 5. *Jul. & in Eugubina* 1612. 12. *Mar.* & declaravit etiam *Congregat. Episcopor. & Regular. in Turritana* 1617. 24. *Nov. apud* Tamburin. *de Jure Abb. tom.* 1. *disputat.* 15. *quæsito* 17. *num.* 23. *pagin. mihi* 186. 2452

1629. 13. Aug. —— Episcopus non potest cogere Fratres Capuccinos ad faciendam recognitionem Personæ delinquentis, ut rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Neritonen. apud* Riccium *in Synopsi Decretorum d. Congregat. verb.* Episcopus quoad Regulares, *num.* 4. 2453

1629. 15. Sept. —— Provincia S. Salvatoris Hungariæ de Ordine Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ erigitur in Provinciam Reformatam Fratrum Discalceatorum Provinciis Regnorum Hispaniarum conformem, sub omnimoda Ministri Generalis dicti Ordinis, ac eo Italicæ Nationis & extra Italiam existente, ejus Vicarii Generalis ac etiam Commissarii Generalis Superioritate, non autem Commissariorum Generalium ejusdem Ordinis & Regnorum, nec Superioris vel inferioris Germaniæ: Minister Provincialis Provinciæ Hungariæ hujusmodi habeat omnem auctoritatem, ac alii Ministri Provinciales aliarum Provinciarum de eodem Ordine Reformatorum Discalceatorum cum æquali Privilegiorum fruitione: Minister Generalis aut Visitatores ab eo mittendi non possint alterare Constitutiones hujus novæ Provinciæ nisi de consensu majoris partis Fratrum Vocalium dictæ 2454

Provinciæ Hungariæ in eorum Capitulis Provincialibus præstando, nec valeant eosdem Fratres ab eorum modo vivendi disturbare, dummodo vivant juxta declarationes Nicolai Tertii & Clementis Quinti: Fratres ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia infra limites ejusdem seu alterius Provinciæ existentes non occupent quæsturas spectantes ad Domos dictæ Provinciæ Hungaricæ Reformatorum Discalceatorum: Minister Generalis valeat Ministrum Provincialem & Custodem ac Definitores ejusdem novæ Provinciæ eligere: Fratres denique hujusmodi Provinciæ subjaceant Constitutionibus in Capitulo seu Congregatione Generali factis, quæ Strictiori Observantiæ non adversentur, ad illarumque observationem omnino teneantur. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 135. quæ incipit* Sacrosanctum.

1629. 15. Sept. —— Missas celebrare nequaquam prohibetur Regularibus in suis Ecclesiis ante celebrationem Missæ in Ecclesia Parochiali, prout decisum in una Nullius Provinciæ Ravennatensis refert Sell. *in Select. canon. cap. 18. num. 20. apud* Barbos. *in Concil. sess. 22. de Reformat. cap. 8. num. 28.*

1629. 26. Sept. —— Licet Abbatibus Cœlestinis Ordinis S. Benedicti solemniter in tribus tantùm Annui Festivitatibus celebrantibus uti Baldachino, sine auro tamen & pompa: nec non assistentia unius Presbyteri & duorum Diaconorum ac aliorum sex ad summum Monachorum Sacris Indumentis coloris Solemnitati convenientis paratorum, ultra Diaconum & Subdiaconum qui in Missa cantaturi sunt Euangelium & Epistolam: ita ut iidem Abbates nullo modo teneant Sedem Abbatialem fixam permanentem propè Altare, ut Sedes Episcopalis retineri consuevit; Sed eorum Sedes retineatur in Ecclesia iis tantummodo diebus, quibus solemniter celebratur: & dicti sex Monachi ut supra parati, non in Sedibus Choralibus, sed super scabellis sedeant in situ congruo tunc appositis & panno laneo cooper-

coopertis: Quod Sacræ Congregationis Decretum approbat & confirmat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 104. *quæ incipit* Exponi, *& meminit etiam* Murga *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. post Constit.* 16. §. 41. *pag. mihi* 375. ¶ Vide infra, 1659. 27. Sept.

1629. 26. Sept. —— Regens & Collegiales de Collegio S. Bonaventuræ in SS. duodecim Apostolorum de Urbe Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium erecto, de cœtero perpetuis futuris temporibus obedientiæ Guardianorum dictæ Domus & aliorum dicti Ordinis Superiorum, prout alii Fratres in eadem Domo degentes, subjaceant, ita ut debitis pœnis puniri possint, non tamen in Loco Collegiali: œconomus pro tempore deputandus ipsius Collegii cautionem idoneam de benè administrando dare debeat, nec non Guardiani & alii prædicti Ordinis Superiores computa ipsius œconomi quolibet semestri revidere possint, & ita in præmissis observari mandat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 137. *quæ incipit* Felici. 2452

1629. 7. Oct. —— Servus Dei Cajetanus Thienæus, Clericorum Regularium Fundator, declaratur Beatus, cum permissione Officii & Missæ pro tota ejus Religione in die obitus; Vicentiæ verò ubi natus & Neapoli ubi ejus Corpus, pro omnibus Ecclesiis. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tomo* 4. *Constitut.* 103. *quæ incipit* In Sede, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *disput.* 22. *quæsito* 4. *numer.* 83. *pagin. mihi* 338. ¶ Vide Canonizationem infra 1671. 12. Octob. 2458

1629. 9. Oct. —— Patres Societatis JESU tenentur pro Bonis acquisitis ad onera, quæ sint certa & realia ac invariabilia: pro aliis verò Bonis tenentur ad collectas auctoritate Apostolica impositas cum specifica expressione Ecclesiasticorum, dummodo in Locis Bonorum non adsit consuetudo contraria, ut declaravit *Congregat. Immunit. Eccles. in Firmana, apud* Riccium *in Synopsi Decret. d. Congregat.* 2459

gregat. verb. Regularis, *numer.* 10.

1629. 30. Oct. —— Litteras Apostolicas Clementis Octavi (de qua supra, 1603. 23. Sept.) pro Congregatione Reformata Monachorum Ordinis Sancti Basilii editas, ab Abbate Generali dicti Ordinis pro tempore existente observandas esse, & ut deservari faciat, præcipit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 138. qua incipit* Pastoralis Officii.

1629. 7. Nov. —— Monasterium propter Religiosum præfertur substituto quoad successionem in Fideicommisso, ut est tex. expressus *in cap. in præsentia, de probat.* ubi notant DD. omnes, & ex eis dixit *Rota in Spoletana Fideicommissi coram* Ghisilerio, *decis. recent. par. 5. tom. 1. dec. 317. num. 19.*

1629. 13. Nov. —— Si vulneratus aut offensus, esset Regularis, recognitio fieri poterit à Curia Episcopali, prout fieri jussit *Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in una Burgi S. Sepulchri*, *apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 7. numer. 11.*

1629. 17. Nov. —— Canonicus Regularis S. Georgii in Alga (hodie adsunt tantùm in Portugallia) est capax pro obtinenda Ecclesia Parochiali sæculari, concurrente tamen expresso Sedis Apostolicæ permissu, ut censuit *Congregat. Concil. apud* Petra *in Comment. ad Constit. Apostol. tom. 1. Constitut. 1. Anastasii IV. sect. 1. num. 40. pag. mihi 14.*

1629. 17. Nov. —— Vicario deputato in Ecclesiis Curatis Monasteriis perpetuò unitis Congrua non debet assignari major centum, nec minor quinquaginta scutorum ad præscriptum Constitutionis Pii Quinti supra citatæ & editæ anno 1567. 1. Nov. ut respondit *Congregat. Concil. in Constantien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 15. form. 1. num. 30. pag. mihi 204.*

1629. 23. Nov. —— Regulares ab Episcopo antecessore prævio examine approbatos ad Personarum sæcularium Confessiones audiendas, potest moder-

nus

nus Episcopus pro majori conscientiæ suæ quiete iterum examinare, & si minus idonei reperti fuerint, reprobare, ut decrevit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Barbos. *in Concil. sess.* 23. *cap.* 15. *numer.* 44.

1629. 3. Dec. —— Non licet Abbati Visitatori arctiorem vitæ rationem Monialibus præscribere, ipsis invitis, secundùm Gloss. *in cap. gesta, in verb. crescere*, & tradit Dec. *in cap. ad nostram, num.* 18. *& seq. de appellat.* Oldrad. *consil.* 96. Navar. *cons.* 9. *&* 81. *de Regular.* & ex eis dixit *Rota in Ruremunden. Abbatissatus coram* Verospio, *apud* Tamburin. *de Jure Abbatissar. in fine Operis, decis.* 30. *num.* 11. *pap. mihi* 43. 2465

1629. 5. Dec. —— Monasterium S. MARIÆ Annunciatæ Civitatis Tarentinæ de Ordine S. Benedicti Congregationis Cœlestinorum, à solutione Quartæ Defunctorum deferendorum ad præfatam Ecclesiam, etiam absque interventu & consensu Capituli & Cleri ejusdem Civitatis, exemptum decernit *Rota in Tarentina Quarta Funeralis coram* Queipo, *ex sententia Auditoris Camera Apostolica emanata anno* 1628. 9. *Febr. apud* Margarin. in *Bullar. Casinen. tom.* 2. *Constit.* 582. 2466

1630. 9. Jan. —— Præcedentia in concursu cum aliis Regularibus in Processionibus & actibus publicis semper competit Fratribus Discalceatis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Provinciæ S. Joannis Baptistæ Hispaniarum, sive soli de per se & sub propria Cruce, sive sub Cruce & cum Familia de Observantia incedant, & sive Discalceati vel Reformati aut alio quovis nomine nuncupentur, dummodò sint verè Reformati Ordinis Sancti Francisci, necnon gaudeant omnibus aliis prærogativis expressis in Bulla Clementis Octavi supra posita & edita anno 1602. 7. Septembris: Quod Sacrę Rituum Congregationis Decretum perpetuò approbat & confirmat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 142. *quæ incipit* 2467

Ex

Ex incumbentis. ¶ Vide infra, 1643. 10. Jun. & 1644. 20. Apr. ac 1647. 13. Apr.

1630. 13. Jan. —— Prætensa Congregatio Mulierum seu Virginum Jesuitissarum & illarum Secta ab ortus sui primordio nulla & invalida declaratur & ideo supprimitur & extinguitur, prout supprimit & extinguit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 111. quæ incipit* Pastoralis, & *refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbatissar. disputat. 7. quæsito 11. num. 2. pag. mihi 42.*

1630. 16. Jan. —— Eques Miles Hierosolymitanus incapax est juris hæreditarii, & ideo licèt per Professionem & ingressum Religionis jura sanguinis non amiserit, *l. jus agnationis, ff. de pact.* Lap. *allegat. 101. num. 7.* Roman. *singular. 37.* Rebuff. *de nominat. quæst. 12. num. 45.* nunquam tamen potest ex propria persona præsentare, sed vel ipsius loco Monasterium succedit, in quod omnia jura tam activa quàm passiva post Professionem transierunt, Abb. *in cap. quia nos, num. 2. de testam.* Soccin. Sen. *cons. 183. in princ.* Lambert. *de Jurepatr. par. 1. lib. 2. quæst. 2. princip. art. 11. num. 20.* vel id juris (si Monasterium incapax est Jurispatronatus Professi) transit ad alios successores, *cap. scripsit 27. qu. 2.* & ibi Gloss. *in verb. dignitate*, Bald. *in l. Deo nobis, §. hoc etiam, num. 4. de Episc. & Cler.* Felin. *in cap. inter dilectos, num. 3. de fide instrum.* Ant. Faber. *in suo Cod. tit. de Fideicommiss. decis. 33.* ubi in specie de Milite Hierosolymitano, ut non admittatur ad Fideicommissum Familiæ relictum, prout dixit *Rota in Florentina Canonicatus coram* Verospio, *decis. recent. par. 5. tom. 1. decis. 336. num. 8. & seqq.* ¶ Vide supra 1618. 14. Maii.

1630. 25. Jan. —— Revocatio gratiæ habendi votum in Capitulo Generali vel Provinciali, comprehendit gratias non solùm factas sub aliquorum particulari nomine, sed etiam sub nomine Officii, putà Vicarii Monialium, Procuratoris in Curia, vel similium, dum in vim Constitutionum non competit

petit tali Officio habere votum, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una S. Augustini, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Vox, *num.* 1.

2471 1630. 14. Mar. —— Curati omnes etiam exempti etiam Regulares tenentur interesse cum aliis Curatis Congregationi Casuum Conscientiæ, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Veronen.* & antea *in Ferrarien.* 1593. 13. *Oct.* ac etiam *in Vercellen.* 1586. 9. *Oct.* nec non & *in Lucana* 1579. 11. *Aug. apud* d. Nicol. *in dd. Floscul. verb.* Casus Conscientiæ, *num.* 4. *& refert etiam* Gavant. *in Man. Episcopor. verb.* Clerici Conventus, *num.* 2.

2472 1630. 16. Mar. —— Potest Episcopus cogere Parochum etiam Regularem, ut apud Ecclesiam Parochialem unà cum Socio resideat, ut censuit *Congregat Concil. in Bobien. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 16. *form.* 2. *num.* 3. *pag. mihi* 292.

2473 1630. 19. Mar. —— Admonendi sunt Generales Religionum, qui habent Conventus & Hospitia in Indiis Orientalibus, ut per Missiones Religiosorum idoneorum, ad partes illas, in quibus dilatatur Mahumetismus, se opponant Mahumetanorum progressibus mediante Sancti Evangelii prædicatione, prout admonendos esse censuit *Congregatio de propaganda Fide coram Sanctissimo, apud* Lantusca *in Theatro Regular. verbo* Missio, *sub num.* 1. *pag. mihi* 339.

2474 1630. 22. Mar. —— Vicarius Generalis Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula, sive à Sede Apostolica pro tempore deputatus sive à Capitulo electus, de cœtero nullatenus possit immediatè eligi in Correctorem Generalem, sed tandiu debeat ab Officio vacare, quandiu Vicarius Generalis extiterit. *Urbanus VIII. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *cap.* 12. *Constit.* 2. *ejusd. Pontific. quæ incipit* Injuncti, §. 2. *pag. mihi* 380.

2475 1630. 10. Apr. —— Fratres Minores de Observantia Ordinis S. Francisci videntur incapaces omnis successionis & legatorum, ex Constitutione Nicolai

III. *in*

III. *in cap. exiit*, §. *insuper*, *de verb. signif. in 6.* & Clementis V. *in Clem. exivi de Paradiso*, *eod. tit.* & ex Sacri Concilii Tridentini dispositione *sess. 25. cap.* 3. ubi hæc incapacitas solùm reservatur Patribus Capuccinis, & Minoribus de Observantia: nihilominus dicti Fratres Minores Ordinis S. Francisci tam de Familia quàm Reformati sunt capaces legatorum, quæ unica solutione seu præstatione adimplentur, si tamen legata fiant modo licito & juxta eorum Constitutiones, & si quantitas legatorum non sit ingens & immoderata quæ sapiat thesaurizationem & inde violetur votiva Paupertas, ut dixit *Rota in Romana Computorum coram* Merlino Decano, *decis. recent. par. 5. tom. 1. decis. 375. numer. 7. & seqq.*

1630. 10. Apr. —— Si dictis Fratribus Minoribus Ordinis S. Francisci legatum fiat, ex quo non excluditur eorum mendicitas, ita ut præcario & ostiatim sibi quærere victum non cogantur, ut præcipitur *in cap. 1. de relig. domib. in 6. cap. vimis*, *il 2. de excess. Prælat.* tenet, præsertim si sint quædam eleemolynæ, quæ nullum tribuunt dominium vel proprietatem aut possessionem, nec repugnant eorum statui, nec tollunt quin Fratres Divinæ innitantur Providentiæ: & quemadmodum Fratres sunt capaces donationis sub modo licito, ita etiam legati quod est quædam donatio, §. *legatum*, *instit. de legat.* Sanchez *super Decalog. libr. 7. capit. 26. numer.* 10. Sanctes Capuccinus *super Regul. S. Franc. cap. 6. fol.* 305. & ex eis dixit *Rota in d. Romana Computorum, coram* eod. *ibid. num.* 13. & 14.

1630. 10. Apr. —— Fratres Minores Ordinis S. Francisci non sunt capaces annuorum reddituum perpetuorum, etiamsi illa relinquantur adjecto onere perpetuo celebrationis Missarum, & ita videtur decidere text. *in Clem. exivi*, *vers. cùmque annui redditus*, *de verb. signif. in 6.* Gloss. *in cap. quorumdam*, *verb. Mendicantium*, *de elect. in 6.* & *in cap. 1. de relig. domib. eod. lib.* quia nihil est, quod magis arctissimæ

Pau-

Paupertati Minorum repugnet, quàm redditus annui qui sunt certi & determinati & sapiunt nimiam proprietatem atque inter immobilia connumerantur, *in d. Clem. exivi*, §. *cùmque annui*, per quorum possessionem in perpetuum provideretur Fratrum necessitati, & penitus excluderetur mendicitas, vel in ea certè mentirentur, quod est absonum, ut ex *l. si quis*, *C. de censib. & censit. lib.* 11. deducit in proposito Bald. *in Authen. ingressi*, *num.* 60. *ad fin. C. de Sacros. Eccles.* & dixit *Rota in d. Romana Comput. torum*, *coram* eod. *ibid. num.* 15. *& seqq.*

1630. 30. Apr. —— Si dicti Fratres Minores Ordinis S. Francisci reciperent annua legata & obligationes perpetuas etiam pro Missis & Anniversariis celebrandis, tractu temporis nedum mendicitatem desererent, sed conflatis pluribus annuis redditibus qui superabundarent ad alimenta & vitæ sustentationem, apertè ditescerent quod esset magnum absurdum eorum statui repugnans, ut perpendit Navarr. *cons.* 8. *num.* 6. Sanctes *in Thesaur. Capuccin. super Reg. S. Franc. cap.* 6. *fol.* 308. qui amplius asserit, super hoc emanasse Constitutionem Leonis X. prohibentis receptionem hujusmodi legatorum: & demum modus similis legati, ut quotannis aliquid solvatur, semper secundùm eorum Constitutiones est illicitus; à modo autem capere substantiam legata facta Minoribus tenet Bald. *in Authen. ingressi*, *num.* 59. Sanchez *super Decalog. lib.* 7. *cap.* 26. *num.* 18. & ex eis dixit *Rota in d. Romana Computorum*, *coram* eod. *ibid. num.* 18. *& 19.* 2478

1630. 10. Apr. —— Legatum annui redditus perpetui factum Fratribus seu potius Ecclesiæ & Sacristiæ Fratrum Minorum, non ad ipsorum victum sed ad certum Divini Cultus usum (ut ad frumentum vel vinum necessaria materiæ Consecrationis, ad Oleum pro Lampadibus, ad Ornamenta Altarium & ad Calices) omninò sustinetur, ut apertè docuit Feder. de Sen. *cons.* 12. *num.* 4. Abb. *cons.* 63. *num.* 4. *lib.* 2. & alii; quia legatum non concernit commoditates 2479

ditates Fratrum sed Divinum Cultum, nec adversatur eorum Paupertati, siquidem cùm mendicitas Fratrum Minorum in eo versetur ut quotidie ex pietate Christifidelium alimenta mendicent, quorum nomine veniunt solùm corpori necessaria, ut eorum potus, habitatio, vestes, *l. legatis, ff. de alimen. & cibor. legat. l. verbo victus, ff. de verb. signif.* utique hujusmodi legato non infringitur nec tollitur hæc eorum mendicitas, utpotè quod non in alimenta seu victum & vestitum ipsorum cedere debeat, sed in necessaria Cultui Divino: & tale legatum nullibi reperitur prohibitum, quod non dicitur Fratribus relictum sed Sacris Ædibus & Templis; atque aliud est Ecclesia & aliud Monasterium, ut per Silvestr. *in verb. legatum, il 2. num. 4.* Navarr. *cons. 9. de testam.* dixit *Rota in d. Romana Computorum, coram* eod. *ibid. num. 27. & seqq.* 163

1630. 10. Apr. —— Fratribus Minoribus de Observantia non sunt prohibita legata pro emendis Libris & pro Studio, etiamsi legentur annui redditus, quoniam non pro eorum alimentis deserviunt, sed pro Litteris addiscendis, juxta Gloss. in *Clem. dudum, verb. indirectè, de sepultur.* Menoch. *cons.* 1014. *num.* 38. Sanchez *super Decalog. lib. 7. cap. 26. num.* 45. & ex eis dixit *Rota in d. Romana Computorum, coram* eod. *ibid. ubi num.* 47. *dictum etiam fuit, quod* dicti Fratres sunt incapaces cujuscunque juris & obligationis civilis. 163

1630. 12. Apr. —— Cancellario & Vicethesaurario Congregationis Cassinensis vocem activam in Capitulo Generali dictæ Congregationis & locum super omnes Priores ac titulum Reverendi concedit *Urbanus VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 304. qua incipit* Exponi. 163

1630. 13. Apr. —— Decimæ ratione Prædiorum acquisitorum per Regulares solvendæ sunt Parocho, donec dicti Regulares doceant de sufficienti Privilegio, prout declaravit *Congregatio Concil. apud* Barbos. *de potest. Parochi, par. 3. cap. 28. §. 3. num. 42.* 163

22. Apr.

1630. 22. Apr. —— Concordia inita inter Fratres Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia Diſcalceatorum de Provincia S. Joannis Baptiſtæ Hiſpaniarum & Fratres ejuſdem Ordinis de Obſervantia perpetuò approbatur & confirmatur, & Fratribus prædictis Diſcalceatis perpetuum ſilentium imponitur, eiſdemque injungitur ſub præcepto ſanctæ obedientiæ & ſub Excommunicationis ac privationis vocis activæ & paſſivæ nec non quorumcunque Officiorum obtentorum ac perpetuæ inhabilitatis ad alia obtinenda pœnis eo ipſo incurrendis, ne de cœtero dictæ Provinciæ Fratres poſſint lites proſequi, nec inter ſe moleſtare ſeu moleſtari facere quomodolibet audeant. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtit.* 143. *quæ incipit* Regis pacifici. ¶ Hanc Concordiæ confirmationem revalidat idem Pontifex anno 1635. 10. Oct. *ibid. Conſtit.* 215. *quæ incipit* Cùm ſicut. 2483

1630. 21. Maii. —— Licentiæ ingrediendi Monaſteria Monialium Regularibus ſubjectarum non ſunt concedendæ ab illarum Superioribus in illis Locis, in quibus adeſſet conſuetudo ut iſtæ ab Epiſcopis tantùm concedantur: hoc enim caſu talis conſuetudo obſervetur, & ipſorum Epiſcoporum tantummodò licentiæ ſufficiant, etiam privativè quoad ipſos Regulares, ut decrevit *Congregat. Concil. annuente Urbano VIII. apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag. mihi* 116. *& referunt etiam* Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom.* 4. *tract.* 5. *quæſt.* 17. *num.* 12. ac Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 15. *num.* 3. *pag.* 258. ¶ Vide ſupra, 1610. 13. Nov. 2484

1630. 4. Jun. —— Tertiarius non gaudet privilegio fori & exemptionum, ſi ſua vita durante reſervat ſibi uſumfructum Bonorum oblatorum, ut declaravit & reſcripſit *Congregat. Immunit. Eccleſiaſt. in Venuſina*, *apud* Riccium *in Synopſi Decretor. d. Congregat. verb.* Tertiarii, *num.* 4. 2485

1630. 7. Jun. —— Nulla alia Mendicantium Ordinum 2486

num Monasteria vel Domus seu Conventus aut Regularia Loca quomodolibet nuncupata, etiam vigore seu prætextu quorumvis Privilegiorum eisdem Ordinibus & illorum Superioribus etiam ab Apostolica Sede quovis modo concessorum, per tres leucas circumcirca Monasterium & Ecclesiam Beatæ MARIÆ de Monteserrato Monachorum Ordinis S. Benedicti construi possint sub Excommunicationis majoris latæ sententiæ pœna, nisi de expressa Abbatis & Monachorum dicti Monasterii pro tempore existentium licentia. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 144. quæ incipit* Complura, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 5. quæsito 3. num. 8. pag. mihi 57.*

1630. 19. Jun. —— Concessio Sanctæ Cruciatæ, quantum ad articulum eligendi Confessarium & absolvendi à Casibus reservatis etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, cum Fratribus & Monialibus quorumcunque Ordinum ubilibet constitutorum locum minimè habet nec illis ullo modo suffragari potest; sed iidem Fratres & Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum & Sedi Apostolicæ quoad sibi reservata subjecti sint. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 106. quæ incipit* In specula, *& referunt etiam* Barbosa *de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag. mihi 75.* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 12. Constit. 8. ejusd. Pontific. pagin. 387.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 13. quæsito 12. num. 5. pag. 145.* Lezana *in Sum. Quæst. Regular. cap. 19. num. 30. pag. 118.* Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract. 5. quæst. 12. num. 7.* Bissus *in Hierurg. tom. 1. litt. C. num. 42. §. V.* ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 15. num. 10.*

1630. 21. Jun. —— Non debent Regulares impedire, ne Clerici pro implemento legatorum celebrent Anniversarium in eorumdem Regularium Ecclesia, quia hoc non potest eis ullum afferre præjudicium, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Lucan.*

Cano-

Canonicor. Regular. Lateranen. apud Nicol. *in Floscul. verb.* Anniversarium, *num.* 2.

1630. 26. Jun. —— Rector in Ecclesia unita Monasterio Regularium, nullum potest deducere titulum aut juris assistentiam super exercitio Jurium Parochialium, ut dixit *Rota in Veronen. Jurium Parochialium coram* Verospio, *decis. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 396. *num.* 13. 2489

1630. 7. Aug. —— Sub Excommunicationis & aliis Censuris Ecclesiasticis per contrafacientes ipso facto incurrendis interdicitur & prohibetur, ne alii quicunque quavis auctoritate fungentes, Scholas sub denominatione Scholarum Piarum erigere aut forsan jam erectas Pias nominare nec inscribere, minusque Habitum per Clericos Regulares Congregationis Pauperum MATRIS DEI Scholarum Piarum gestari solitum gestare audeant seu præsumant, prout interdicit & prohibet *Urbanus VIII.* *apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 107. *qua incipit* Ad uberes, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *disput.* 24. *quæsito* 8. *num.* 6. *pag. mihi* 462. 2490

1630. 30. Aug. —— Quamvis Episcopus simpliciter & absque ulla temporis præfinitione approbaverit Regulares ad Confessiones Sæcularium audiendas, potest tamen eosdem (si nova causa superveniat) suspendere ac licentias illis concessas revocare, dummodo dicta causa Confessiones ipsas concernat: Cæterùm si Regulares cum scandalo aut aliàs inhonestè vivant vel aliquod delictum committant, propter quod rationabili Episcopi judicio videantur à Confessionibus suspendendi, utique ea causa ad Ministrum Confessionis pertinet ac proinde nihil obstat, quominus ob eam possit Episcopus Regulares utcunque à semetipso approbatos suspendere aut expellere à Confessionibus audiendis, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Barbos. *de potest. Episc. tom.* 2. *in fine, pag. mihi* 79. *post Constit.* 67. & referunt etiam Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *disput.* 6. *quæsito* 12. *num.* 7. *pag.* 75. ac Donat. *in Prax.* 2491

Rer. Regular. tom. 3. tract. 4. quæst. 15. numer. 5. nec non Novar. *Commentar. 66. num. 3. par. 2.*

1630. 1. Sept. —— Nullus hodie Regularis absque dispensatione Papæ obtinère potest sæculare Beneficium, licèt Curatum, ut rescripsit *Congregat. Concil. in Cremonen. apud* Leuren. *in Foro Beneficiali, par. 1. sect. 1. cap. 2. §. 2. quæst. 53. num. 1.* & refert etiam Petra *in Commentar. ad Constitut. Apostolic. tom. 2. Constitut. 1. Anastasii IV. sect. 1. num. 28. pag. mihi 8.*

1630. 7. Sept. —— Excommunicare potest Episcopus Fratrem Capellanum Religionis Hierosolymitanæ, qui administravit redditus Parochialis sæcularis, citatum ab Episcopo in Visitatione ad reddendam rationem, & non comparentem, ut decisum in Vulturarien si refert Sell. *in select. canon. cap. 13. num. 10. apud* Barbos. *in Concil. sess. 22. de Reform. cap. 9. num. 24.*

1630. 7. Sept. —— Monasteria illa, quæ ad Seminarium sui Ordinis contribuunt, de eo quod superest, contribuere tenentur etiam Seminario Episcopi, ut decisum refert Barbosa *in Concil. sess. 23. cap. 18. num. 29.* ex Sell. *in select. canon. cap. 10. nn. 19.*

1630. 21. Sept. —— Servus Dei Joannes de Deo, Congregationis hujus nominis Fundator, declaratur Beatus, cum permissione Officii & Missæ in die ejus obitus pro omnibus dictæ Congregationis Regularibus, &c. prout declarat & permittit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 109. quæ incipit* In Sede, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 4. num. 73. pag. mihi* 332. ¶ Vide Canonizationem, infra 1713. 11. Jun.

1630. 5. Nov. —— Vicarius Generalis Fratrum Discalceatorum Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum pro tempore electus, in signum solius præeminentiæ Magistro Generali Fratrum Calceatorum ejusdem Ordinis in Concordia (de qua supra 1621. 26. Nov.) reservatæ, infra tres menses à die suæ electionis teneatur eandem electio-

electionem præsentare dicto Magistro Generali, qui illam absque aliqua contradictione & cognitione super ejusdem electionis validitate an scilicet canonicè facta fuerit, confirmare debeat: si vero id facere recusaverit vel confirmationem prædictam à die præsentatæ electionis ultra quindecim dies dare distulerit, dictus Vicarius Discalceatus electus accedat & recursum habeat pro eadem confirmatione obtinenda ad Nuncium Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum commorantem. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 150. qua incipit* Commissi.

1630. 8. Nov. —— Moniales S. Claræ tanquam subditæ tenentur parere mandatis Vicarii Generalis & aliorum Superiorum, juxta text. *in cap. cùm ad Monasterium, §. Abbas*, & ibi Gloss. *in verb. in omnibus, de Stat. Monach.* & faciunt latè tradita per Less. *de Justit. & Jur. lib. 2. cap. 46. dub. 5. num. 229. & seq.* ex quibus dixit *Rota in Ulixbonen. Ingressus coram* Motmanno, *apud* Tamburin. *de Jure Abbatissar. in fine Operis, decis. 12. num. 3.* 2497

1630. 29. Nov. —— Prælatus potest nomine Ecclesiæ impugnare factum proprium, per quod ipsi Ecclesiæ præjudicare poterat, Barr. *in l. jubemus, la 2. §. sanè si hæc, num. 9. vers. tertiò quæro, C. de Sacros. Eccles.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 77. cap. 3. num. 1. & seq.* & ex eis dixit *Rota in Alexandrina Funeralium coram* Merlino Decano, *decis. recent. par. 5. tom. 1. decis. 410. num. 1.* 2498

1630. 6. Dec. —— Abbas, nec etiam in locis sibi pleno jure subjectis aut de Jurepatronatus, potest consecrare Calices vel Patenas aut similia, in quibus requiritur Sacra Unctio, nisi hoc habeat in specie sibi concessum à Sede Apostolica, ut decrevit *Congregat. Concil. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 1. cap. 9 num. 11.* ex Lezana *in Sum. Quæst. Regular. verb.* Calix, *num. 3.* 2499

1630. 7. Dec. —— Nonnulla Capitula Concordiæ initæ inter Præsules seu Administratores, nec non 2500

Præpositos & Canonicos, ac Abbatem & Monachos Ecclesiæ S. Ambrosii Mediolanensis de Ordine Cistercienſi perpetuò approbat & confirmat, ac perpetuæ & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit, omnesque tam juris quàm facti defectus supplet, nec non dictam Concordiam ab omnibus & singulis, ad quos quomodolibet spectat & spectabit, observari mandat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit.* 151. *quæ incipit* Gregis Dominici.

1630. 7. Dec. —— Etiam in propriis Regularium seu Monachorum Ecclesiis, quando Cadavera tumulari debent Defunctorum, Rector & Beneficiati Ecclesiæ Parochialis debent præcedere dictos Regulares seu Monachos, licèt forsan Sæcularium indulgentia & humanitate seu alia quavis de causa aliter aliquando servatum fuerit, ut declaravit *Congregat. Rit. in Calaguritana de Naxera Præcedentiæ*, & antea *in Tullen.* 1616. 2. *Mar.* ac etiam *in Firmana Terræ S. Victoriæ* 1618. 31. *Mar. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2, *tit.* de Præcedentia, *pag. mihi* 244.

1630. 11. Dec. —— Mensa Abbatialis est distincta à Mensa Conventuali, ex text. *in capit. quia sæpè, de elect. in 6. & in Clem. statutum, eod. tit.* quibus locis disponitur, quod quando Ecclesia Cathedralis vel Collegiata est Regularis, Sede vacante, fructus debent conservari successori, ut dixit *Rota in Gerunden. Administrationis coram* Coccino, *decis. recent. par.* 5. *tom.* 1. *decis.* 414. *num.* 22. *&* 23.

1630. 11. Dec. —— Religiosi aliqui nihil habent quoad verum dominium, neque quoad jus administrandi, nec in particulari, nec in communi, ut sunt Fratres Capuccini, & de Observantia: alii verò sunt qui habent jus administrandi in communi & non in particulari, quales ferè sunt omnes Religiosi de jure communi: alii autem sunt qui habent jus administrandi quæ suo victui sunt destinata, quales sunt Canonici Regulares S. Augustini Hispaniarum, Navarr. *in cap. nullam, num.* 31. *vers.* 12. 18. *qu.* 2.

qu. 2. qui quidem Canonici Regulares non differunt à cœteris Regularibus capacibus Bonorum in communi quoad ea quæ communia sunt omni Religioni, sicut vivere sine proprio, abstinere à negotiationibus & ab officio advocandi in Causis, & hujusmodi, ut sunt verba formalia S. Thomæ *opusc.* 19. *contra impugnantes Religionem, cap.* 2. *col.* 7. *litt. B. vers. quod autem obiicitur, fol.* 150. Jo: Trullus *de Canonic. Regular. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. *in fin.* & ex eis dixit *Rota in d. Gerunden. coram* eod. *ibid. num.* 32. *& seqq.*

1630. 11. Dec. —— Licèt aliqui Religiosi habeant portiones separatas, non tamen habent ratione dominii, cùm non sint capaces, sed solùm ratione administrationis, Navarr. *in cap. nullam* 18. *qu.* 2. *num.* 24. 28. *&* 29. & per concessionem dictarum portionum non conceditur, quod ipsi habeant aliqua Bona singulariter quoad dominium, imo neque ad usum aliter quàm Regula permittit, Petr. Navarr. *de restit. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 176. *vers. enim alia ratione*, scilicet ad victum suum & ad alia opera pia & remuneraroria, Navarr. *cons.* 70. *num.* 2. *de Regul. lib.* 3. sed illæ portiones eis conceduntur de licentia Superioris ex dicta causa ad suos usus peculiares honestos & necessarios vel convenientes, & sunt parati dicta Bona dimittere ad libitum Superiorum, Graff. *par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *numer.* 55. & in 2. *par. lib.* 3. *cap.* 50. *num.* 35. & sic dominium Bonorum remanet semper penes Superiorem, Petr. Navarr. *loc. cit. num.* 170. Regularis ergo, qui dicta Bona vel portionem ita possidet ad ejus victum, ut non sit animo paratus etiam ad Superioris nutum relinquere, peccat manifestè contra votum solemne Paupertatis, & tenetur dictam portionem restituere & à se animum abdicare, ut est communis sententia DD. de qua Petrus Navarr. *de restit. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 161. F. Jo. Hieronym. Cened. *in tract. Pobreza Religiosa, cap.* 49. *per tot.* & ex eis dixit *Rota in d. Gerunden. coram* eod. *ibid. num.* 29. *& seqq.* 2504

1630. 14. Dec. —— Fratres Ordinis S. Augustini tenentur 2505

nentur ad ſolutionem Decimarum pro Prædiis acquiſitis, quæ, dum à Laicis poſſidebantur, ſolutioni erant obnoxia, prout reſcripſit *Congregatio Concil. in Firmana Decimarum, apud* Petra *in Comment. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom. 4. circa Conſtitut. 8. Martini V. ſub num. 17. pag. mihi* 441.

1630. 14. Dec. —— Ad contributionem Seminarii non tenentur, neque compelli poſſunt Fratres S. Joannis Hieroſolymitani, ſive eorum Vicarii in Eccleſiis Parochialibus Religioni prædictæ unitis vel ab ea dependentibus, ut reſcripſit *Congregat. Concil. in Auguſtana, apud* Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canonic. Jac. Pignatell. par. 2. tit.* de Seminario, *pag. mihi* 387.

1630. 14. Dec. —— Dicti Vicarii S. Joannis Hieroſolymitani non tenentur dare procurationem Epiſcopo eorum Eccleſias viſitanti, ut declaravit *Congregatio Concil. in Auguſtana, apud* Barboſ. *in Collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. capit. 3. num. 23.* ex Aldan. *in Compend. canonic. reſolut. lib. 2. tit. 16. num. 9.*

1630. 14. Dec. —— Parochi dictæ Religionis Hieroſolymitanæ Curam Animarum Sæcularium exercentes, à Commendatariis deputati, quatenus abſolutè idonei ſint, approbandi ſunt ſimpliciter ab Epiſcopo, ut reſcripſit *Congregat. Concil. in d. Auguſtana, apud* d. Paſcucc. *par. 1. tit.* de Equitibus, *pag. mihi 277. ubi etiam ait, quod* non tamen controvertitur, quia, ſi nova legitima cauſa ſupervenerit, propter quam ſecundùm rationabile judicium dubitari poſſit de eorum habilitate, tunc poſſit Epiſcopus eos iterum atque iterum examinare; ſecus autem ceſſante hujuſmodi cauſa.

1630. 14. Dec. —— Superiores Regulares, qui juxta Concilii Tridentini præſcriptum *ſeſſ. 25. de Regular. cap.* 14. tenentur certiorem facere Epiſcopum de punitione ſuorum Regularium ſubditorum extra Clauſtra delinquentium, non ſatisfaciunt faciendo verbo hujuſmodi certiorationem, ſed in ſcriptis facere debe-

debent, ut respondit *Congregat. Concil. in Lucana*, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. disputat. 5. quæsito 11. num. 64.* ex Barbosa *de Jure Eccles. lib. 1. cap. 42. num. 117.*

1631. 5. Jan. —— Præmonstratenses Reformati antiqui rigoris subsunt Abbati Generali totius Ordinis, & penes eum remanet jus aggregandi tales Reformatos universo Ordini, juxta *not. in cap. porrect. de Regul.* ubi Innoc. *num. 4.* Abb. *num. 6. & 12.* Jo: Andr. *num. 4.* Anchar. *numer. 9.* aliique citati *à Rota in Tullen. Reformationis coram* Verospio, *apud* Tamburin. *de Jure Abbatiss. in fine Operis, decis. 22. num. 3.* ubi *num. 4. & seqq. dictum fuit, quod* petitio facta nomine Abbatis, censetur facta nomine totius Monasterii, propter mandatum præsumptum, quod habet à suo Monasterio cui præest, *cap. 2. de donat. cap. edoceri*, cum ibi notat. *de rescript.* Aufrer. *ad Capell. Tholos. decis. 74.* ita ut onus probandi contrarium spectare debet ad ipsos Monachos, *cap. ea noscitur*, & ibi Gloss. *de iis quæ fiunt à Prælat. sine consen. Capit.* Feder. *de Sen. cons. 259. num. 2.* 2510

1631. 10. Jan. —— Cùm tres sint species Professionis Regularis (de quibus Calder. *cons. 23. versic. ad quod probandum, cum seqq. de Regular.*) Reformati Præmonstratenses antiqui rigoris comprehenduntur sub Professione Religionis in specie seu in genere subalterno, ut dixit *Rota in Tullen. Reformationis coram* Dunozetto, *apud* Tamburin. de *Jure Abbatiss. in fine Operis, decis. 19. num. 1. & 4. pagin. mihi 26.* 2511

1631. 11. Jan. —— Regularis professus & ad Episcopatum promotus recuperat jus succedendi etiam in Bonis ab eo renunciatis, dummodo non sint alteri acquisita, ut censuit *Congregat. Concil. apud* Bordon. *de Profess. Regular. cap. 13. num. 75.* ubi *etiam quod* id colligitur *ex cap. statutum 18. qu. 1.* & refert etiam Gavant. *in Manuali Episcopor. verb.* Episcopus, *in additione.* 2512

1631. 13. Jen. —— Abbatibus Ordinis S. Benedicti, & Titu- 2513

Titulatis usum Pontificalium habentibus, in propriis Ecclesiis Paramenta de Altari sumendi pro celebratione Missarum, ac ministerio Famulorum pro abluendis manibus cum Polubro & Urceolo argenteis utendi, facultatem confirmat *Congregat. Rit. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut. 493. quæ incipit* Episcopus.

1631. 17. Jan. —— Conceditur novi Conventus erectio sine consensu aliarum Religionum, cum fundatione tamen & dote factis ex propriis impensis cujusdam Fœminæ: & permittitur, quod per tres annos, usque dum Fabrica finita sit, possint ibi esse sex dumtaxat Religiosi, sed his annis finitis, vel ibi collocentur duodecim vel subditi maneant Ordinario, ut concedit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Murga *in Tract. de Benefic. Eccles. qu. 8. num. 64 pag. mihi 675.*

1631. 25. Jan. —— Constitutio Pauli Quinti edita anno 1618. 13. Januarii super simplicibus Votis, quæ Professi Societatis JESU emittunt post Professionem solemnem circa Paupertatem & acceptationem Dignitatum extra Religionem approbatur & innovatur: Super his Votis nemo possit dispensare licet habeat generalem facultatem dispensandi & commutandi ac relaxandi Vota, sed dicta omnia reservantur Papæ: In Voto verò de non acceptanda Dignitate extra Societatem comprehenduntur Dignitates & Officia sæcularia jurisdictionem habentia. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 173. quæ incipit* Vota, quæ Deo fiunt.

1631. 14. Febr. —— Confessio Prælati adminiculata probat in præjudicium Ecclesiæ, Mantic. *decis. 39. num. 1.* cum aliis per Adden. ad Gregor. *decis. 375. num. 11.* præsertim si concernat actum à seipso gestum, Gloss. *in cap. ult. in fin.* ubi Abb. *num 44. versic. ego solvendo, de præsumpt.* Tiraq. *in tract. lignag. §. 1. gloss. 14. num. 48.* & ex eis dixit *Rota in Caserau-gustustana Præeminentiarum coram* Coccino Decano, *decis. recent. par. 6. decis. 15. num. 16. & 17.*

18. Febr.

1631. 18. Febr. —— Una Provincia seu Congregatio Fratrum Reformatorum & Discalceatorum de Ordine SS. TRINITATIS Redemptionis Captivorum nuncupanda in Regno Franciæ sub primitiva Regula erigitur & instituitur, per unum Priorem Provincialem in Capitulo dictæ Provinciæ seu Congregationis ex eisdem Reformatis & Discalceatis eligendum gubernanda, ab aliis Provinciis & Congregationibus dicti Ordinis separata, & ab omni superioritate quorumcunque Superiorum Ordinis ejusdem exempta, excepto Ministro Generali qui per seipsum vel alium ex ipsis Reformatis ab eo eligendum possit eam visitare juxta Regularia Instituta, non tamen Statuta confirmata mutare valeat: Multa denique alia quoad examen de novo recipiendorum, Statutorum editionem, institutionem Officiorum, Capituli convocationem, confirmationem Provincialium, concessionem Procuratoris Generalis in Curia Romana, & communicationem Privilegiorum, ac Executorum deputationem decernit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. in Constit. 154. quæ incipit* Alias à Nobis, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 24. quæsito 4. num. 73. pag. mihi 333.* 2517

1631. 26. Febr. —— Prælato non creditur in præjudicium suæ Ecclesiæ, nisi inquantum relata producantur & ex se probent, Afflict. *decis. 168. num. 4.* Menoch. *consil. 39.* & ex eis dixit *Rota in Novarien. Decimarum coram* Pirovano, *decis. recent. par. 6. dec. 23. num. 9.* 2518

1631. 7. Mar. —— Abbas non benedictus Monasterii Beatæ MARIÆ de Hyrache Congregationis S. Benedicti Hispaniarum non potest neque debet celebrare Missam & alia Pontificalia exercere in Parochiali Ecclesia S. Joannis Baptistæ de Civitate Stellæ in Diœcesi Pampilonensi, quæ non est sui Ordinis nec annexa vel incorporata dictæ Congregationi, neque licet Episcopo Pampilonensi ampliare gratiam limitatam à Sede Apostolica. *Urbanus* 2519

nus VIII. in Constit. quæ incipit Cùm de anno, apud Murga, disquis. moral. tom. 1. disquis. 3. num. 40. pag. mihi 26.

1631. 12. Mar. —— Prohibetur omnibus & singulis Personis Ecclesiasticis etiam Regularibus, ne audeant capere Informationes super Sanctitate aut Miraculis alicujus Defuncti, neque ullo modo exquirere atque obtinere ad hunc effectum extrajudiciales testificationes aut subscriptiones, sub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis infligendis: Quod si Superiori vel Sacristæ seu alteri Officiali illius Ecclesiæ, in qua requiescit Corpus ipsiusmet Defuncti, vel alterius etiam Ecclesiæ, fuerint revelata aliqua Miracula sive Prophetiæ dona, possint ea recipere sub sigillo secreti ab ipsis tantùm relatoribus, in quorum gratiam contigisse narrabitur: teneantur tamen eadem deferre vel obsignata transmittere Episcopo loci, cum expressa declaratione quod Revelationes ut supra receptæ non faciant aliquem probationis gradum etiam cujusvis longissimi temporis cursu, ut decrevit *Congreg. Rit. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto* 6. & refert etiam Novar. *Commentar.* 115. *num.* 18. *par.* 2. *pag.* 457.

1631. 21. Mar. —— Nonnulla Statuta à Congregationibus insimul unitis Lombardiæ & Tusciæ Monachorum Ordinis Cistercienſis edita pro felici statu & reformatione introducenda perpetuò approbat & confirmat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 155. *quæ incipit* In Sede. ¶ Notandum, quod cùm aliqua ex prædictis Statutis indiguissent explicatione, ad illorum declarationem devenit idem Pontifex anno 1634. 25. Jan. *ibid. Constitut.* 192. *quæ incipit* Alias à Nobis.

1631. 22. Mar. —— Minister Generalis de Observantia legitimè usus fuit & uti potuit titulo & Sigillo cum inscriptione Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum S. Fr̃anciſci, & ita servari mandavit *Congregat. Rit. apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1.

tom. 1. disput. 25. quæsito 8. num. 14. pag. mihi 396. & refert etiam Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Generalis, *sub num. 6. pag. mihi 261.*

1631. 28. Mar. —— Ecclesia Parochialis incorporata Monasterio, in illud transit Animarum ejusdem Parochiæ cum omnibus suis juribus, Anchar. *cons. 114. num. 2. & seq.* Seraph. *decis. 1009. num. 4.* Gregor. *decis. 304. num. 1.* inde sequitur, quod Monasterium tanquam Parochus ratione dictæ Curæ debeat indistinctè percipere omnes Decimas, *cap. cum contingat, cap. cùm in tua, de Decim. & in & in cap. fin. de Paroch.* Rebuff. *de Decim. qu. 7. num. 4. & 5.* Monet. *eod. tract. cap. 2. num. 2.* & ex eis dixit *Rota in Augustana Decimarum coram* Ubaldo, *dec. rec. par. 6. dec. 30. num. 1. & 2.* 2533

1631. 28. Mar. —— Vicarius per Monasterium ad exercendam Curam Animarum deputatus non habet auctoritatem transigendi super Decimis, in quibus nullum jus habet, cùm solùm ei sit debita sua Congrua à Monasterio, Jo. Andr. *in cap. exposuisti, num. 8. de Præben.* Felin. *in cap. postulasti, num. 1. vers. aut perceptio, de rescript.* nec Abbas potest præjudicare Monasterio, Vital. *in Clem. 1. num. 57. de offic. Vicar.* Seraph. *decis. 1278. num. 3.* & ex eis dixit *Rota in d. Augustana coram* eod. *ibid. num. 6. & seqq.* & refert etiam Murga *in tract. de Benefic. Eccles. qu. 4. num. 244. pag. mihi 649.* 2534

1631. 31. Mar. —— Constitutio Sixti Quinti (de qua supra, 1586. 5. Jan.) contra Astrologos judiciarios edita approbatur & confirmatur : Et insuper Ecclesiasticis Personis etiam cujusvis Ordinis & Instituti ac Militiarum Regularibus utriusque sexus Astrologiam hujusmodi profitentibus infliguntur pœnæ nedum Excommunicationis majoris latæ sententiæ, sed etiam privationis Monasteriorum, & Prioratuum ac Præceptoriarum atque inhabilitatis perpetuæ ad illa obtinenda, ita quod prævia illarum degradatione, Curiæ Sæculari tradantur puniendæ : Cognitionis autem Causarum hujusmodi Judi- 2535

Judices deputat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 114. quæ incipit* Inscrutabilis, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 12. Constit. 17. ejusd. Pontific pag. mihi* 396. Novar. *Comment. 15. num. 1. par. 2. pag.* 257. ac Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. num. 53. pag.* 157. ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra, 1633. 14. Apr.

1631. 2. Apr. —— Omnes & singuli Religiosi, qui ad Habitum Regularem aliàs canonicè recepti, annum Probationis in Monasteriis seu Domibus Regularibus ad id designatis minimè fecerunt, subindèque Professionem nihilominus emiserunt, ad Professionem denuò (servatis servandis) emittendam, absque novo Probationis anno, ex speciali Sedis Apostolicæ benignitate recipiantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constitut. 115. quæ incipit* Religiosos Viros, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 12. Constitut. 7. hujus Pontific. pag. mihi* 385. Tambyr. *de Jure Abbat. tom. 3. disput. 6. quæs. 7. num. 20. pag.* 103. ac Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. par. 1. tract. 8. quæst. 5. numer. 11.*

1631. 2. Apr. —— Omnes & singulæ licentiæ legendi & habendi Libros quoscunque ob hæresim vel falsi dogmatis suspicionem seu per Constitutiones Apostolicas etiam ratione Astrologiæ Judiciariæ vel aliàs quomodolibet prohibitos, quibuscunque Personis etiam cujusvis Ordinis Regularibus à quibusvis præterquam à se concessas revocat, & hujusmodi licentiis utentes incurrere pœnas in Sacris Canonibus & Constitutionibus Apostolicis ac Indicibus Librorum prohibitorum contentas declarat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 114. quæ incipit* Apostolatus, *& referunt etiam* Peytin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 12. Constit. 9. ejud. Pontific. pagin. mihi* 387. ac Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disputat. 15. quæsito 7. num. 54. pagin.* 166. ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis

gendis à Regularibus, prout infra 1633. 14. Aprilis.

1631. 5. Apr. —— Potest Episcopus visitare non 2538
solùm Ecclesiam Parochialem Monasterio unitam, cujus Cura geritur à Monacho, sed etiam Baptisterium & Tabernaculum ubi asseruatur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ut respondit *Congregat. Concil. in Curien. apud* Nicol. *in Flosc. verb.* Cura animarum, *num.* 13. & iterum *in Lucubrat. tomo 2. Canon. lib. 3. tit. 29. num. 7.*

1631. 5. Apr. —— Dictus Parochus Regularis cogi 2539
potest ire ad Processiones: & tenetur habitare in Domo Parochiali, non verò in Monasterio distante à Cura, cogique potest ab Episcopo, ut apud Ecclesiam Parochialem resideat: & idem tenetur interesse Capitulis annalibus Curatorum, ut respondit *Congregat. Concil. in d. Curien. apud* d. Nicol. *in dd. Flosc. ibid.* & quoad primam partem Decreti hoc etiam habet Pascucc. *in Compend. ad Constitut. Canonic. Jac. Pignatel. part. 2. tit.* de Processionibus, *pagin. mihi* 270. quoad verò secundam partem idem refert Barbosa *de potest. Parochi, par. 1. cap. 8. num. 39.* 2540

1631. 5. Apr. —— Curati & Sacerdotes sæculares deputati ad Curam in Ecclesiis Parochialibus subjectis Commendatario Ordinis Theutonici puniri possunt ab Ordinario, ut respondit *Congreg. Concil. in d. Curien. apud* d. Nicol. *ibidem*, ad præscriptum Concilii Tridentini *sess. 6. cap. 4. & sess. 25. cap. 6. de reform.* ut ait Barbosa *in Collect. ad d. Concil. sess. 6. cap. 4. num. 13.* ex Aldan. *in Compend. canon. resolut. lib. 1. tit. 7. num. 14.*

1631. 2. Maii —— Electores Abbatum legitimè vo- 2541
cati ab habente potestatem & nolentes comparere, faciunt se alienos ab illo actu, nec computantur in numero intervenientium in Capitulo, ut ex *cap. cùm nobis olim, de elect.* dixit *Rota in Argentina Coadjutoriæ coram* Ghisilerio, *apud* Tamburin. *de de Jure Abbat. tom. 1. disput. 5. quæsito 3. numer. 23.*

ubi

ubi *num.* 24. *ait quod* idem dicendum de eo, qui tempore electionis recedit à loco ubi est facienda electio, quia ejus voti non est habenda ratio, ex d. *cap. cùm nobis* : ac etiam de eo qui noluit votare, ex Gloss. *in Clem. quod circa, in verb. qua in facto, ante fin. vers. & in his etiam.*

1631. 2. Maii —— Actus probatur Capitulariter gestus ex attestatione Notarii Monachorum nomina recensendo, ut dixit *Rota in d. Argentina Coadjutoria coram* d. Ghisilerio, *apud* d. Tamburin. *de Jure Abbat. in fine 3. tom. dec. 31. num.* 8. ex aliis decis. 9. & 29. de procur. in antiq.

1631. 6. Maii —— Patres Dominicani sunt exempti à collectis impositis à Communitate tam de jure communi quàm ex Privilegiis Pontificiis, ut respondit *Congreg. de Immunit. Ecclesiast. in Firmana, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Regularis, *num.* 7.

1631. 7. Maii —— Laici Professi Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum utique possunt ac debent Novitiis etiam Clericis nondum Professis, in omnibus locis & actionibus tam publicis quàm privatis in dicta Religione præcedere: Quod Sacræ Regularium Congregationis Decretum approbat & confirmat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constitut.* 161. *quæ inquit* Nuper, & refert etiam Peyrin. *de Privileg. Regular. to.* 3. *Constit.* 9. *ejusd. Pontifice pag. mihi* 419.

1631. 16. Maii —— Minimorum Superiores sunt annales, & deinde vacant per alium annum : si verò concedatur eis aliqua prorogatio, sufficit, si vacent per illos menses qui intercedunt usque ad solitum Capitulum sive Dietam, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Superior, *num.* 2.

1631. 30. Maii. —— Ordinarius non debet propria auctoritate auferre Conventui Curam Animarum, etiam propter graves defectus in illa commissos à Religiosis ipsam exercentibus, ut rescripsit *Congregat.*

gat. Episcopor. & Regular. in una Barnabitar. apud d. Nicol. *in Flosc. verb.* Cura Animarum, *num.* 15. *ubi verb.* Conventus, *num.* 8. *ait, quod* propter delictum commissum à Regulari privato, non debet auferri Conventus in opprobrium totius Religionis, sed delinquens ipse severiùs puniri, ut respondit *ead. Congregat. in Tridentina* 1615. 4. *Maii.*

1631. 30. Maii. —— Facultas, quæ olim competebat Ordinariis vel Monasteriorum Superioribus transferendi Moniales de uno ad aliud Monasterium strictioris observantiæ vel ad Monasterii fundationem seu Monialium instructionem vel in aliis casibus à Jure aut à Concilio Tridentino permissis, est sublata per Constitutionem Pianam supra positam & editam anno 1569. 1. Februarii, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 3. tit. 31. num. 12. pag. mihi* 108. 2547

1631. 2. Jun. —— Beneficia Regularia existentia in Ecclesia Regulari exempta non spectant ad collationem Ordinarii, intra cujus Diœcesis fines consistunt, ut dixit *Rota in Cæsaraugustana Cameraria coram* Pirovano, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 3. in fine, decis. 77.* 2548

1631. 5. Jun. —— Fratribus Reformatis Discalceatis Ordinis Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum in Hispania conceditur, quod eleemosynas, oblationes, atque legata tam ex testamento quàm aliàs quomodolibet pro Redemptione Captivorum relicta, nec non alia quæcunque subsidia, in omnibus Civitatibus & Villis ac Castellis Regnorum Hispaniæ, & præcipuè Aragoniæ, Navarræ, Valentiæ, & Cathalauniæ quærere & petere ac recipere possint, dummodo tamen in quærendis & recipiendis eleemosynis prædictis nihil à præfatis Fratribus Discalceatis contra dispositionem Sacri Concilii Tridentini super prohibita eleemosynarum quæstuatione committatur: & ideo illos super præmissis à quoquam quovis prætextu impediri vel perturbari nullatenus posse, decernit *Urbanus* 2549

VIII. apud Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constitut.* 118 *quæ incipit* Ex incumbenti.

1631. 6. Jun. —— Pro Defunctis tumulatis in Regularium Ecclesiis non potest Parochus compellere illorum hæredes seu executores testamentorum ad celebrandum in Ecclesia Parochiali Divina Officia Novennalia, quæ jam in Ecclesia Regulari sunt celebrata, ut dixit *Rota in Elnen. Jurium Parochialium coram* Queipo, *apud* Murga *disquis. moral. tom.* 1. *in fine, decis.* 4.

1631. 27. Jun. —— Abbates Regulares habentes jus Baculum deferendi & Mitram, etiam postquàm Sacerdotalem Ordinem & munus Benedictionis susceperint, non possunt Tonsuram & minores Ordines conferre aliis Regularibus Dimissorias speciales suorum Superiorum & specialem licentiam Episcopi loci habentibus, nec etiam aliis Sæcularibus afferentibus Dimissorias Superiorum suorum, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Camplen.* & antea *in Eugubina* 1593. 3. *Nov. apud* Barbos. *in Collect. ad Concil. Trident. sess.* 23. *cap.* 10. *num.* 5.

1631. 28. Jun. —— Cùm Eques Hierosolymitanus sit verè Religiosus, ideo quidquid acquirit, acquirit Religioni, tam quoad dominium, Abb. Innoc. Jo: Andr. & communiter Canonistæ *in cap. in præsentia, de probat.* quàm etiam quoad possessionem, ex reg. text. *in l.* §. *etiam quærimus, ff. de acquir. possess.* Innoc. *in cap. cum olim, num.* 4. *de Privileg.* quod autem talis Professus sit verè Religiosus (quamvis Religiosi S. Jacobi de Spatha, & alii hujusmodi, qui de licentia Magni Magistri Matrimonium contrahere possunt, non sint verè Religiosi, ut plures apud Garz. *de Benefic. par.* 1. *cap.* 4 *num.* 15.) patet ex eo, quod emittit tria Vota substantialia Religionis, juxta text. *in cap. ad Monasterium,* §. *tales, de stat. Monach.* Gratian. *discept foren. cap.* 497. *num.* 24. *& seqq.* Religiosus autem professus nec transigere, nec aliter disponere potest de Bonis etiam Patrimonialibus, maximè in præjudicium Religionis,

Bald.

Bald. *in auth. ingressi, in 2. notab. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Ricc. *in Prax. de alien. rer. Eccleſ. deciſ. 46.* & quatenus tranſigat vel diſponat, eſt nihilominus Religio manutenenda, Bart. *in l. 1. §. ſi Vir Uxori, num. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.* Seraph. *deciſ. 1417. ſub nu. 4.* & ex eis dixit *Rota in Parmen. Bonorum coram* Durano, *apud* Poſthium *de manutenen. deciſ. 326. per tot. pag. mihi 267.*

1631. 2. Aug. —— Abbatibus titularibus habentibus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum uſu Mitræ & Baculi non licet deferre Mitram extra proprias eorum Eccleſias per Diœceſes Ordinariorum nec ſine nec cum eorum licentia, ſine ſpeciali indultu Sedis Apoſtolicæ, ut deciſum refert Barboſ. *in Collect. ad Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. num. 22.* ex Aldan. *in Compend. canonic. reſolut. lib. 1. tit. 8. num. 15.* 2553

1631. 22. Aug. —— Licèt inter Caſus à Regularium Superioribus reſervandos (de quibus ſupra, 1593. 26. Maii) non inſeruerit Clemens Octavus transgreſſionem Votorum, non tamen ſublata eſt Prælatis Regularibus hujuſmodi reſervatio, quam cœteroquin habent ex Regulæ diſpoſitione, ut cenſuit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 12. num. 7. pagin. mihi 373.* 255

1631. 13. Sept. —— Omnibus & ſingulis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccinorum Provinciis (excepta Romana) illarumque Superioribus interdicitur & prohibetur, ne deinceps aliquem vel aliquos dicti Ordinis Religioſos tam propriæ eorum quàm quarumvis aliarum Provinciarum hujuſmodi quavis cauſa etiam quantumvis legitima & à quocunque Capitulo Provinciali vel quovis alio Superiore approbata, ad Urbem Romam, niſi obtenta prius in ſcriptis à pro tempore exiſtentibus Cardinale ejuſdem Ordinis Protectore ſeu Miniſtro aut Vicario ſeu Procuratore Generalibus ad id auctoritatem habentibus licentia, mittere quoquo modo audeant ſeu præſumant, ſub Excommunica- 2555.

nis majoris latæ sententiæ tam quoad ipsas Provintias & earum Superiores mittentes quàm quoad Religiosos absque hujusmodi licentia accedentes, ac etiam quoad ipsos Religiosos privationis vocis activæ & passivæ per triennium & mancipationis Carceribus per annum per contrafacientes incurrendis pœnis. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 166. *quæ incipit* In specula.

1631. 5. Nov. —— Quævis generales Constitutiones Apostolicæ in concernentibus Fidem Catholicam & Sanctæ Inquisitionis Officium hactenus editæ, omnes & singulos quorumvis Ordinum vel Congregationum aut Societatum seu Institutorum Professores quomodolibet privilegiatos comprehendant: Ordinationes verò itidem Apostolicæ in posterum edendæ tam in favorem præfatæ Fidei Catholicæ & Sancti Officii Inquisitionis præfati quàm super quacunque alia re similiter comprehendant præfatos Professores, nisi in edendis hujusmodi Constitutionibus specialiter & expressè excipiantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 120. *quæ incipit* Cum sicut accepimus, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *cap.* 12. *Constit.* 10. *hujus Pontific. pag. mihi* 388. Passerin. *de elect. canon. cap.* 26. *numer.* 56. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 7. *num.* 53. *pag.* 168. ac Murga *disquis. moral. tom.* 2. *disquis.* 11. *num.* 180. *pag.* 457. ¶ Hæc Constitutio est una ex legendis à Regularibus, prout infra 1633. 14. Apr.

1631. 6. Dec. —— Abbas licèt exemptus & habens privilegium usus Pontificalium, non potest illis uti extra Monasterium, nisi de licentia Ordinarii: nec etiam in locis sibi pleno jure subjectis aut de Jurepatronatus potest consecrare Calices vel Patenas aut similia, in quibus requiritur Sacra Unctio, nisi hoc habeat in specie sibi concessum à Sede Apostolica: Debet autem recipere Benedictionem ab Episcopo, non autem ab aliis Abbatibus semel benedictis, ut scripsit *Congregat. Rit. in Cameracen.* par-

tim

tim apud Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic. post Const.* 12. *num.* 10. *pag. mihi* 333, & iterum *post Constit.* 16. §. 7. *num.* 52. *pag.* 378. partim verò apud Barbos. *in Sum. Apostolic. Decis. Collect.* 1. *num.* 8. & 13. ac apud Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom.* 3. *pag.* 334. *num.* 42.

1631. 10. Dec. —— Prælatus nomine Ecclesiæ vel Prælaturæ potest agere tam in petitorio quàm in possessorio, nedum recuperandæ sed etiam retinendæ, *cap. litteræ, de dilat. cap. olim primo & tertio, de restit. spoliat.* Abb. *in cap. cum super, num.* 19. 20. & 21. *de caus. possess. & propriet.* etiam quod ipse Prælatus fecerit inutilem contractum, & habuerit se pro spoliato, quia cùm ex inutili contractu facto per Prælatum possessio non transferatur, Bart. *in l. prima, §. si Vir Uxori, num.* 3. Jason. *numer.* 28. Bolognet, *numer.* 64. *ff. de acquir. possess.* nomine Prælaturæ vel Ecclesiæ potest petere manutentionem, Verall. *decis.* 182. *num.* 9. *par.* 3. Prælatura namque & Ecclesia, prout Pupillus, sunt tales ut non possint perdere possessionem, Bart. *loc. cit.* & ex eis dixit *Rota in Colimbrien. Præstimoniorum coram* Dunozetto, *decis. recent. par.* 6. *decis.* 78. *num.* 2. *& seqq.* 2558

1631. 10. Dec. —— Possessio Bonorum Ecclesiæ est penes ipsam Ecclesiam & Prælaturam, non simpliciter penes Prælatum, DD. *in l.* 1. *in fin. ff. de acquir. possess.* Alex. *cons.* 81. *numer.* 17. *vol.* 3. Paris. *cons.* 24. *num.* 5. *vol.* 1. & respectu civilis possessionis conclusio est sine contradictore, Bolognet. *in d. l.* 1. *numer.* 324. *vers. in Prælato*, mortuo autem Prælato, penes Ecclesiam remanet possessio civilis & considerabilis: Prælatus verò, quando nulliter alienat, etiam quod habeat se pro spoliato, potest agere nomine Ecclesiæ ad manutentionem pro civili, quæ remanet penes Ecclesiam, & potest expellere occupatorem & ex vi possessionis civilis recuperare naturalem, ut dixit *Rota in d. Colimbrien. coram* eod. *ibid. num.* 8. 9. *&c.* 2559

1631. 20. Dec. —— Deputatio Prædicatoris Regularis 2560

ris in Ecclesia ejusdem Ordinis non spectat ad Episcopum, ut declaravit *Congregat. Concil. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consultat. Canonic. Jac. Pignatell. par.* 1. *tit.* de Concionatoribus, *pag. mihi* 180. & refert etiam Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 31. *num.* 6. *circa finem.*

1631. 20. Dec. —— Omnes & singulas facultates & licentias ac gratias quascunque per Summos Pontifices vivæ Vocis Oraculo & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium quorumcunque manu firmatas, quibuscunque Generalibus & Provincialibus ac cæteris Superioribus & Personis cujuscunque Ordinis Regularibus vel etiam ipsis Ordinibus & ad quorumcunque instantiam quomodolibet concessas, revocat & annullat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 121. *quæ incipit* Aliàs, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *capit.* 12. *Constit.* 18. *ejusd. Pontific. pag. mihi* 397. Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 15. *quæsito* 7. *num.* 3. ac Lezana *in Sum. Quæst. Regular. tom.* 4. *verb.* Oracula vivæ vocis, *sub numer.* 3. *pag.* 460.

1631. 20. Dec. —— Potest Episcopus, deputare Confessarium extraordinarium Monialibus Regularium curæ subjectis ex aliqua legitima causa, & alterius Ordinis, vel Sacerdotem sæcularem idoneum, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Cameracen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 15. *form.* 15. *num.* 8. *pag. mihi* 259.

1632. 24. Jan. —— Monialium Regularibus subjectarum Superiores, subscribentes post Episcopum vel ejus Vicarium licentias eorum qui ad Collocutoria accedunt vel Clausuram ingrediuntur, non possunt quid excludere aut addere vel adimere ex illis, quæ Episcopus ipse aut Vicarius pro cura & bono regimine Clausuræ in licentiis præscribit & apponit, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Viterbien. apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 21.

1632. 26. Jan. —— Ingressus in Religionem pertinet

net ad minimam capitis diminutionem, ut dixit *Rota in Bononien. Fideicommissi coram* Verospio, *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 16. *nu.* 1. *pag. mihi* 56. ubi ad rei intelligentiam ait, quod pro capite intelligitur status hominis, & pro minima diminutione intelligitur retentio libertatis & Civitatis, mutata tantùm familia.

1632. 26. Jan. —— Monasterium admittitur ad succedendum in Fideicommisso ex persona sui Monachi ad usumfructum, vivente Monacho, ut dixit *Rota in d. Bononien. coram* eod. *apud* d. Nicol. *in dd. Lucubrat. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 23. *num.* 18. *pag. mihi* 138. & habetur etiam in *decis. recentior. par.* 12. *decis.* 433. *& seq.* ubi pulchræ & valde curiosæ quæstiones quoad hoc ventilantur. 2565

1632. 6. Febr. —— Religiosis, qui non promittunt stabilitatem in loco sed clausuram observant, ex obedientia à Superiore injuncta variis de causis permittitur transitus de uno loco ad alium, Navarr. *de Regular. comm.* 4. *num.* 30. *& seqq.* & tantò magis exercent officia promptæ obedientiæ, quò pluribus successivè Superioribus in diversis locis coguntur obedire, per ea quæ tradit Azor. *instit. moral. lib.* 12. *cap.* 13. *quæst.* 3. *in fin.* ut dixit *Rota in Tullen. Reformationis coram* Motmanno, *decis. recent. part.* 6. *decis.* 95. *num.* 10. *&* 11. 2566

1632. 10. Febr. —— Equites Militiæ CHRISTI gaudent exemptionibus expressis in eorum Privilegiis & à Sede Apostolica confirmatis, ut declaravit *Congregat. Immunit. in Reatina*: nec non & privilegio fori, prout respondit *ead. Congregat. in Assisien.* 1640. 28. *Febr.* in eorum autem erectione non requiritur Exequatur Regium, sed sufficit Auctoritas Apostolica, ut rescripsit *ead. Congregat. in Salernitana* 1627. 11. *Jun. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 1. *tit.* de Equitibus, *pag. mihi* 278. 2567

1632. 9. Mar. —— Regularis captus in loco immuni pro delicto non excepto in Bulla Gregorii Deci- 2568

miquarti gaudere debet Immunitate Ecclesiastica, ut censuit *Congregat. Immunit. Eccles. in Fulginaten. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Regularis delinquens, *num.* 3.

1632. 10. Mar. —— Magistro Generali pro tempore existenti & cœteris Superioribus Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum inhibetur, ne de cœtero inconsulta Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione & sine expressa illius approbatione Fratribus ipsius Ordinis Laicis seu Conversis licentiam transeundi à statu laicali ad Clericalem, seu de se promoveri faciendo ad minores ac Sacros Ordines ullo modo concedant, alioquin Magistri Generales ac Superiores præfati contrafacientes eo ipso pœnas incurrant Excommunicationis nec non vocis activæ & passivæ ac officiorum obtentorum privationis & perpetuæ inhabilitatis ad alia obtinenda: Laici verò & Conversi, qui cum licentia hujusmodi vel aliter absque speciali ipsius Congregationis approbatione ad statum Clericalem prædictum transierint vel minores ac Sacros Ordines susceperint, à susceptis Ordinibus sint in perpetuum suspensi, ac Laicorum seu Conversorum Habitum deferre omnino cogantur, aliisque pœnis mulctentur arbitrio Superiorum, absque spe dispensationis in præmissis obtinendæ. *Urbanus VIII. apud* Cherubin *in Bullar. Rom. tom.* 5. *Constit.* 174. *quæ incipit* Exponi.

1632. 13. Mar. —— Abbates, Priores, Guardiani, & alii Religionum Prælati, etiam ex Societate JESU, habentes privilegia benedicendi Vestes Sacras & Cœmeteria ac similia, dicto privilegio uti non possunt, nisi in his rebus in quibus Sacra Unctio non adhibetur, & pro servitio dumtaxat Monasteriorum & propriarum Ecclesiarum, ut decrevit *Congregat. Rit. in Cameracen. apud* Barbos. *in Collect.* 1. *Sum. Apostol. Decis. numer.* 14. & ex eo Murga *in Commentar. ad Constit. Apostolic post Constit.* 4. §. 2. *num.* 7. *pag. mihi* 33. & refert etiam Lezana *in Sum.*

in Summa Quæst. Regul. tom. 3. verb. Altare, *sub numer. 3. pag. 33.*

1632. 3. Apr. —— Collegia Societatis JESU gaudent exemptione Ecclesiastica quoad omnia, prout declaravit *Congregatio Immunit. Ecclesiast. in Cathanien. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Collegium, *num.* 2. 2571

1632. 27. Apr. —— Regularis committens homicidium de nocte in personam sui Superioris unà cum tribus Laicis & aliis circumstantiis enormibus, tradendus est Curiæ Sæculari, si non est in Sacris Ordinibus constitutus: secus verò si sit constitutus in Sacris, ut respondit *Congregat. Immunit. Eccles. in una Siciliæ, apud* d. Riccium *in d. Synopsi Decretor. verb.* Regularis delinquens, *num.* 7. 2572

1632. 30. Apr. —— Constitutio Gregoriana (de qua supra, 1577. 21. Jan.) disponens, quod omnia Jura & Bona Religiosi decedentis extra Claustra transeant in Cameram Apostolicam, non aufert jus ante ingressum Monasterii acquisitum, sed tantummodò defert eidem Cameræ quod acquiritur per Religiosum de tempore quo vivit extra Claustra, etiam ex causa testatæ vel intestatæ successionis, ut dixit *Rota in Civitatis Castelli supplementi Legitimæ coram* Pirovano, *decis. recent. par. 6. decis. 121. num. 18. & 19.* 2573

1632. 15. Maii. —— Cùm de jure ad Parochos spectet facere quascunque Processiones intra limites suarum Parochialium privativè quoad omnes etiam Regulares qui nequeunt eas facere sine Parochorum licentia, ideo Regulares prohibere non possunt Parochis celebrationem Processionis die Dominico infra Octavam Corporis Christi vel alio die, nihil refragrantibus Constitutionibus B. Pii Quinti & Clementis Octavi pro Dominicanis, nam illæ non comprehendunt Parochos nec tollunt eorum Jura, cùm non fuerit eis derogatum, & propterea censentur sine præjudicio Juris Parochialis: neque ex eis Regulares possunt impedire illorum 2574

rum Processiones die Dominico infra dictam Octavam, ut declaravit *Congregat. Rit. in Materanen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Processionibus, *pag. mihi* 273.

1632. 18. Jun. —— Revocatur & tollitur suspensio, per quam Priori Carthusiensi Monasterii S. Stephani de Buscho prohibitum fuit anno præcedenti 1631. 21. Februarii concedere litteras dimissoriales ad Ordines Subditis propriis sæcularibus, prout revocat & tollit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disput. 2. quæsito 26. num. 3. pag. mihi* 33.

1632. 28. Jun. —— Abbates & Prælati Locales, qui per electionem Conventuum non creantur sed à Generali unà cum Definitorio providentur, non indigent confirmatione, quia quando ad eligentem spectat electio, & confirmatio eodem jure, puta, quod alicui concessum sit ut eligat & confirmet, tunc eo ipso quod eligit, confirmare videtur. & hoc procedit, etiamsi jure devoluto Superior electionem faceret, ut dixit *Rota in Novarien. Præposituræ coram* Verospio, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 6. quæsito 2. numer. 4. & 5. pagin. mihi* 62.

1632. 3. Jul. —— Superior unius Religionis extra Ecclesias sui Ordinis non potest approbare Regulares alterius Religionis pro audiendis Confessionibus suorum Subditorum, ut declaravit *Congregatio Concil. apud* Nicol. *in Lucubrationibus, tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 38. de pœnit. & remiss. numer. 10. vers.* Amplia I.

1632. 31. Jul. —— Ad tollendas discordias inter Fratres Capuccinos Ordinis Minorum S. Francisci & Fratres ejusdem Ordinis Strictioris Observantiæ Recollectos Galliæ ortas, per sententiam diffinitivam declaratur, prædictos Fratres Recollectos teneri & obligatos esse ad deponendum Caputium quod deferunt acuminatum, & omnes eamdem Religionem ingressuros similiter teneri & obligatos

tos esse ad deferendum Caputium rotundum formæ & qualitatis ad hunc effectum designatæ, videlicet Caputium rotundum cum Mozzetta largiori illi unita & annexa, quod in majori latitudine suæ rotunditatis à parte anteriori ad posteriorem intra sinciput, & occiput non sit largius duarum quindecimarum portionum minoris & extremæ suæ latitudinis, quæ erit ab anteriori ad posteriorem partem intra guttur & collum ejusdem Caputii: Quam sententiam à Judice Commissario Apostolico latam approbat, & ab omnibus & singulis Fratribus Recollectis prædictis sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna ac privationis vocis activæ & passivæ ac etiam carcerationis, ab illorum verò Superioribus sub privationis Officiorum obtentorum & inhabilitatis ad illa & alia obtinenda pœnis observari mandat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 125. quæ incipit* Alias. ¶ Vide supra, 1624. 10. Jan. & 31. Mar.

1632. 17. Aug. —— Regulares, quorum omnia Monasteria sunt destructa, promoveri non possunt ad titulum Paupertatis, licèt sint Subdiaconi vel Diaconi, prout declaravit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Ordo, *num.* 28. *pagin. mihi* 354. 2579

1632. 24. Aug. —— Licèt in Constitutionibus Religionis SS. TRINITATIS de Redemptione Captivorum habeatur Constitutio confirmata auctoritate Apostolica ante & post Concilium Tridentinum, quod in Religione aliquis non recipiatur antequam annum vigesimum videatur expleviſse, validæ tamen sunt Professiones etiam in dicta Religione emissæ post decimum sextum annum, juxta dispositionem dicti Concilii, ut resolvit *Congregat. Concil.* & antea anno 1631. 2. *Aug. apud* Barbos. *de potest. Episc. par. 3. allegat. 101. nu. 15.* 2580

1632. 15. Sept. —— Licet Abbatibus Camaldulensibus Ordinis S. Benedicti solemniter in tribus tantùm Anni Festivitatibus celebrantibus uti Baldachino, 2581

no, sine auro tamen & pompâ: nec non assistentia unius Presbyteri & duorum Diaconorum ac aliorum sex ad summum Monachorum sacris indumentis coloris Solemnitati convenientis paratorum, ultra Diaconum & Subdiaconum qui in Missa cantaturi sunt Euangelium & Epistolam: ita ut iidem Abbates nullo modo teneant Sedem Abbatialem fixam & permanentem propè Altare, ut Sedes Episcopalis retineri consuevit: sed eorum Sedes retineatur in Ecclesia iis tantummodo diebus, quibus solemniter celebratur: & dicti sex Monachi ut supra parati, non in Sedibus Choralibus, sed super scabellis sedeant in situ congruo tunc appositis & panno laneo coopertis: Quod Sacræ Rituum Congregationis Decretum approbat & confirmat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constitut. 126. quæ incipit* Nuper, *& refert etiam* Tambur. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 21. quæsito 10. nu.* 10. ¶ Vide infra, 1659. 27. Sept.

1632. 26. Sept. —— Vacationem biennalem ab Officio Diffinitoriatus Congregationis Casinensis aliàs indictam, pro duobus successivè Capitulis generalibus, non autem pro tempore naturali duorum annorum intelligi debere declarat *Urbanus VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut. 494. quæ incipit* Aliàs.

1632. 9. Nov. —— Regulares non tenentur ad onera & impositiones ac collectas pro Bonis acquisitis, nisi juxta Decisionem in Brundusina coram Penia, & Decretum editum anno 1600. sub Clemente Octavo, ut declaravit *Congregat. Immunit. Eccles. in una Status Ecclesiastici*, & antea *in altera Montis Alti anno 1629. 29. Maii, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Regularis, *numer. 2.*

1632. 13. Nov. —— Legitimè Professi non possunt è Religione ejici, nisi postquam per annum integrum in carceribus & jejunio ac pœnitentia detenti & probati fuerint, & eo elapso non resipuerint, sed animo

animo indurato in sua pervicacia perseveraverint, & fugientes è carceribus etiam pro hujusmodi fugæ delicto sunt puniendi & possunt ferrea custodia in carceribus detineri: Discreti autem & Commissi Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula legitimè impediti non possunt constituere Vicarium vel Procuratorem cum Generali mandato ad eligendum, nisi ex Institutis & Decretis suæ Religionis hoc eis sit permissum, ut respondit *Congregat. Concil. ad I. & II. apud* Peyrin: *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto* 1.

1632. 1. Dec. —— Omnibus & singulis Fratribus Carmelitis Calceatis de Observantia in Belgio existentibus præcipitur sub Excommunicationis majoris latæ sententiæ ac privationis vocis activæ & passivæ, & quoad illorum Superiores etiam suspensionis ab Officiis per eos obtentis eo ipso incurrendis pœnis, ut Habitum Regularem uniformem & per eos antea susceptum juxta Congregationis eorundem Carmelitarum Calceatorum de Observantia communia Statuta deferant, nec illum ullo unquam tempore mutare audeant vel præsumant absque speciali Sanctæ Sedis licentia, neque se Carmelitas Reformatos Sanctæ Theresiæ vel Beatæ Theresiæ nominent vel subscribant. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constitut.* 127. *qua incipit* Romanus. 2589

1632. 11. Dec. —— Reformationem in Domibus Regularibus de Provincia Austriæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuper introductam, cum iisdem Privilegiis quibus similis Reformationis introductio in Provinciis Bavariæ & Tyrolis aliàs Apostolica auctoritate confirmata fuit, approbat & confirmat ac illi inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit ac defectus supplet. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Roman. tom.* 4. *Constitut.* 181. *qua incipit* In Apostolicæ ¶ Vide infra, 1659. 18. Martii. 2586

20. Dec.

1632. 20. Dec. —— Jura Monasterii per cessionem auctoritate Superioris confirmatam transferuntur in cessionarios, §. *si quis autem*, & §. *si verò relinquens Monasterium*, Auth. *de Monach.* Castrens. *in l. 1. inter antiq. C. de usufr.* Lap. *alleg. 61. num. 6.* Speculat. *in tit. de Stat. Monach. vers. sextò quæritur, numer. 11.* & ex eis dixit *Rota in Tullen. Reformationis coram* Verospio, *apud* Tamburin. *de Jure Abbatiss. in fine Operis, dec. 23. nu. 2.*

1632. 22. Dec. —— Congregatio Clericorum Regularium de Somascha aliàs S. Majoli Papiensis in Orphanotrophiis, Seminariis, Academiis, & Convictorum Collegiis etiam non propriis, sed sub ejus curà existentibus possit Oratoria privata habere: Ipsius quoque Congregationis Presbyteri valeant in eis Sacrosanctum Missæ Sacrificium in Personarum in dictis locis degentium & commorantium præsentia, tam intra quàm extra tempus Paschatis Resurrectionis Dominicæ Festivitatis, celebrare, prout indulget *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tomo 5. Constit. 180. quæ incipit* Aliàs, *& habetur etiam in Libro Privileg. d. Relig. pag. mihi 159.*

1633. 8. Jan. —— Curati Regulares amovibiles tenentur ad Synodum accedere, cujusvis Ordinis sint, etiam Societatis JESU, quoties inserviunt Parochialibus unitis eorum Collegiis, ut respondit *Congregat. Concil. in Osnaburgen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. part. 2. titul. 13. formul. 1. numer. 88.*

1633. 15. Jan. —— Licet Prælatis Congregationis Canonicorum Regularium Lateranensium habentibus usum Mitræ & Baculi, ac solemniter in tribus tantùm anni Festivitatibus celebrantibus uti Baldachino, sine auro tamen & pompâ: necnon assistentia unius Presbyteri & duorum Diaconorum ac aliorum sex ad summum Canonicorum dictæ Congregationis Sacris indumentis coloris Solemnitati convenientis paratorum, ultra Diaconum & Subdiaconum qui in Missa cantaturi sunt Euangelium & Epis-

& Epistolam; ita ut iidem Prælati nullo modo teneant Sedem Abbatialem fixam & permanentem prope Altare, ut Sedes Episcopalis retineri solet: sed eorum Sedes retineatur in Ecclesia iis tantummodo diebus, quibus solemniter celebratur: & dicti sex Canonici ut supra parati, non in Sedibus Choralibus, sed super scabellis sedeant in situ congruo tunc appositis & panno laneo coopertis, ut Concedit *Congregat. Rit. apud* Peyrin. *de Privileg. Regul. in fine Operis, Decreto* 8. & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 1. *disput.* 21. *quæsito* 10. *num.* 10.

¶ Vide infra 1659. 27. Sept.

1633. 19. Jan. —— Abbati licet donationem suo Monasterio factam pro libito ratificare, vel irritam reddere, ut inquit Less. *de just. & jur. lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 8. *num.* 62. *in fin.* post Navarr. quem allegat *in Comment. de reg. jur. num.* 3. donatio autem facta Monasterio impugnari non potest ex defectu expressæ ratificationis capitularis, quando donanti nullum fuit exinde illatum damnum, Bald. *consil.* 127. *lib.* 1. Surd. *decis.* 265. *numer.* 39. Gregor. XV. *decis.* 347. *n.* 11. & ex eis dixit *Rot. in Tusculana Donationis coram* Motmanno, *apud* Tamburin. *de Jure Abbatissar. in fine Operis, decision.* 28. *num.* 7. & 11. 2591

1633. 29. Jan. —— Regulares quoquo modo exempti, qui ob delictum in Excommunicationem incidunt, possunt ab Ordinario denunciari excommunicati, ad hoc ut ab aliis evitentur, ut respondit *Congregat. Concil. in Limana, apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canon. Jac. Pignatel. par.* 1. *titul.* de Equitibus, *pag. mihi* 270. & *refert etiam* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 3. *tit.* 1. *formul.* 45. *num.* 21. *pag.* 164. 2592

1633. 29. Jan. —— Moniales Regularibus subjectæ, alloquentes cum Regularibus etiam ejusdem Ordinis sed licentiam legitimam non habentibus, incurrunt pœnas & Censuras à Conciliis Provincialibus vel Edictis Episcopalibus in similibus appositas, ut 2593

decla-

declaravit *Congregat. Concil. in Verulana, apud* Tamburin. *de Jure Abbatiſſar. diſput. 25. quæſito 8. ad IX. pag. mihi 163.* & referunt etiam Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 102. num. 84.* ac Paſcucc. *in Compend. ad Conſult. Canon. Jac. Pignatel. par. 2. tit.* de Monialibus, *pag. 79.*

1633. 29. Jan. —— Regulares debent eligere Conſervatores in ſingulis Diœceſibus, in quibus Monaſteria aut Conventus ſeu Domos Regulares habent, ut cenſuit *Congregat. Concil. in Lancianen. apud* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 106. num. 8.* & iterum *in Tractat. de Canonic. & Dignitatib. cap. 19. numer. 4.*

1633. 7. Febr. —— Excommunicari poſſunt Regulares per Epiſcopos locorum Ordinarios in caſibus, in quibus ſubſunt, ſi contra faciant, ut reſcripſit *Congregat. Concil. in Neobien. apud* Barboſ. *in Summ. Apoſtolicar. Deciſ. verb.* Excommunicare, *num. 3.* ex Joan. Maria Novarr. *in Lucer. Regular. ſub eodem verb. num. 1.*

1633. 13. Feb. ——Semotis à Monaſterio & Eccleſia Monaſteriorum S. Claræ & S. Mariæ Magdalenæ Civitatis Neapolitanæ Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia S. Franciſci, eorum loco pro hujuſmodi Eccleſiarum ſervitio ac Monialium cura ſpirituali introducuntur Religioſi Profeſſores dicti Ordinis ex Reformatis nuncupatis Provinciarum Romanæ & Siciliæ & ultra Pharum atque Mediolanenſis, iique ſeu aliqui ex ipſis ſingulo ſaltem triennio mutentur, poſtquam ab Ordinario pro tempore examinati & approbati fuerint & non aliter, reſervata Archiepiſcopo Neapolitano pro tempore exiſtenti juriſdictione ſuper hujuſmodi Monaſteriis curæ Regularium commiſsis. *Urbanus VIII. in Bull. Rom. tom. 5. Conſtit. 183. qua incipit* Ex dignis.

1633. 14. Febr. —— Quando Teſtator uſus eſt verbis denotantibus veram filiationem & non fictam, tunc loco Filii non venit Monaſterium, quod ſolùm dicitur Filius per fictionem, Peregr. *de Fideicomm. art. 28.*

art. 28. *num.* 78. *& seqq.* Rustic. *in l. cum avo, lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 44. *& seqq. ff. de cond. & demonstrat.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *numer.* 6. Covar. *variar. resolut. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 6. cùm verè & naturaliter non possit dici Filius ex suo corpore natus, nec Filius legitimus & naturalis, & verba Testatoris sunt intelligenda verè & naturaliter, non autem fictè, *l. fideicommissum, ff. de condit. & demonstr.* ut dixit *Rota in Spoletana Fideicommissi coram* Ghisilerio, *decis. recent. par.* 6. *decis.* 179. *num.* 16. *& seqq.*

1633. 19. Febr. —— Vicarius Capitularis non potest concedere licentiam erigendi nova Monasteria, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Pellegrin. *in Prax. Vicarior. par.* 1. *sect.* 4. *subsect.* 4. *num.* 12. & referunt etiam Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 28. *de Vicar. Capitul. nu.* 22. ac Murga *in Comment. ad Constit. Apostol. post Constit.* 13. *num.* 8. *pagin.* 338. 2597

1633. 22. Febr. —— Omnibus & singulis Religionum cujuscunque Ordinis aut Instituti etiam Societatis JESU Magistris vel Ministris seu Prioribus Generalibus aut aliis Ordinum Capitibus pro tempore existentibus conceditur, ut (cùm eis expedire visum fuerit) quoslibet suarum Religionum & Ordinum ac Instituti Religiosos, quos idoneos esse ad Missiones judicaverint, ad Insulas Japonicas & Provincias ac Regiones & Regna Indiæ Orientalis etiam per alias vias quàm per Lusitaniam mittere possint & valeant, servata tamen in reliquis Litterarum Clementinarum (de quibus supra, 1600. 12. Dec.) forma in omnibus & per omnia & non aliter; & quicunque Ecclesiastici & Religiosi cujuscunque Ordinis tam non Mendicantium quàm Mendicantium etiam Societatis JESU impedientes Religiosorum mittendorum accessum ad prædicta loca innodantur vinculo Excommunicationis latæ sententiæ; Religiosi autem mittendi & missi in docendo Populos omninò adhibeant Catechismum Roma- 2598

num & Doctrinam Christianam Cardinalis Bellarmini: Christiani verò in illis Provinciis existentes valeant à Sacerdotibus per suos Generales illuc missis & mittendis Sacramenta etiam Parochialia (Ordinem tamen Episcopalem non requirentia) suscipere, durante præsenti eorum statu. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4 Constit. 128. quæ incipit* Ex debito, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disputat. 5. quæsito 6. num. 9. pag. mihi 46.*

1633. 22. Febr. —— Prædicti Religiosi ad Insulas Japonicas & Provincias Indiæ Orientalis mittendi & missi, Mercaturam quamcumque nullo prætextu exerceant sub Excommunicationis latæ sententia pœna ipso facto incurrenda, ac privationis vocis activæ, & passivæ ac officiorum & graduum quorumcunque, etiam inhabilitatis ad ea, & insuper amissionis mercium & lucrorum ex eis factorum: quæ omnia à Superioribus Religiosorum reservanda erunt ad usum Missionum in dictis locis & non in alios usus, sublata eisdem Superioribus facultate hujusmodi delinquentibus aliquid ex dictis mercibus & lucris quantumvis minimum remittendi aut condonandi: Quod si fortè aliquæ controversiæ inter Religiosos dictarum Religionum oriantur, Episcopi locorum prædictorum pro tempore existentes tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, illas decidant & terminent: si verò graviora quædam negotia occurrerint, ea ad Romanum Pontificem quantocitius ab eisdem Episcopis referantur, ut quod in illis decerni debeat, provideri possit. *Urbanus VIII. apud* eosdem, *ibidem* ¶ Quoad Mercaturam idem statuit & additis pœnis confirmat Clemens IX. anno 1669. 17. Jun. *in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 35. quæ incipit* Solicitudo.

1633. 15. Mar. —— Designatio Novitiatuum factâ à Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini de Congregatione Lombardiæ approbatur & confirmatur, dummodo tamen in Novitiatibus hujusmodi re-

di recipiantur Novitii ad præscriptum Constitutionum Apostolicarum & aliorum Decretorum ad hanc rem editorum, prout approbat & confirmat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 129. qua incipit* Expositum, *& refert etiam* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 2. disputat. 24. quæsito 4. num. 45. pag. mihi* 318. ¶ Similem Novitiatuum deputationem factam à Fratribus Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula antea approbavit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. c. 12. post Constit. 7. Urbanus VIII. nu. 2. pag.* 386.

1633. 18. Mar. —— Abbas Monasterii S. Spiritus de Murrone Ordinis Cœlestinorum, Ordinarius Terræ Prætularum, potest ad Curam Animarum in Ecclesia S. Liberatæ de eadem Terra plures Monachos deputare: & Sacerdotes sæculares á celebratione Missarum in dicta Ecclesia non debent arceri, &c. prout censuit *Congreg. Episcopor. & Regular. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Const. 584. qua incipit* In controversia. 2601

1633. 8. Apr. —— Nullus Abbas fabricare valeat sine licentia Generalis & Visitatorum in scriptis, quam concedere nequeant, nisi Monasterium illud solverit omnes taxas decursas, & remaneat quantitas sufficiens pro futuris, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Camaldulensium, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Fabrica, *numer. 6.* 2602

1633. 14. Apr. —— Omnes Superiores cujusvis Ordinis teneantur sub pœna privationis Officii ac vocis activæ & passivæ ipso facto incurrenda ac aliis arbitrio Papæ infligendis in perpetuum, semel saltem in Anno, idest Feria sexta post Octavam Assumptionis Beatæ MARIÆ Virginis in publica Mensa vel in Capitulo ad hoc specialiter convocato, & insuper in quocunque Generali ac Provinciali Capitulo seu Conventu aut Dieta vel alio quovis Capitulari Congressu, suos Subditos ac Religiosos 2603

giosos commonere de injuncta omnibus observantia & executione nonnullarum Constitutionum Apostolicarum, de quibus in Elencho rerum omnium hujus Libri, sub verbo *Constitutiones Urbanæ à Regularibus legendæ*: Et insuper iidem Superiores teneantur curare & efficere, ut hujus Decreti exempla aliquo in loco apud eos publico affigantur & affixa conserventur, ita ut ab eisdem subditis Religiosis omnibus videri ac legi commodè queant. *Urbanus VIII. in Congreg. Inquisit. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 192. quæ incipit* Sanctissimus, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regul. tom. 3. cap. 12. Constit. 13. eiusd. Pontific. pag. mihi* 392. Lezana *in Summ. quæst. Regular. cap. 18. numer. 100.* Barbosa *de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag. 80.* Tamburin. *de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæsito 7. n. 54. pag. 148.* ¶ Vide infra, 1638. 11. Febr.

1633. 19. Apr. —— Congregationem Eremitarum Camaldulensium Galliæ à Venerabili Patre Bonifacio de Antonio anno *1626.* institutam approbat *Urbanus VIII. apud* Petra *in Comment. ad Constitut. Apostolic. tom. 1. Constitut. unic. Alexandri II. num. 26.* ubi *nu. 28. ait, quod* ex hac Camaldulensium Religione exierunt celeberrimi Scriptores Gratianus Clusinus Decreti Collector, Gregorius Nonus Pontifex Decretalium Compilator, & Abbas Panormitanus Decretalium Commentator.

1633. 25. Apr. —— Episcopus potèst præcipere & procedere contra Regulares ex delegatione particulari habita vi litterarum ejectionis à Sacra *Congregat. Immunit. Eccles. In Ortonen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Regularis delinquens, *num. 25.*

1633. 2. Maii —— Abbas habet præsumptum mandatum à suo Monasterio, cui præest, *cap. 2. de donat. cap. edoceri*, cum ibi notat. *de rescript.* Abb. *in cap. ea nascitur, de iis quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit. num. 8.* Novar. *cons. 1. eod. tit.* ita ut onus contrarium probandi, quod aliquid factum fuerit à solo

solo Abbate sine consensu suorum Monachorum, ad ipsos Monachos spectat, *d. cap. ea noscitur*, & ibi Gloss. *de iis quæ fiunt à Prælat. sine Consen. Capit.* Innoc. *num.* 2. Jo: Andr. *num.* 7. Compostell. *in cap. cum dilectus, de consuetud.* Feder. *de Sen. consil.* 259. *num.* 2. & ex eis dixit *Rota in Tullen. Reformationis Prämonstraten. coram* Verospio Jun. *decis. recent. part.* 5. *tom.* 2. *decis.* 525. *num.* 6. & 7. & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbatissar. in fine Operis, decision.* 24.

1633. 2. Maii. —— Monachi residere debent in suis Beneficiis, juxta dispositionem *cap. quod Dei timore, de stat. Monach.* Monachus autem non potest retinere & habere jura in duobus Monasteriis, *cap si quis translatus* 22. *qu.* 1. *cap. ult. de relig. domiö.* Glos. *in cap. Constitutus, in verb. vocem, de elect.* & ex eis dixit *Rota in d. Tullen. Reformationis coram eodem, ibidem.* 2604

1633. 30. Maii —— Rectoribus & Confessariis Collegiorum & Locorum sub cura & disciplina Clericorum Regularium Congregationis de Somascha pro tempore existentibus conceditur, ut Collegiales seu Alumnos Collegiorum & Locorum hujusmodi, quoties casus evenerit, à quibusvis Censuris & pœnis Ecclesiasticis per eos ob injectionem manuum in Clericos inibi existentes vel leve vulnus inflictum incursis, imposita illis eorundem Reatorum & Confessariorum arbitrio pœnitentia salutari, in foro Conscientiæ dumtaxat absolvere possint, prout concedit *Urbanus VIII. in Constitut. quæ incipit* Aliàs, *in Libro Privilegior. hujus Relig. pag. mihi* 162. 2607

1633. 21. Jun. —— Magistro Generali Ordinis Prædicatorum parvos Conventus & illorum statum ac essentiam regulares in eis auctoritate Apostolica perpetuò supprimendi & extinguendi, ac eorum res & Bona atque onera quæcunque eis incumbentia in majores eiusdem Ordinis Conventus etiam perpetuò transferendi facultatem concedit & impartitur 2608

Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 182. qua incipit Cùm sicut.

1633. 23. Jun. —— Facultatem supprimendi Conventus tenues, & eorum Bona ac onera in Conventus majores transferendi, etiam Correctori Generali Ordinis Fratrum Minimorum S. Francisci de Paulâ tribuit & elargitur *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 187. qua incipit* Cùm sicut, & *referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom 3. cap. 12. Constit. 14. ejusd. Pontific. pag. mihi* 393. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. par. 2. tract. 1. quæst. 32. num. 5.* ac Murga *in Tract. de Benefic. Eccles. quæst. 8. num. 75. pag. 678.*

1633. 25. Jun. —— Non possunt Curati, salvis eorum Juribus Parochialibus, impedire contra voluntatem Hæredum Defunctorum, ne Regulares vocati ad Funus, Corpora Defunctorum ad quasvis Ecclesias deferenda, unà cum Parochis & Clericis Processionaliter associent: nec prædicti Curati possunt cogere Hæredes seu Executores Testamentarios, ut pro Defunctis, qui tumulantur in Ecclesiis Regularium, in Ecclesiis etiam Parochialibus celebrari faciant Officia, Novennalia, & Anniversalia, prout celebrantur in Ecclesiis Regularium in quibus Cadavera sepeliuntur: Quod Sacræ Rituum Congregationis Decretum approbat & confirmat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 188. qua incipit* Nuper, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. cap. 12. Constit. 20. ejusd. Pontifit. pag. mihi* 399.

1633. 27. Jun. —— Si Prælato nomine Ecclesiæ conceditur rei vendicatio, quæ dominium præsupponit ad vendicandum Ecclesiæ Bona, *l. sancimus, C. de sacros. Eccles.* à fortiori debet concedi manutentio; & meritò, quia spoliatus possessione naturali, quando retinet civilem, cùm per dictam spoliationem turbari dicatur in possessione civili, potest intentare interdictum retinendæ, Menoch. *de recuper. retinend. 3. num. 35.* per Gloss. *in l. 1. verb. nec vi, C. ubi poss.*

possidet, & per *l.* 1. § *vi possidere*, *l. vim facit*, *ff. de vi*, *& vi armat.* ut dixit *Rota in Colimbrien. Præstimoniorum coram* Coccino Decano, *decis. recent. par.* 6. *decis.* 226. *num.* 20. *& duob. seqq.*

1633. 9. Jul. —— Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatis Hispaniarum degentibus in Philippinis & Indiis Orientalibus conceditur, ut à quocunque quem maluerint Catholico Antistite in propria Diœcesi residente vel in aliena de Diœcesani loci consensu Pontificalia exercente & per eos eligendo, ad quatuor minores feriatis, seu unica, & subinde ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines tribus Dominicis seu aliis festivis diebus continuis vel interpolatis, etiam extra tempora ad id à Jure statuta, ac Interstitiis à Sacro Concilio Tridentino designatis minimè servatis, annique curriculo non expectato, etiamsi in unoquoque ex dictis Sacris Ordinibus, antequàm ad alium promoveantur, se non exercuerint (dummodo tamen ad id idonei reperiantur) promoveri, & promoti in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare liberè & licitè valeant. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 130. *quæ incipit* Cùm sicut. 2612

1633. 12. Jul. —— Congregatio Cistercienſis Beatæ MARIÆ Virginis Calabriæ & Lucaniæ excitatur, sub omnimoda tamen jurisdictione Abbatis Generalis pro tempore existentis, & Capituli Generalis, nec non quatuor primorum Abbatum, scilicet de Firmitate, Pontigniaco, Claravalle, & Moribundo: Prælati hujusmodi Congregationis vocentur Abbates & gaudeant omnibus Privilegiis, quæ aliis dicti Ordinis & Congregationum Abbatibus sunt concessa, ac destinentur per Diffinitores à Discretis & Monasteriorum Prælatis electos in Capitulo Provinciali de quatriennio in quatriennium celebrando. *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Sacrosancti, *apud* Tamburin. *de Jure Abbat. tom.* 2. *disput.* 24. *quæsito* 5. *num.* 65. *pag. mihi* 412. 2613

1633. 13. Aug. —— Patentes Missionis non dantur Laicis tam Sæcularibus quàm Regularibus, sed Sacerdotibus tantùm qui sint Theologi vel saltem Casistæ, prout declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea *anno* 1625. 19. *Sept. apud* Nicol. *in Flosculis, verb.* Missio, *sub num.* 2. *pag. mihi* 314.

1633. 22. Aug. —— Cùm una Provincia dividitur in duas, Patres Provinciæ vel Magistri seu Vocales non habent votum, nisi in Capitulo seu Congregatione illius Provinciæ in qua situs est Conventus, cujus sunt Filii, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* d. Nicol. *in dd. Flosc. verb.* Provincia, *num.* 1.

1633. 22. Aug. —— Si Officium Ministri Generalis Fratrum Discalceatorum Ordinis Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum Hispaniarum ante finitum sexennium à Regula præscriptum vacare contigerit mortis vel renunciationis sive depositionis aut aliâ quavis causa, statim primus Diffinitor Generalis convocet cœteros Diffinitores Generales & Ministros Provinciales Provinciarum Hispaniæ, & primodicto Diffinitore Generali præsidente omnes simul canonicè eligant unum Vicarium Generalem qui eandem auctoritatem & præeminentiam ac vocem & locum habeat ac Minister Generalis prædictus, ejusque Vicarii Generalis hujusmodi Officium duret usque ad finem primi subsequentis Capituli Generalis, in quo electionem Ministri Generalis fieri præcipitur: Si verò congregato jam Capitulo Generali, Minister Generalis ægrotaverit vel propter aliam causam ad Capitulum non accesserit, tunc totum Capitulum eligat Præsidentem in prima ejusdem Capituli sessione, qui in absentia Ministri Generalis eisdem auctoritate & præeminentia præsideat; cujus Præsidentis officium solùm durabit usque ad finem ejusdem Capituli, quod tunc celebratur: Si denique congregato Capitulo Generali etiam contigerit Ministrum Generalem è vita discedere, electo prius

Præ-

Præsidente ut dictum est, fiat electio Ministri Generalis in illo Capitulo in quo hoc eveniret. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 131. *qua incipit* Injuncti,

1633. 23. Aug. —— Domus Monasterii sunt exemptæ ab hospitatione militum, & aliorum, etiam ex capitulatione Honorii, ut rescripsit *Congregatio Immunit. Ecclesiast. in Cotronen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Domus quoad exemptionem, *num.* 4. 2617

1633. 23. Sept. —— Data in Electionibus paritate per duas vices, præfertur antiquior in Professione, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una S. Basilii, apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom.* 2. *Canon. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 24. *pag. mihi* 14. 2618

1633. 18. Nov. —— Oblatus plenè, si obtento Brevi Papali fiat Sacerdos, inconsultis tamen sui Ordinis Superioribus, suspendendus est ab executione suorum Ordinum, arbitrio Sacræ *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Donat. *in Prax. Rer. Regular. tom.* 2. *par.* 2. *tract.* 13. *quæst.* 14. ex Peyrin. *in Formular. Prælator. litt.* O. *cap.* 6. *num.* 5. 2619

1633. 19. Nov. —— Approbatur immemorabilis consuetudo servata in Congregatione Vallisoletana Ordinis S. Benedicti de Hispaniis, canendi immediatè post Primam singulis diebus Missam Votivam de BEATA VIRGINE, exceptis tamen Dominica prima Adventus, Feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadragesimæ, Dominica Palmarum cum tota majori Hebdomada, Dominica Resurrectionis cum duobus sequentibus, Nativitate Domini, Festis Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, & omnibus diebus in quibus celebrari debet peculiare Festum in honorem BEATÆ VIRGINIS juxta præscriptum in Kalendario Romano, & dummodo etiam celebretur Missa Conventualis, ut approbat *Congregat. Rit. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Missæ Sacrificio, *pag. mihi* 52. 2620

22. Nov.

1633. 22. Nov. —— Tertiarii non viventes collegialiter, sed in propriis Domibus, non gaudent exemptione à muneribus publicis laicis, ut censuit *Congregat. Immunit. Eccles. in Forolivien.* & antea in *Eugubina, 26. Jul. ejusd. anni*: nisi concurrat legitima consuetudo ad eorum favorem, ut rescripsit *ead. Congregat. in Policastren 16362 5. Dec. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Tertiarii, *num. 3.*

1633. 10. Dec. —— Quando pro Theologali Præbenda non reperitur idoneus, collatio est suspendenda, donec idoneus inveniatur cui conferri possit, & interim fructus tradendi sunt Superiori Regulari alicujus Ordinis qui curet ut aliquis Theologus ex suis Religiosis publicè in Ecclesia Cathedrali doceat Sacram Scripturam, ut respondit *Congregat. Concil. in Ostunen. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 15. form. 1. numer. 21. pag. mihi* 201.

1634. 10. Jan. —— Major Urbis Pœnitentiarius ac ejusdem Pœnitentiariæ Regens atque cœteri ejus Officiales & Ministri pro tempore existentes, quoad facultatem concessam vivæ Vocis Oraculo à Paulo Quinto pro absolvendis illis qui munera à Personis Regularibus acceperint, etiam ante factam per eos restitutionem, contra Constitutionem Clementis Octavi, abstineant quoad munera quæ vigintiquinque Scutorum monetæ summam excesserint, quæ tamen limitatio non habeat locum in muneribus rerum medicinalium & rerum magnæ devotionis: Quoad verò facultatem vivæ vocis Oraculo concessam de dispensandis Sacerdotibus & aliis in Sacro Ordine existentibus, qui Homicidia voluntaria commiserint, ad effectum tamen ingrediendi aliquam Religionem, ii, cum quibus in vim præfatæ facultatis de cætero dispensabitur, teneantur omnino Professionem emittere, aliàs dispensandi remaneant suspensi ab exercitio quorumcunque suorum Ordinum. *Urbanus VIII. in Constit.*

quæ incipit Regimini, *apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 39. num* 196. *pag. mihi* 217.

1634. 24. Jan. —— Secretarii Commissariorum Generalium Indiarum de Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, postquàm in hujusmodi munere per sexennium rectè & laudabiliter se gesserint, in suis quisque Provinciis dumtaxat, possint & valeant omnibus & singulis gaudere Privilegiis, quibus earundem Provinciarum Ex-definitores fruuntur, prout concedit & indulget *Urbanus VIII. in Constit. quæ incipit* Cùm sicut, *apud* Julium de Venet. *in Chronol. historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 2. 2624

1634. 3. Febr. —— Omnibus & singulis quorumvis Ordinum & Congregationum ac Institutorum Regularium Generalibus committitur & mandatur, ut ad minus duabus vicibus quolibet Anno, Adventus & Quadragesimæ temporibus, tam per Verbi DEI Prædicatores in suis sacris Concionibus quàm in actionibus & functionibus publicis necessitates Sacrorum Locorum Terræ Sanctæ Populo proponi & commendari curent & faciant. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit.* 195. *quæ incipit* Salvatoris. ¶ Hanc Constitutionem confirmat & innovat ac observari mandat Innocentius X. anno 1645. 23. Sept. *ibid. Constit.* 10. *quæ itid. incipit* Salvatoris. ¶ Iterum approbat Clemens X. anno 1671. 19. Jun. *ibid. Constit.* 39. 2625

1634. 4. Febr. —— In subscriptione licentiarum ingrediendi septa Monialium Regularibus subjectarum & eas alloquendi, debet Episcopus habere primum locum, ut declaravit *Congregatio Concil. in Bellunen. apud* Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par.* 2. *tit.* de Monialibus, *pag mihi* 69. 2626

1634. 28. Mar. —— Congregationi Fratrum Discalceatorum Ordinis Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum Hispaniarum omnia & singula communicantur Privilegia, quibus non Mendicantium & Mendicantium Ordines ac Congregatio- 2627

gationes Regulares & Clericorum Regularium gaudent & gaudebunt, quatenus tamen sint in usu & non revocata nec sub aliquibus revocationibus comprehensa, prout extendit & communicat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit.* 133. *quæ incipit* Redemptoris, *& refert etiam* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 389.

1634. 28. Apr. —— Prælato, vel nomine proprio vel nomine Ecclesiæ, competit restitutio in integrum, quando constat de Ecclesiæ læsione, *cap.* 1. ubi Abb. *num.* 2. *de restit. in integr. l. nam & postea, §. si minor, ff. de jur. jur.* ut dixit *Rota in Colimbrien. Præstimoniorum coram* Coccino Decano, *decis. recent. par.* 6. *decis.* 275. *num.* 2.

1634. 6. Maii. —— Jurisdictio contra Regulares exemptos Curam Animarum exercentes, à Tridentino in *cap.* 11. *sess.* 25. *de Regular.* concessa Episcopis, illis cumulativè competit, non autem privativè quoad Superiores Regulares, ut declaravit *Congregat. Concil. pro Abbate Montis Cassini, apud* Nicol. *in Lucubrat. tom.* 2. *Canon. lib.* 3. *tit.* 29. *nu.* 5.

1634. 16. Maii. —— Si Episcopus sine justa causa renuat aut differat approbare Confessarium Monialium Regularibus subjectarum, datur facultas Ordinario vicino quoad hujusmodi approbationem, prout concedit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Lucana*, & antea *in Savonen. Carmelitar.* 1622. 13. *Aug. apud* d. Nicol. *in Flosc. verb.* Episcopus, *num.* 61.

1634. 9. Jun. —— Dum Regulares allegant titulum exemptionis ab jurisdictione Ordinarii, vel Privilegium, & exhibent, ac de possessione docent, dum cognoscitur de relevantia titulorum & legitima possessione, turbari non possunt, ut admittitur in secunda parte *cap. cum personæ, de privileg. in* 6. & comprobant Anchar. *ibid. n.* 2. Gemin. *in §. fin. num.* 3. *&* 4. Franc. *num.* 2. si Regulares autem immediatè sub protectione Sedis Apostolicæ recipiantur, ista specialis protectio semper eximit Privilegiatos à jurisdictione Ordinariorum, *cap. ex par. il*

1, ibi:

1. ibi: *Privilegium Nobis Apostolicum ostenderunt, de privil. cap. si Papa, eod. tit. in 6. cap. 2. de in integr. restit. cap. cum tempore, de arbitr.* Dec. *cons.* 152. *num.* 2. Seraph. *decis.* 1025. *num.* 5. *& seq.* & ex eis dixit *Rota in Brixinen. Jurisdictionis coram* Pirovano, *decis. recent. par.* 5. *tom.* 2. *decis.* 546. *num.* 3. *&* 5.

1634. 9. Jun. —— Regularis Domus, dum cognoscitur an comprehendatur in Privilegiis & Constitutionibus Exemptionis à jurisdictione Ordinarii, eo quia subdat Religioni exemptæ, non debet privari ejus legitima possessione, secundùm terminos *cap. cùm personæ, de privileg. in 6.* jurisdictionis autem exercitium super aliquo Loco Regulari infertur ex pluribus ordinationibus factis & concernentibus utrumque statum temporalem & spiritualem, *cap. conquerente, de offic. Ordin.* Soccin. *de Visit. numer.* 4. *vers. decimò quæro*, ut dixit *Rota in d. Brixinen. coram* eod. *ibid. num.* 6. 7. *&* 8. ubi *num.* 10. *dictum fuit, quod* actus confirmandi Officiales Regulares electos semper pendet à jurisdictione ordinaria Superiorum, vel delegata à Sede Apostolica. 2632

1634. 23. Jun. —— Hierosolymitanus Miles, si per aliquod tempus prefixum manere debeat in aliqua Commenda, donec durat illud tempus, aliam prætendere non potest, ex Statutis Religionis, *capit.* 36. *tit. de Commend.* & hoc idem procedit, quando non constat de melioramentis faciendis in Commenda, ut in dd. Statutis, *cap.* 16. *eod. tit.* de meliorationis autem negativa dicitur constare, dum positivè non probatur affirmativa realis meliorationis, ut dixit *Rota in Melevitana Commendæ de Mazzara coram* Merlino, *decis. recent. par.* 7. *dec.* 293. *numer.* 5. *&* 6. 2633

1634. 12. Aug. —— Plures Conventus pro Novitiatibus Laicorum seu Conversorum Ordinis Fratrum Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo in quacunque dicti Ordinis Provincia Italiæ & Insularium adjacentium ab Ordinis Protectore de commissione Sacræ Regularium Congregationis designatos approbat 2634

bat & confirmat ac defectus supplet *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 201. quæ incipit* Nuper.

1634. 23. Aug. —— Inter Fratres Minores S. Francisci de Observantia Reformatos, nulli eorum jus præcedendi sive honoratioris loci competat, nisi Ministro, Commissario, Vicario, & Procuratori Generalibus, Ministris Provincialibus, Commissariis, & Vicariis Provincialibus, si fuerint ex Reformatis, Custodibus Reformationum, Commissariis Visitatoribus, Guardianis, Præsidentibus, seu Commissariis, & Vicariis Localibus, qui tamen, expletis eorum Officiis, ad locum & præcedentiam Ordinis redibunt, tam ii qui jam Habitum per dictos Fratres Reformatos gestari solitum susceperunt & susscipient, quàm ii qui se à Fratribus de Observantia ad Fratres Reformatos hujusmodi transtulerunt & transferent, exceptis tamen iis qui Officio Ministri Generalis seu Commissarii Generalis Cismontanæ Familiæ functi sunt vel fungentur, qui post Superiores actuales immediatè locum habeant. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 135. quæ incipit* Inter gravissimas, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 11. ejusd. Pontific. in addit. pag. mihi* 423.

1634. 26. Aug. —— Priori Generali Fratrum Ordinis Beatæ MARIÆ de Monte Carmelo, ac omnibus & singulis dicti Ordinis & Provinciarum Hispaniæ Professoribus, quos absolutis per eos cursu & lecturis vel exercitiis litterarum requisitis à Regularibus Ordinis præfati in Sacra Theologia ipse Prior creaverit vel instituerit, conceditur, quod illi in Collegio S. Theresiæ Salamantinæ, cum rigoroso examine & approbatione Regentium & aliorum Magistrorum ejusdem Collegii, liberè & licitè Magisterii sive Doctoratus in eadem Sacra Theologia lauream à Superiore ejusdem Collegii susscipere valeant. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 200. quæ incipit* Cùm sicut. ¶ Vide infra, 1668. 20. Jul.

9. Sept.

1634. 9. Sept. —— In Causis damnorum datorum in Castris Nazzani & Civitellæ ac Leprignani ad Sacrum Monasterium S. Pauli de Alma Urbe spectantibus, ad executionem procedi posse, quacunque Inhibitione non obstante, facultatem concedit *Urbanus VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut. 496. quæ incipit* Aliàs. 2637

1634. 11. Sept. —— Equitibus Ss. Mauritii & Lazari, ac Ordinis Ss. Annunciationis BEATÆ VIRGINIS præservanda sunt Privilegia eis concessa à Sede Apostolica quoad onera molituræ & super vino, ut rescripsit *Congregat. Immunit. Eccles. in Taurinen. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Equites Ss. Mauritii & Lazari, *numer.* 5. & iterum *verb.* Molitor, *num. itid.* 5. 2638

1634. 29. Oct. —— In Congregatione Fratrum Discalceatorum Ordinis Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum Hispaniarum nullo modo deinceps aliquæ Personæ tam Regulares quam Sæculares ad Habitum Fratrum Donatorum recipiantur, sub pœna privationis Officiorum & perpetuæ inhabilitatis Superioribus contrafacientibus: In dicta quoque Congregatione tantùm sint duo genera Religiosorum, unum videlicet Clericorum Ecclesiæ ministeriis vacantium, & alterum Laicorum ad eleemosynas colligendas & ad alia Monasteriorum servitia attendentium. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 137. quæ incipit* Cùm sicut accepimus. 2639

1634. 8. Nov. —— Fratres Ordinis Prædicatorum in partibus Indiarum existentes extra Locorum dicti Ordinis Regularium Claustra absque Sanctæ Sedis & Superiorum ejusdem Ordinis licentia non vivant seu maneant, sub Censuris Ecclesiasticis ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis eo ipso incurrendis. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 205. quæ incipit* Injunctum, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 12. ejusd. Pontific. in addit. pag. mihi* 423. 2640

17. Nov.

1634. 17. Nov. —— Clerici Regulares Congregationis Pauperum MATRIS DEI Scholarum Piarum non comprehenduntur in Decretis Clementis Octavi de Novitiis non recipiendis niſi in certis Monaſteriis & Locis à Sede Apoſtolica deſignatis, quemadmodum non comprehenduntur cœteri Clerici Regulares. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Conſtit.* 138. *quæ incipit* Romanum, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Conſtitut.* 13. *ejuſd. Pontific. in addit. pag. mihi* 424. ac Novar. *Comment.* 91. *nu.* 10. *par.* 2. *pag.* 408.

1634. 17. Nov. —— In Diffinitoriis Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia in Regnis Hiſpaniarum duo intereſſe non poſſint qui ſint Fratres Germani, idque quemadmodum in Diffinitoriis Italiæ fit, ſic omninò obſervari debeat in dictis Regnis, ſub indignationis Pontificis & Cenſuris Eccleſiaſticis nec non privationis vocis activæ & paſſivæ pœnis ipſo facto per contrafacientes incurrendis. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom.* 5. *Conſtit.* 206. *quæ incipit* Exponi, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. hiſtorico leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 3.

1634. 28. Nov. —— Monaſterium Carthuſiæ pro frumento ex Bonis propriis recollecto eſt immune à gabella, prout declaravit & reſcripſit *Congregatio Immunitatis Eccleſiaſticæ in Ferrarien. apud* Riccium *in Synopſi Decretor. dictæ Congregat. ſub verbo* Monaſterium, *num.* 3.

1634. 11. Dec. —— Superiori obedientia præſtita, ubi non agitur de Religione expreſsè approbata, nec in manibus habentis facultatem incorporandi in Religionem, non importat exemptionem ab Ordinario, ſtante exemptione dictæ Religionis, Navar. *conſ.* 6. *num.* 22. *de ſtat. Monach.* Sanchez *ſuper Decalog. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 19. & ex eis dixit *Rota in Brixien. Juriſdictionis coram* Pirovano, *deciſ. recent. par.* 5. *tom.* 2. *deciſ.* 566. *num.* 11.

1634. 19. Dec. —— Regulares gaudere debent exemptione

ptione pro vino, quod minutatim vendunt, prout declaravit & respondit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Faventina, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. sub verbo* Regularis, *nu.* 4.

1634. 20. Dec. —— Decretum inhabilitationis Civium Lucensium ad Habitum Religionis Hierosolymitanæ ab eadem Religione editum, non debuisse fieri, ideoque revocandum uti nullum, unà cum omnibus inde secutis, censuit *Congregat. Immunit. Eccles. in Lucana, apud* Riccium *in d. Synopsi Decretor. ejusd. Congregat. verb.* Decreta Ecclesiasticorum, *num.* 10. 1646

1635. 4. Jan. —— Presbyteri tam Sæculares quàm cujusvis Ordinis Regulares, damnati ad triremes perpetuò vel ad tempus, qui cum effectu fuerint in eisdem triremibus remiges, finito tempore dictæ pœnæ vel obtenta gratia residui ejusdem pœnæ, nunquam habilitentur ad executionem suorum Ordinum, &c. ut censuit *Congregat. S. Offic. apud* Nicol. *in Lucubrat. tom. 2. Canon. lib. 5. tit. 12. num. 6. in fine, pag. mihi* 150. 2647

1635. 29. Jan. —— Fratrum alicujus Religionis appellatione comprehenduntur omnes, qui Professionem in dicta Religione emiserunt, prout dixit *Rota in Melevitana Status coram* Buccabella, *decis. recent. par. 7. decis.* 13. *num.* 6. 2649

1635. 29. Jan. —— Secretarii Procuratoris Generalis & Commissarii in Romana Curia, postquàm Secretariatus hujusmodi officium in dicta Curia expleverint, omnibus & singulis Privilegiis & Exemptionibus in propriis Provinciis fruantur & gaudeant, quibus hi frui & gaudere solent qui Diffinitores Provinciales fuerunt, prout concedit & indulget *Urbanus VIII. in Constitut. quæ incipit* Exponi Nobis nuper fecerunt, *apud* Julium de Venet. *in Chronolog. historico-leg. Seraph. Ordin. pag. mihi* 2. 2650

1635. 31. Jan. —— In ratificationibus sive novis Professionibus Fratrum Ordinis Prædicatorum faciendis in manibus Prælati, nova Fratrum Vocalium 2951

acceptatio nullatenus requiratur, ſed ſtatim Profeſſus intelligatur & Filius ejus Conventus in quo Profeſſionem fecerat, ſupplendo cum ſimplici ratificatione ſeu nova Profeſſione qualecunque requiſitum quod de jure requireretur ſeu de facto occurreret, cum retentione eorumdem graduum & officiorum ac dignitatum quibus ad præſens gaudent, ita tamen ut qui de facto Habitum Regularem dimiſerint, recipiantur, ſalva Ordinis diſciplina. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 208. quæ incipit* aliàs per Nos, *& refert etiam* Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 2. par. 1. tract. 8. quæſt. 10. pag. mihi* 11.

1635. 5. Mar. —— Statuta Religionis Hieroſolymitanæ *cap. 24. & 26. tit. de Ærar. & cap. 43. tit. de Commend.* declarant incapaces & inhabiles Milites ad obtinendas Commendas, ſi ſint debitores communis Ærarii, ut dixit *Rota in Melevitana Commendæ de Mazzara coram* Dunozetto, *deciſ. recentior. par. 7. deciſ. 26. num. 4.*

1635. 3. Apr. —— Fratres Carmelitæ primi Inſtituti ſeu Seminarii de propaganda Fide vulgò de Monte Sancto, Calceati ſemper incedant, tunicamque deferant ex lana, quæ in Provinciis minori & viliori pretio emi poterit, coloris griſii, nigri, vel ad nigredinem tendentis, cum manicis ſtrictis, ſcapulari aliquantulum breviori tunica, & latitudinis ſexdecim digitorum per tranſverſum, nec non cum Capuccio, cujus anterior extremitas deſcendat ad octo digitos ſuper pectus, & poſterior uſque ad cingulum, & decenter utrumque humerum cooperiat, ipſum verò Capuccii caput ad formam capitis rotundum erit & ſtrictum, & illi iiſdem menſuris correſpondere debet Capuccium album: Habebunt inſuper cappam albam laneam ad collum criſpatam cum plicis, octo digitis tunica breviorem, & pallium de quo fit mentio in Conſtitutionibus Ordinis *par. 1. cap. 16. §. 2.* ſive in Conventu ſive extra talis erit formæ, ut ejus diſtinctio à cappa Diſcalceatorum S. The-

Thereſiæ ſit nota & evidens: utenturque galero nigro, ſi quando ejus neceſſitas illis occurrerit: Quod Decretum ab Ordinis Protectore emanatum approbat & confirmat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Conſtitut. 140. quæ incipit* Inter cœteras.

1635. 11. Apr. —— Conſtitutiones revocatoriæ vivæ vocis Oraculorum (de quibus ſupra, 1622. 2. Jul. & 1631. 20. Decemb.) non comprehendunt Officiales ſeu Miniſtros illos, quibus ratione munerum ſuorum antea de Summi Pontificis Oraculo fides haberi ſolebat, & ad abundantiorem cautelam eoſdem Officiales ſeu Miniſtros adversùs eaſdem Conſtitutiones, quantum opus ſit, in omnibus & per omnia reſtituit & plenariè reintegrat *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Conſtit. 141. quæ incipit* Aliàs, *& refert etiam* Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 1. tract. 16. qu. 1. num. 4.* 2654

1635. 10. Maii —— Superior Religionis non poteſt renunciare privilegiis Religionis, ſicut Clericus renunciare non poteſt Privilegiis Fori, ex allegat. per Craſſ. *de effectib. Cleric. effect. 1. num. 43.* & ex eo dixit *Rota in Corduben. Decimarum de Lucena coram* Coccino Decano, *deciſ. recent. par. 7. deciſ. 44. num. 11. & 12.* & refert etiam Tamburin. *de Jure Abbatiſſar. in fine Operis, deciſ. 33. numer. 8. pagin. mihi 46.* 265

1635. 21. Maii —— Regulares, qui ultra Vota ſolita etiam Votum emittunt de non petenda aut acceptanda extra Religionem Dignitate, per quamcumque eorum translationem ſeu Habitus privationem aut dimiſſionem nullatenus à Voto hujuſmodi liberantur. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. in Conſtit. 144. quæ incipit* Cùm ſicut accepimus, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regul. tom. 3. Conſtit. 14. ejusdem Pontific. in addit. pagina mihi 424.* 2656

1635. 25. Maii —— Jus conferendi Habitum Tertii Ordinis S. Franciſci competit Fratribus Minori- 2657

bus de Observantia, & non Fratribus Tertiariis, quod pluribus comprobat *Rota in Ulixbonen. Juris conferendi Habitum coram* Pirovano, *decis. recent. part.* 5. *tom.* 2. *decis.* 577. & confirmata *ibidem decis.* 584. *coram eodem*, ac iterum *anno* 1636. 23. Jun. *coram* Merlino Decano, *ibidem, decis.* 598. ¶ Notandum tamen, quod hujusmodi jus conferendi cumulativè spectare ad Fratres Minores & ad Tertiarios Regulares ejusdem Ordinis (sic reformatis prædictis sententiis) dixit *Rota in eadem Causa coram* Rojas, *ibidem decis.* 617. ¶ Vide infra 1636. 23. Jun.

1635. 25. Maii — Sanctissimum Euchatistiæ Sacramentum conservandum est etiam in illis Regularium Ecclesiis, quæ de hoc habent privilegium, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Nucerina Paganorum*: maximè in eorum Ecclesiis conspicuis, ut respondit *eadem Congreg. in Panormitana* 1588. 24. *Oct. apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Eucharistia, *numer.* 22.

1635. 12. Jun. — In singulis quibusque Monasteriis Congregationis Casinensis, ubi sunt Novitiatus, nullus deinceps à Magistri Novitiorum cura extrahatur, quàm per quinquennium sub eadem cura in Novitiatu permanserit: Quod si contigerit (quod Deus avertat) ut ex alicujus prævaricatione cœteri scandalum sumant, ne una Ovis totum corrumpat Ovile, statuitur, ut si post adhibitas pœnitentias, Prælato & aliis Superioribus (Magistro Novitiorum deferente) cognitum fuerit de præfati Juvenis incorrigibilitate, ex Novitiatu extrahi possit etiam nondum elapso quinquennio: Ne verò commodum ex ipsa malitia reportetur, talibus sic extractus subiiciatur pœnitentiis, ut per totum reliquum quinquennii tempus sit ei Monasterium pro carcere, silentium observet cum Sæcularibus ac Monachis, Patre spirituali excepto & aliis pro quibus Prælatus indulserit, post omnes Professos degradatus degat, & demum bis in hebdoma-

domada in pane & aqua cum zona ad collum comedat in Refectorio. *Urbanus VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 310. qua incipit* Eminentissimo.

1635. 23. Jul. —— Si Abbas conferre tentet Sacramentum Confirmationis, nihil agit, non obstantibus Privilegiis obtentis ante Concilium Tridentinum, prout declaravit *Congregat. Concil. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 15. nu. 1.* ubi etiam non obstante consuetudine, *cap. Quanto 4. de consuetud.* 2670

1635. 23. Jul. —— Confirmatur erectio Conventus Victoriæ, & Patronatus Comitum de Triviana, tam respectu ejusdem Conventus quàm totius Provinciæ Cantabriæ: Declarantur etiam legata perpetua, quæ per modum eleemosynæ obtineri possunt juxta Seraphici Francisci Regulæ puritatem, facta tamen prius protestatione & aliis quæ à D. Bonaventura fieri præscribuntur. *Urbanus VIII. in Constit. qua incipit* Inter cœtera, *apud* Piton. *discept. Eccles. tom. 1. discept. 2. num. 101. pag. mihi 53.* 2671

1635. 25. Aug. —— Circa Sæcularium Confessiones à Fratribus Mendicantibus audientibus servetur Decisio Congregationum Sacri Concilii & Episcoporum, corriganturque Ordinarii, qui in articulo mortis id fieri prohibent vel in licentiis concessis id excipiunt: Fratres Mendicantes nullatenus à quæstuatione, quæ de licentia suorum Superiorum fit & in dies fieri continget, prohibeantur: Ordinarii in cognitionibus Causarum Fratrum Mendicantium tam Civilium quàm Criminalium minimè sese ingerant, nec in Visitatione eorundem Fratrum vel Ecclesiarum suarum, nisi quatenus eis per Concilii Tridentini Decreta conceditur: Non impediantur dicti Fratres pulsare Campanas ad Matutinum & Horas ac ad Missam, antequàm pulsetur Campana majoris Ecclesiæ, præterquàm in die Sabbati Sancti: Quo autem ad Quartam Funeralium servetur Decretum dicti Concilii Tridentini, prout statuit 2672

Congregat. Episcopor. & Regular. apud Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Eleemosyna, *sub num.* 2. *pag. mihi* 231. & iterum *verb.* Mendicantes, *sub num.* 2. *pagin.* 320.

1635. 3. Oct. —— Ministro Generali Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci parvos Conventus & illorum statum ac essentiam regularem auctoritate Apostolica perpetuò supprimendi & extinguendi, ac eorum res & Bona atque onera quæcunque eis incumbentia in majores ejusdem Ordinis Conventus etiam perpetuò transferendi facultatem concedit & impartitur *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. t.* 5. *Constit.* 214. *qua incipit* Cùm sicut, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom.* 3. *Constit.* 15. *ejusd. Pontific. in addit. pag.* 426.

1635. 9. Oct. —— Novitii Bona gaudent immunitate & exemptione Ecclesiastica, prout declaravit & rescripsit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Aquilana, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. sub verb.* Novitius, *num.* 2.

1635. 21. Nov. —— Regulares possunt exercere Aromatarias pro eorum usu, & pro Beneficiatoribus, & Pauperibus gratis, ut censuit & respondit *Congregat. Immunitat. Ecclesiast. apud* d. Riccium *in d. Synopsi Decretor. ejusd. Congregat. verb.* Aromataria, *numer.* 1.

1635. 3. Dec. —— In nulla Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Discalceatorum Hispaniarum & & Indiarum Provincia de cœtero Tituli Lectoris Jubilati amplius sint neque habeantur, nullusque eorumdem Fratrum qui Minister Provincialis non fuerit, titulo ac exemptione Patris gaudeat, etiamsi fuerit vel pro tempore sit Vicarius Provincialis, prout dictos titulos revocat & præfatam exemptionem tollit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constitut.* 144. *qua incipit* Religiosos Viros.

1635. 3. Dec. —— Decreta Capitulorum Generalium Ordinis Prædicatorum, quod scilicet nullus ex

ex Fratribus ejusdē Ordinis audeat tractare aliquod negotium per se vel per alium in Romana Curia, nisi per Procuratorem Generalem Ordinis vel de ejus scitu, approbat & confirmat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 217. quæ incipit* Exponi, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 16. ejusdem Pontific. in addit. pagina mihi 426.*

1636. 5. Jan. —— Recepti & professi contra formam Decretorum Clementis Octavi (de quibus supra, 1596. 12. Mart. 1599. 20. Jun.) de Novitiis ad Habitum Regularem & Professionem non admittendis nisi in Conventibus designatis, allegantes propterea nullitatem receptionis & Professionis non possunt super hujusmodi nullitate post lapsum quinquennii quoquo modo audiri: Quod si aliqui contra formam præfatorum Decretorum recepti & professi, è Religione infra quinquennium exire vel Superiores extra eam respectivè illos ejicere voluerint, tam ipsi Professi quàm Superiores respectivè teneantur jura, quæ sibi favere visa fuerint, prius deducere coram Sacra Congregatione Concilii, ut ipsa provideat: & ideo in posterum nemo in hoc quoquo modo se ingerant absque speciali Papæ commissione: Si verò iidem recepti & professi, juribus suis minimè deductis coram dicta Sacra Congregatione & sine illius expressa licentia, exire vel Superiores Religionis eos ejicere ausi fuerint, ipsi recepti & professi tanquā Apostatæ puniantur & pro talibus habeantur, nec non contra eosdem procedatur juxta Decretum supra positum & editum anno 1624. 21. Septembris: Superiores verò, qui ejecerint, pœnam suspensionis à Divinis, nec non privationis Officiorum obtentorum ac perpetuæ inhabilitatis ad illa obtinenda, vocisque activæ & passivæ ipso facto incurrant. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constitut. 115. quæ incipit* Ad occurrendum, *& referunt etiam* Barbosa *de potest. Episcop. tom. 2. in fine, pag. mihi 75.* Donatus *in Prax.* 2678

Rer. Regular. tom. 2. par. 1. tract. 8. quæst. 9. numer. 8. Bordonus *de Profess. Regular. cap. 22. num. 38. pagin.* 438. Novar. *Comment. 91. num. 7. par. 2. pag.* 407. & iterum *Comment.* 100. *pag.* 430. *nu.* 2. ac Margarin. *in Bullar. Casin. tom.* 1. *Constitut.* 311.

1636. 14. Jan. —— Donatio facta ab ingredi volente Religionem, nulla facta mentione ingressus censetur facta in fraudem Concilii Tridentini *sess. 25. cap. 16. de Regular.* quando donans paulò post factam donationem Religionem ingreditur, ut tenent Guttier. *in cap. quamvis pactum, num.* 5. Emman. Rod. *qu. Regul. tom. 2. qu. 47. art.* 8. & ex eis dixit *Rota in Romana Donationis de Mongellinis coram* Carillo, *apud* Tamburin. *de Jure Abbatiss. in fine Operis, de eis. 8. num.* 15.

1636. 12. Febr. —— Omnibus & singulis Fratribus Discalceatis seu Recollectis Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum pro tempore existentibus præcipitur sub privationis vocis activæ & passivæ & quorumcunque dicti Ordinis Officiorum obtentorum & obtinendorum pœnis ipso facto per contrafacientes incurrendis, ut Magistro Generali Fratrum Calceatorum dicti Ordinis in omnibus sibi ab eo commissis ad Redemptionis Captivorum opus seu ministerium quomodolibet concernentibus irrefragabiliter obediant & assistant, ejusque monita & mandata humiliter suscipiant & efficaciter adimplere procurent. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. in Appendice, Constit. 18. quæ incipit* Alias.

1636. 15. Febr. —— Vivente Prælato malè & injustè alienante Bona Ecclesiæ, contra Ecclesiam non currit præscriptio, quia quemadmodum ipse fuit in culpa & dolo dum læsit suam Ecclesiam per injustam alienationem, ita etiam suspicari licet de eodem, ut potiùs suum contractum quàm suam Ecclesiam tueri voluerit, & labi tempus permiserit, jacturamque Bonorum Christi socorditer sustinuerit, & hac de causa tempus supputandum esse à die

obitus

obitus Prælati irritè contrahentis sancitum fuit in Concilio Toletano 9. relato per Gratianum *in cap. si Sacerdotes 16. qu. 3.* & ex eo dixit *Rota in Messanen. seu Nullius Feudi coram* Merlino, *decis. recent. par. 7. decis. 94. num. 13. & 14.*

1636. 18. Febr. —— Eques Hierosolymitanus si sit debitor communis Thesauri, non potest reservare pensionem, ut ad litteram firmant dicta Statuta, quæ cùm sint per Sedem Apostolicam confirmata, dicuntur Papalia, Abb. *in cap. dilecto, num. 14. de præben.* Felin. *in cap. cùm accessissent, num. 4. & 7.* ubi etiam Dec. *num. 19. de constit.* ex quibus dixit *Rota in Melevitana Pensionis coram* Ghisilerio, *decis. recent. part. 7. decis. 98. num. 1. & 2.* confirmata *die 21. Maii ejusdem anni coram* eodem, *ibidem decis. 136.* 2682

1636. 18. Feb. —— Monasterium remanet penitus dissolutum per suppressionem factam à Superiore ob demerita Monachorum, & etiam ipsa essentia Beneficiorum remanet omninò sublata, Abb. *in cap. 2. num. 12. vers. & ipso facto, de port. Prælat.* Felin. *in cap. cum dilecta, colum. fin. verb. destructo Monaster. de rescript.* & ex eis dixit *Rota in Vicen. Prioratus de Manilen coram* Panzirolo, *decis. recent. par. 7. decis. 99. num. 1.* 2683

1636. 28. Febr. —— Fratres Reformati Discalceati Ordinis SS. TRINITATIS Redemptionis Captivorum de Congregatione Hispaniarum de cætero perpetuis futuris temporibus Ministro Generali Fratrum Calceatorum totius Ordinis prædicti pro tempore existenti in spiritualibus vel temporalibus minimè subjaceant aut supposíti esse minimè debeant, sed uti Sedi Apostolicæ immediatè subiecti, sub ejusdem Sedis protectione recipiuntur, & omnia & singula Privilegia eidem Congregationis Reformatorum circa exemptionem hujusmodi aut aliàs concessa perpetuò approbat & confirmat *Urnus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. 145. quæ incipit* Ex quo. 2684

5. Apr.

1636. 5. Apr. —— Abbas finito Officio non potest conferre Ordines minores, licèt sit Procurator Generalis in Curia, prout declaravit & censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Nicol. *in Lucubrationib. tom. 2. Canon. lib. 1. tit. 13. numer. 2. circa finem.*

1636. 11. Apr. —— Regulares non sunt ad examen compellendi, dum à Sæcularibus potest sufficienter veritas haberi, prout rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in Amelien.* si verò veritas haberi non possit, ad Examen possunt compelli, ut respondit *eadem Congregat. in Anconitana* 1652. 17. *Maii, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Examen, *num.* 14.

1636. 2. Jun. —— Juspatronatus in Ecclesia Regulari acquiri non potest, nisi ex Privilegio Apostolico, quod requiritur in limine Fundationis, *cap. nobis, §. ceterum, de Jurepatr.* & ibi Abb. *numer. 9.* ut dixit *Rota in Toletana Juris patronatus de Grimon coram* Coccino Decano, *decis. recent. par. 5. tom. 2. dec. 592. num. 6.*

1636. 9. Jun. —— Magnus Magister tantùm Ordinis Hierosolymitani habet potestatem reservandi Pensiones super Commendis Religionis Hierosolymitanæ, vel habentes facultatem à Capitulo Generali, ideoque Priores dictæ Religionis non habent hujusmodi facultatem, ut dixit *Rota in Melevitana Pensionis coram* Ghisilerio, *decis. recent. par. 5. tom. 2. decis. 595. num. 2. 7. & 13.*

1636. 23. Jun. —— Fratribus Minoribus de Observantia S. Francisci competit jus & facultas recipiendi Sæculares ad Habitum Tertii Ordinis, non verò Tertiariis Regularibus de Pœnitentia, sive dictum Habitum Sæcularibus conferendi, tum quia dicti Minores, qui semper contulerunt, possunt ex Bulla Sixti Quarti punire dictos Tertiarios sæculares ac etiam privare Habitu, ergo ad quem spectat privatio Habitus, ad eundem debet spectare ipsius Habitus collatio atque receptio, argum. *l. solet, ff. de offic. proconf. l. ejus est, & l. nihil tam naturale,* ubi

Ca-

Cagnol. *num.* 4 *ff. de Reg. Jur. & cap. prudentia*, §. *ceterum*, *de offic. deleg.* & benè tradit Stephan. Federic. *de interpret. jur. par.* 1. *nu.* 73. tum quia Leo Decimus & Clemens Septimus communicarunt Fratribus Minoribus facultates concessas Dominicanis & Carmelitis ac aliis Mendicantibus, sed isti possunt recipere & conferre Habitum Tertiariis sæcularibus ex Bullis Eugenii Quarti & Martiri Quinti ac Julii Secundi, ergo etiam illi hoc est Fratres Minores, prout aliis etiam rationibus probat *Rota in Ulixbonen. Juris conferendi Habitum coram* Merlino, *apud* Tamburin. *de Jure Abbatiss. in fine Operis, decision.* 9. *num.* 1. 13. 16. 17. & 19. ¶ Vide tamen supra 1635. 25. Maii, ubi hæc Decisio citata, cum sua adnotatione.

1636. 19. Jul. —— Non licet Curatis Parochialium Ecclesiarum sepelire Cadavera Defunctorum, nec Officia facere in Ecclesiis Regularium absque expressa licentia Superioris Ecclesiarum ipsorum Regularium, non obstante contraria consuetudine, ut resolvit *Congregat. Rit. in Toletana de Baraxas*, *apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis*, *Decreto IX.* 2688

1636. 26. Aug. —— Etiamsi Clericus sit Miles S. Jacobi, Causa spectat ad Episcopum, nisi Privilegia Militiæ habeant derogationem specialem, ut respondit *Congregat. Immunit. Ecclesiast. in Lauden. apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Causarum cognitio, *num.* 3. 2689

1636. 24. Sept. —— Clericus sæcularis nihil potest prætendere propter Exequias & Sepulturam Monachorum aut Fratrum extra Claustra morientium, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular.* & antea *anno* 1634. 24. *Novemb. apud* Murga *in Tract. de Benefic. Ecclesiast. quæst.* 2. *sect.* 2. *num.* 703. *pagin. mihi* 237. 2690

1636. 1. Oct. —— Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum de Congregatione Italiæ conceditur licentia erigendi propriam Crucem in publi- 2691

publicis Processionibus, dummodo digniorem locum omnibus aliis Regularibus, qui hactenus Crucem erexerunt, concedant: Quod Sacræ Rituum Congregationis Decretum confirmat & approbat, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicit & defectus supplet *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 225. quæ incipit* Cùm sicut.

1636. 25. Oct. —— Nullus de cætero in Guardianum aut Diffinitorem vel Magistrum Novitiorum in Conventibus Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum Provinciæ Granatensis in Regnis Hispaniarum eligatur, quin prius Habitum per eosdem Recollectos gestari solitum susceperit & in dictos Recollectos per sexennium ad minus vixerit, juxta eorumdem Recollectorum Constitutiones quæ in hac parte ex certa scientia approbantur, quo autem ad reliqua illarum capitula, dummodo sint in usu & non revocata aut sub aliquibus revocationibus comprehensa vel Sacris Canonibus & Concilii Tridentini Decretis ac Constitutionibus Apostolicis & Regularibus eorumdem Recollectorum Institutis non adversentur: Fratres Minores S. Francisci de Observantia ad Recollectos hujusmodi transire non possint absq; eorumdem Recollectorum consensu, seu majoris partis ejus Conventus ad quem transire quilibet voluerit; ij autem ex Observantibus prædictis, qui ultra tres vices transitum hujusmodi fecerint, inter eosdem Recollectos amplius admitti nullo modo valeant: & propterea mandatur in virtute Sanctæ obedientiæ omnibus dicti Ordinis Superioribus, & sub privationis Officiorum ac Excommunicationis & aliis Censuris ac pœnis Ecclesiasticis ipso facto incurrendis, ne Statuta eorundem Recollectorum mutare audeant. *Urbanus VIII. in Bull. Rom. tom. 5. Constit. 226. quæ incipit* Cum sicut.

1636. 24. Nov. —— Privatum ædificium altius tolli prohibetur, quando ex eo discooperirentur Religiosi vel Religiosæ intra proprium Monasterium,

Cinus

Cinus *in l. altius*, Covar. *lib. 3. var. cap. 4. num. 8.* Marsil. *singul.* 154. ubi admittit opinionem Cini, quotiescunque ex novo ædificio gravissimum immineret Monasterio præjudicium, etiamsi non fiat ad æmulationem, & hoc propter publicam utilitatem, quæ à Religiosis Domibus provenit, Anton. Gomez *ad l. 46. Tauri, num. 6.* ubi *numer. 9. ait quod* ubi ædificium nocet Ecclesiæ vel Monasterio, compelli potest Dominus ædificii vendere servitutem altius non tollendi, Cabedus *decision. 151. num. 1. & 2.* Muta *decis. 8. num. 6. & 7.* & ex eis dixit *Rota in Gerunden. altius non tollendi coram* Coccino, *decis. recent. part. 5. tom. 2. decis. 599. numer. 37. & duobus seqq.* & refert etiam Zacchias *qq. medico-leg. tom. 2. in fine, dec. 74.*

1636. 10. Dec. —— Effigiem S. Basilii Magni Habitu Benedictino induti & Regulam quatuor Sanctis Patribus Religiosorum Ordinum Fondatoribus coram se genuflexis tradentis omninò prohibet *Congregatio Indicis, apud* Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 2. Constitut. 585. quæ incipit* Sacra Congregatio. 2694

1636. 30. Dec. —— Fratres Mendicantes non possunt privari largitione Salis, cùm post decennium etiam involuntariè acquiratur jus sufficiens, ut respondit *Congregat. Immunit. Eccles. in Florentina, apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congregat. verb.* Mendicantes, *num. 1.* 2695

1637. 12. Jan. —— Præcedentia & dignior locus in Processionibus tam publicis quàm privatis competit & debetur Augustinianis supra Franciscanos Recollectos & Discalceatos, juxta dispositionem Bullæ Gregorianæ supra positæ & editæ anno 1583. 15. Julii: & hoc sive dicti Recollecti & Discalceati in prædictis Processionib. incedant conjunctim sive divisim: & ita in posterum servetur in Civitate Oriolensi: Quod Sacræ Rituum Congregationis Decretum approbat & confirmat *Urbanus VIII. in Bull. Rom. tom. 5. Const. 228. quæ incipit* Ex incumbenti. 3. Febr. 2696

1637. 3. Febr. —— Si Regulares lædant immunitatem Eccleſiaſticam, Judex Proceſſus eſt Epiſcopus, qui eo expleto remittit delinquentes puniendos ad Superiores, ut reſcripſit *Congregat. Immunit. Eccleſ. in Panormitana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 6. form. 20. num. 17.*

1637. 18. Febr. —— Prohibetur ſub Excommunicationis ac privationis omnium actuum legitimorum pœnis, ne ullus omninò in Provinciis S. Bernardini & S. Mariæ Magdalenæ in Gallia Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia gaudeat Privilegiis Patrum Provinciæ: & propterea mandatur in virtute ſanctæ obedientiæ, ut abſolutè tales Patres Provinciæ ſublati ſint, non obſtante quacunque Conſtitutione vel Conceſſione Provinciali aut alia quavis, his tantùm exceptis qui fuerint aut erunt in poſterum Patres Ordinis vel Diffinitores Generales. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 229. quæ incipit* Inter graviſſimas.

1637. 6. Mar. —— Abbas Generalis non poteſt ſuæ Eccleſiæ vel Ordini ſive ignoranter ſive ſcienter præjudicare, Calder. *conſ. 5. num. 1. de confeſſ.* Caſtr. *conſ. 338. num. 3. lib. 1.* & ex eis dixit *Rota in S. Angeli Lambardorum. Juriſdictionis coram* Pirovano Decano, *deciſ. recent. par. 7. deciſ. 203. num. 10.*

1637. 4. Apr. —— Conſtitutio ſupra poſita & edita anno 1624. 9. Auguſti, in qua dicitur quod non liceat Fratribus Congregationis Hiſpanicæ Ss. TRINITATIS de Redemptione Captivorum, poſt emiſſam in dicta Congregatione Profeſſionem, ad alium Ordinem ſeu Religionem (præterquàm Fratrum Carthuſianorum) tranſire, comprehendit etiam Ordinem Fratrum Minimorum S. Franciſci de Paula: Si quis igitur Religioſus ex prædictis Diſcalceatis jam Profeſſus novam Profeſſionem in prædicto Minimorum vel alio Ordine emiſerit, ultra pœnas in præcitata Conſtitutione appoſitas, Profeſſionem in Ordine Carthuſianorum emiſſam abſque licentia prius petita & obtenta à Superioribus

bus dictæ Congregationis Discalceatorum ipso facto nullam declarat *Urbanus VIII, apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 4. Constit. quæ incipit* Aliàs, *post Constit. 22. hujus Pontific.*

1637. 24. Apr. —— Capitulum Generale Congregationis Clericorum Ministrantium Infirmis de sexennio in sexennium dumtaxat juxta Congregationis hujusmodi Constitutiones celebretur: & Generalis & alii Superiores in Capitulis Generalibus seu in Consulta Generali eligi soliti, scilicèt Procurator Generalis & Provinciales ac Secretarius dictæ Consultæ liberè & licitè possint & valeant Officia sua per totum sexennium exercere. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 231. quæ incipit* Exponi. 2701

1637. 27. Apr. —— Monasterio habenti Curam Animarum debentur Primitiæ, non autem Rectori curam actualem exercenti uti Vicario, Innoc. *in cap. Pastoralis, il* 1. *de privil.* ubi etiam Abb. *num.* 7. Petr. de Ubald. *de Union. cap.* 2. *num.* 1. *&* 22. Garz. *de Benefic. par.* 12. *num.* 23. & ex eis dixit *Rota in Tarraconen. Primitiarum coram* Pirovano Decano, *decis. recent. par.* 7. *decis.* 212. *num.* 1. confirmata *die* 2. *Dec. ejusd. anni coram* Carillo, *ibid. decis.* 254. 2702

1637. 1. Jul. —— Bona Ecclesiastica solita alienari, si non fuerint applicata & incorporata Mensæ Prælati, tunc sine solemnitate amplius concedi non possunt, juxta Guidopap. *decis.* 54. Clar. *in §. feudum, qu.* 13. *vers. benè verum*, Schrad. *de feud. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 24. Rosental. *itid. de feud. cap.* 8. *concluf.* 33. Ferdin. à Castr. Pal. *de Relig. tom.* 2. *tract.* 11. *§.* 4. *nu.* 3. & ex eis dixit *Rota in Gerunden. Scribaniæ coram* Merlino, *decis. recent. par.* 7. *decis.* 293. *num.* 18. 2703

1637. 8. Jul. —— Revocatur Constitutio (de qua supra, 1628. 4. Maii) quoad biennale Definitorum Officium & ejus biennalem vacationem, sed in Congregatione Casinensi libera sit unicuique Prælatorum facultas idoneos eligendi: Abbates verò Monasteriorum mutari vel suspendi aut deponi possint 2704

ſint in dictæ Congregationis Dieta infra annum celebranda, non obſtante præcitata Conſtitutione quæ in ſuo robore permaneat quoad Decanos in dicta Dieta nullatenus creandos. *Urbanus VIII. apud* Margarin. *in Bullar. Caſinen. tom.* 1. *Conſtit.* 313. *qua incipit* Circumſpecta.

1637. 14. Aug. —— Abbates & Procuratores, quibus cura incumbit exigendi à quibuſcunque obligatis taxas Contributionum pro eorum Religione, niſi ſedulam diligentiam in exigendo præſtiterint, non interveniant Capitulo generali, non confirmentur in munere, non promoveantur ad ſuperiores gradus, non excipiant Novitios, priventur voce activa & paſſiva, cadant à Prælatura, & inhabiles reddantur ad alia officia: Dictis pœnis ſubjaceat etiam Procurator Generalis, qui neglexerit temporibus ſtatutis exhibere notulam diſtinctam ſubſidiorum ad ſe perventorum, & omnium qui in ſolutionibus defecerint, ut declarari poſſint pœnis obnoxii, prout reſcripſit *Congregatio Epiſcopor. & Regular. in una Olivetanor. apud* Petra *in Commentar. ad Conſtitut. Apoſtolic. tom.* 4. *circa Conſtitut.* 3. *Benedicti XII. ſub numer.* 8. *&* 10. *pag. mihi* 136.

1637. 29. Aug. —— Omnibus tam Superioribus quorumcunque Ordinum in Urbe & ejus Diſtrictu exiſtentium quàm particularibus Religioſis & Eccleſiaſticis quibuſcunque mandatur, ne in poſterum ſive Religionis nomine ſive particulari audeant per ſe vel alios exercere in ſuis Conventibus aut alibi ullam venalem artem, præterquàm pro ipſorum uſibus: Pharmaca quoque & alia quævis opificia abſque licentia vendere non poſſint, aliter ipſo facto pœnam ſuſpenſionis à Divinis & privationis Officiorum obtentorum ac inhabilitatis ad alia obtinenda & vocis activæ atque paſſivæ incurrant ut cenſuit *Congregat. Viſitat. Apoſtolic. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto XI.* & refert etiam Margarin. *in Bullar. Caſinen. tom.* 1. *Conſtit.* 314. *qua incipit* Cùm non deceat, *& refert etiam* Lèzana *in Sum-*

Summa Quæst. Regular. tom. 4. verb. Negotiatio, num. 6. pag. 423.

1637. 4. Sept. —— Milites Hierosolymitani si habeant facultatem testandi, possunt sine alia licentia Sepulturam eligere, ut declaravit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 2. Constitut. 9. Innocentii III. sect. unic. numer. 26. pag. mihi 268.* & refert etiam Pascucc. *in Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 1. tit.* de Funeribus, *pag. mihi 306.* 2707

1637. 1. Oct. —— Nullus Frater aut Consanguineus in primo & secundo gradu Ministri Provincialis de Provincia Granatensi Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, Provincialatus Officium hujusmodi dimittentis, immediatè post ipsum in Ministrum Provincialem dictæ Provinciæ eligi quoquo modo possit & valeat: & propterea mandatur omnibus & singulis dictæ Provinciæ & Ordinis hujusmodi: Superioribus & Fratribus ac Personis, ad quos spectat & pro tempore spectabit, ne quidquam contra præsentium litterarum continentiam & tenorem facere vel attentare audeant seu præsumant. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 234. quæ incipit* Cùm sicut. 2708

1637. 2. Oct. —— Fratres Religionis Beati Joannis de Deo habendi sunt pro veris Religiosis, proindèque locorum Ordinarii volentes procedere contra aliquem illorum intra Claustra degentem & extra ea ita notoriè delinquentem ut Populo scandalo sit, tenentur observare formam Decreti Clementis Octavi supra positi & editi anno 1596. 23. Februarii, prout inviolabiliter observari mandat *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto. XII.* 2709

1637. 13. Oct. —— Nemo Libros aut Quinterna vel Folia sive impressa sive manuscripta Bibliothecis, aut Paramenta & Ornamenta quæcunque Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum Provinciæ Granatensis dona- 2710

ta vel donanda audeat vel præsumat ex dictis Bibliothecis & Ecclesiis respectivè extrahere, seu quibusvis aliis Ecclesiis & Monasteriis ac Locis Piis aut Personis commodare, sive ut extrahantur seu commodentur permittere: Et hoc sub Excommunicationis ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis per contrafacientes incurrendis intendit ac prohibet. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 235. quæ incipit* Conservationi.

1637. 16. Oct. —— Quando Religiosus aliquis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Recollectorum de Provincia Granatensi à perfecta suæ Regulæ Observantia declinaverit, tunc & eo casu possint Diffinitor & quatuor Guardiani dictorum Fratrum Recollectorum sese congregare, sique apud Ministrum Provincialem Fratrum Minorum eorumdem institerint pro illius Religiosi Recollecti amotione & transmissione ad Fratres de Observantia nuncupatos, dictus Minister Provincialis teneatur eundem Fratrem ex Recollectis removere, illumque inter dictos Fratres de Observantia recipi facere liberè & absolutè & absque ulla prorsus mora & tergiversatione. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 236. quæ incipit* Cùm sicut.

1637. 21. Nov. —— In deferendis Cadaveribus ad Ecclesias, possunt Hæredes Defunctorum vocare numerum Religiosorum sibi benè visum: Cadavera autem efferri seu tolli non possunt ab aliis etiam Regularibus & quibuscunque, non vocato nec expectato Parocho, nisi ipse Parochus aliud permiserit vel adesse recusaverit: Quotiescunque tamen Cadavera ad Ecclesias Regularium deferuntur, Officia super eis peragi debent non à Canonicis nec aliis, sed ab ipsismet Regularibus in propriis eorum Ecclesiis. Unica denique Crux in Cadaveribus efferendis est deferenda, & illa esse debet illius Ecclesiæ ad quam Corpus Defuncti defertur, ut decrevit *Congregat. Rit. in Camerinen. Terræ Mothelicæ*, apud Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decret.* X. &

X. & refert etiam Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Exequiæ, *sub num.* 7.

1637. 27. Nov. —— Quando Monasterium reperitur taxatum in Libris Cameræ ultra florenos ducentos auri, intrat reservatio Regulæ secundæ, etiam quod agatur de Monasterio habente Conventum, cùm sit solitum commendari, Sarnen. *de subrog. collitig. qu.* 15. *in fin.* Mandos. *super hac reg. qu.* 3. *num.* 5. Cockier *super hac reg. num.* 20. hujusmodi enim Monasteria cum æquiparentur Episcopatibus, providentur in Consistorio, Lap. *allegat.* 84. *num.* 11. *vers. & de illis*, & ex eis dixit *Rota in Virdunen. Monasterii coram* Coccino Decano, *decis. recent. par.* 7. *decis.* 250. *nu.* 18. *& seq.* 2713

1637. 3. Dec. —— Capitulum Generale Fratrum Reformatorum Discalceatorum Ordinis Ss. TRINITATIS Redemptionis Captivorum de Congregatione Hispaniarum pro illius Ministri Generalis electione facienda legitimè congregatum possit & valeat hujusmodi electionem factam juxta formam sibi præscriptam confirmare, ita quod Minister Generalis hujusmodi noviter electus & à Capitulo Generali confirmatus, nulla alia confirmatione indigeat, sed statim possit exercere officium Ministri Generalis totius Congregationis Fratrum Discalceatorum hujusmodi, cum ipsismet auctoritate & facultatibus ac præeminentiis quæ aliis Superioribus Generalibus aliorum Ordinum ex Privilegio Apostolico vel aliàs quomodolibet competunt & concessæ sunt. *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom.* 4. *Constit.* 148. *quæ incipit* Exponi. 2714

1637. 11. Dec. —— Jus non assistit Ordinariis contra Regulares, quinimo excipiuntur propter regularem observantiam, quæ in eorum Monasteriis viget & de jure competit, etiam quod Ordinarii sint Sedis Apostolicæ delegati, *Clem.* 2. ubi Gloss. *in verb. alia*, & ibi Vitalin. *in §. hoc igitur, num.* 4. *& seq. de stat. Monach.* ut dixit *Rota in Oscen. Jurisdictionis coram* Pirovano Decano, *dec. rec. par.* 7. *dec.* 260. *n.* 5. *& 6.* 2715

1637. 18. Dec. —— Litteras in Arbensi & Saonensi ac Cassanensi & Ferentina à Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione emanatas super præcedentia inter Regulares diversarum Religionum quod scilicet antiquior in loco Conventus habeat digniorem locum in Processionibus, tanquam declarationes generales ubicunque observandas esse præcipit & mandat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 239. quæ incipit* Nuper, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 17. ejusd. Pontific. in addit. pag. mihi* 427. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 14. num. 3. pag.* 127. necnon Lantusca *in supplem. ad Theatr. Regular. verb.* Præcedentia, *sub num. 1. pag. 709.* 163

1638. 16. Jan. —— Absolutionem seu Communicationem omnium Indulgentiarum & piorum Operum, quam Fratres Ordinis Beatæ MARIÆ de Mercede Redemptionis Captivorum facere solebant in die Feriæ quintæ majoris Hebdomadæ *in suis* Ecclesiis, in diem festum S. Petri Nolasco primi Ordinis hujusmodi Professoris perpetuò commutat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 4. in Appendice, Constit. 19. quæ incipit* Cùm sicut. 163

1638. 23. Jan. —— Imagines S. Augustini & S. Nicolai de Tolentino ac aliorum Sanctorum Ordinis S. Augustini, impressæ aut depictæ à Fratribus Discalceatis ejusdem Ordinis cum Habitu, quo ipsi Discalceati utuntur, suspendantur & aboleantur ac talia non peragantur amplius: Quod Sacræ Rituum Congregationis Decretum approbat & confirmat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 240. quæ incipit* Exponi, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 18. ejusd. Pontific. in addit. pag. mihi* 428. ac Matthæucc. *in Offic. Cur. Regular. tom. 2. cap. 3. pag. 16.* nec non Lantusca *in Theatro Regular. in supplemen. verb.* Sanctorum Imagines, *num. 2. pag. mihi 734.* 163

1638. 11. Febr. —— Tempus legendi Constitutiones Apostolicas (de quibus supra, 1633. 14. Apr.) deter-

determinatum pro Feria sexta post Festum Assumptionis Sanctissimæ VIRGINIS extenditur ad totum residuum Mensis Augusti, quam gratiam omnibus Regularibus suffragari voluit *Urbanus VIII. in Congregat. S. Inquis. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto XIII.* & refert etiam Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 315. quæ incipit* In Generali.

1638. 15. Febr. —— Capitulum Provinciale à Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Recollectorum de Provincia S. Bernardini in Gallia celebratum in spretum & contemptum Litterarum Apostolicarum, cum omnibus inde secutis, irritat & revocat ac annullat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 242. quæ incipit* Cùm, sicut accepimus. 2720

1638. 2. Mar. —— Nonnulla observanda circa Lectorum jubilationem in Cismontana Familia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia statuit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 243. quæ incipit* Cùm sicut accepimus, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 19. ejusd. Pontific. in addit. pag. mihi* 429. ac Julius de Venetiis *in Chronologia Historico-leg. Seraph. Ord. pag. mihi* 3. 2721

1638. 10. Mar. —— Distinctio Mensæ inter Abbatem & Conventum non datur, ubi Monachi non possunt habere proprium: potest tamen dari hujusmodi Monachis concessio alicujus portionis ad usum legitimum, juxta ea quæ tradit Navarr. *in Comment. 3. de Regular. sub num. 10. §. & secundum*: Abbas autem ex actibus à se solo gestis non inducit divisionem inter propriam & Mensam Conventualem, ut dixit *Rota in Gerunden. Administrationis coram* Ghisilerio, *decis. recent. par. 8. decis. 21. num. 5. & 8.* 2722

1638. 11. Mar. —— Ordinariis locorum committitur, ut provideant & decernant, ne Parochi plus percipere possint in Sepulturis quæ fiunt in Ecclesiis Regularium quàm in eis quæ fiunt in propriis seu aliorum Clericorum. *Urbanus VIII.* 2723

in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 244. quæ incipit Cùm sicut, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 20. ejusd. Pontific. pag. mihi* 430. Donatus *in Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract.* 10. *quæst. 16. num. 3.* ac Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Parochus, *num. 1. pag. mihi* 396.

1638. 17. Mar. —— Fratres Strictioris Observantiæ S. Francisci Reformati de Provincia Principatus non erigant Conventum in Civitate Neapolitana: Quoties ægroti Custodiæ dicti Principatus Neapolim perveniunt, charitativè à Fratribus Terræ Laboris dicti Ordinis recipiantur: Quoties verò pro necessariis & honestis negotiis præfati Fratres Principatus Neapolim confugiunt, ab ipsis tractandis minimè impediantur: Quoties denique pro ejusdem Custodiæ occurrentibus negotiis eandem Civitatem Neapolitanam adeunt, de necessariis benignè provideantur, sed Custos Principatus sit circumspectus, ne plures simul mittat: Quam Concordiam inter dictas duas Custodias initam & ab Ordinis Protectore firmatam approbat & confirmat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 251. quæ incipit* Christi Salvatoris nostri.

1638. 21. Mar. —— Superioribus Localibus permittitur, ut Ordinationes Urbanas de celebratione Missarum supra positas & editas anno 1625. 21. Junii possint in posterum facere perlegi vel dicti ipsis Ordinationibus præscripta vel infra terminum decem dierum immediatè subsequentium, prout permittit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto XIV.* ad instantiam *Procuratoris Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini*, & refert etiam Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constitut. 39. quæ incipit* Procurator. ¶ Dictas Ordinationes legi posse infra terminum unius mensis subsequentis à die præscripta concedit *ead. Congregat. d. anno 1638. 16. Apr. apud* eosdem, *ibidem*, ad instan-

stantiam *Procuratoris Generalis de Congregatione Lateranensi*.

1638. 12. Apr. —— Abbates & Superiores Monasteriorum pauperiorum de Congregatione Montis Oliveti, de Abbatis seu Procuratoris Generalium licentia & assensu, unum vel plures census innuos super suorum Monasteriorum Bonis imponere, illosque aliis ditioribus dicti Ordinis Monasteriis tantùm alienare, seque & dicta Monasteria sivè illorum Bona ad hujusmodi solutionem faciendam obligare posse concedit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 245. quæ incipit* In iis præcipuè. 2726

1638. 14. Apr. —— Abbati Generali Silvestrinorum non licet uti in celebratione Missæ Paramentis Pontificalibus per solam communicationem Privilegiorum aliis Abbatibus concessorum, absque speciali Indulto, ut censuit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par. 2. tit. 13. form. 3. num. 34. pag. mihi* 116. 2727

1638. 11. Maii. —— Constitutio Gregoriana (de qua supra, 1574. 17. Apr.) pro Monachis Congregationis Casinensis emanata, cum omnibus in ea contentis, approbatur & innovatur: necnon omnibus & singulis quoruncunque Monasteriorum dictæ Congregationis Abbatibus & Superioribus pro tempore existentibus præcipitur in virtute sanctæ obedientiæ ac sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna, ne ad instantiam Personarum extra gremium dictæ Congregationis existentium quosvis Congregationis ejusdem Monachos ad cujusvis generis officia & gradus deputare præsumant: eosdemque Monachos ad prædictas Personas de dicto gremio non existentes pro dictis gradibus & officiis obtinendis recurrentes, prædictas Excommunicationis latæ sententiæ & alias inhabilitatis & privationis pœnas in præcitata Constitutione Gregoriana comminatas eo ipso incurre- 2728

re & incurriſſe declarat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 248. quæ incipit* Aliàs.

1638. 13. Maii. —— Miniſtro Provinciali & aliis Officialibus ac Fratribus pro tempore exiſtentibus Ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum de Provincia Romana mandatur in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub ſuſpenſionis & irregularitatis atque depoſitionis ab eorum officiis ac perpetuæ privationis vocis activæ & paſſivæ ipſo facto incurrendæ & aliis arbitrio pro tempore exiſtentis dicti Ordinis Protectoris pœnis, ut Miniſtrum Generalem & Procuratorem Generalem (dum vices ipſius Miniſtri Generalis ſuſtinet, & eſt Commiſſarius Generalis eorumdem) in ſuos Superiores recipiant & agnoſcant, eorumque ſalubria monita & juſſa ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 247. quæ incipit* Injuncti.

1638. 22. Maii. —— Quandocunque Sacerdos aliquis ſive Sæcularis ſive cujusvis Ordinis Regularis Miſſam Defunctorum pro Anima cujuſcunque Fidelis ad Altare Capellæ S. Catharinæ exiſtentis in Eccleſia S. MARIÆ ſuper Minervam de Urbe Ordinis S. Dominici celebrabit, Anima ipſa de theſauro Eccleſiæ per modum ſuffragii Indulgentiam conſequatur, ita ut à Purgatorii pœnis liberetur: Indulgentiam quoque Plenariam Viſitatoribus dictæ Capellæ concedit *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 146. quæ incipit* Cùm ſicut.

1638. 19. Jun. —— Corrector Generalis Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Romæ, pro eiiciendis incorrigibilibus, ultra tres ſuos Collegas, loco Provincialis & duorum ejus antiquiorum Collegarum, poteſt aſſumere Zeloſum ſeu Procuratorem Generalem Ordinis necnon Superiorem Conventus Romani & ejus Socium Seniorem, ut concedit *Congregat. Concil. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto II.*

25. Jun.

1638. 25. Jun. —— Superiores Congregationis Somaſchenſis (graduum ordine ſervato) poſſunt ſibi invicem facultatem impertiri confitendi peccata propria extra Ordinem: hoc eſt, locorum Præſides à Provincialibus, ſeu Viſitatoribus hanc impetrare poterunt facultatem: Provincialis verò, ſeu Viſitatores, Generaliſque Procurator à totius Religionis Generali Præpoſito; qui tandem Generalis Præpoſitus ab eo Patrum numero, qui Congregationem Generalem repræſentant, eandem obtinere debebit facultatem: Quæ omnia ita intelligenda ſunt, ut non propterea obligentur iidem Patres Superiores ad hanc facultatem petendam toties, quoties ea nominatim indiguerint, ſed ſufficit eam ſemel petere, cùm onera ſibi injuncta aggredientur, eaque generatim uti poterunt quouſque munera iis impoſita abſolverint, ut declaravit *Congregat. Epiſcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto XV. pag. pag. mihi* 451. & habetur etiam *in Libro Privilegior. d. Relig. pag.* 173. 2732

1638. 5. Jul. —— Statutum Hieroſolymitanæ Religionis de non concedendo Habitum illis quorum Patres propriis manibus in artibus ſordidis laboraverint, non procedit in his qui voluntatiè artem agrariam exercuerunt, ſed tantùm in his qui ruſticè vivunt in agris & nulla prorſus habita Nobilitatis ratione mercenariè in hujuſmodi operibus ſuam perſonam exercent, & tam humili & tam abjecto animo ſe ruſticis laboribus immiſcent, ut ab honeſtis & urbanis negotiis ſe abſtineant, ut declarat Paſchalis *de virib. patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 47. Pacius Scala *de conſ. ſapient. cap.* 7. *circa med. verſ. ſed ego*, & ex eis dixit *Rota in Placentina Admiſſionis ad Habitum coram* Rojas, *deciſ. recent. par.* 8. *deciſ.* 78. *num.* 23. & 24. 2733

1638. 9. Jul. —— Quoad Conventus & Hoſpitalia Congregationis Beati Joannis de Deo, in quibus erunt duodecim Religioſi, Epiſcopi nullatenus ſe inge- 2734

ingerant: & quoad illos Conventus seu Hospitalia, in quibus erit minor Religiosorum numerus, iidem Episcopi possint insimul cum Provinciali vel alio majori ejusdem Congregationis Superiore ad revisionem computorum administrationis eorumdem Hospitalium procedere, ita tamen ut contra Personas in nihilo prorsus se immisceant. *Urbanus Octav. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. qua incipit* Cùm sicut, *statim post Constit. 71. Alexandri VII.* & refert etiam Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 21. ejusd. Urbani, in addit. pag mihi* 431.

¶ Hanc dispositionem confirmat Alexander VII. anno 1659. 5. Nov. *in d. Bullar. Rom. Constitut. 71. qua incipit* Exponi.

1638. 20. Jul. —— Interdicitur & prohibetur sub Excommunicationis ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis per contrafacientes incurrendis, ne de cœtero quisquam Libros vel Quinterna aut Folia sive impressa sive manuscripta ex Bibliothecis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum extrahere sive ut extrahantur permittere audeant seu præsumant: Provincialibus tamen & Diffinitoribus dicti Ordinis conjunctim procedentibus permittitur, ut per eorum Syndicos possint Libros inutiles cum aliis utilibus commutare: Superioribus verò singularum hujusmodi Domorum conceditur, ut dictos Libros valeant extrahere pro usu Prædicatorum Ordinis: ac Fratribus facultas tribuitur illos ad suas Cellas deferendi, relictis tamen in Bibliotheca nominibus suis & Librorum: Postquam autem dicti Prædicatores & Fratres illis usi fuerint, illicò ad Bibliothecas sub eisdem pœnis reportent. *Urbanus Octav. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 249. qua incipit* Conservationi.

1638. 3. Sept. —— Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad audiendas Confessiones, nequaquam censentur approbati ad audiendas Confessiones Monialium, ideoque nullus Regularis sine licentia

centia Provincialis ac speciali approbatione Episcopi potest, nec debet ad hujusmodi Monasteria pro Monialium Confessionibus audiendis accedere, prout censuit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Jubilæum, *numer. 2. pag. 294.*

1638. 6. Sept. —— In Parochialibus, quæ sunt Membra Monasteriorum Congregationis Cassinensis aut aliàs ab ipsis dependentes, Cura Animarum exerceri potest etiam per Monachos ad suorum Superiorum nutum amovibiles, ita tamen ut iidem prius examinentur & approbentur ab Episcopo & ejus jurisdictioni subiiciantur in his quæ ad ipsam Curam & Sacramentorum administrationem pertinent, & cum eo qui ad eam exercendam fuerit pro tempore deputatus, habitet alius saltem Monachus ejusdem Ordinis Professus ad præscriptum Concilii Lateranensis sub Alexandro III. cap. 10. Quod Decretum Sacræ Congregationis Concilii approbat & confirmat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 253. qua incipit* Aliàs, *& referunt etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 22. ejusd. Pontific. in addit. pag. mihi* 431. Margarin. *in Bullar. Casinen. tom. 1. Constitut.* 318. ac Murga *in Appendice ad Commentar. in Constitut. Apostol. in fine*, & iterum *in Tract. de Benefic. Eccles. quæst. 2. artic. 1. numer. 75. pagin.* 31. 2737

1638. 5. Oct. —— Omnibus & singulis locorum Ordinariis & Sedis Apostolicæ Nunciis mandatur, ne permittant quemquam deferre Tunicam simplicem oblongam cum vel sine Mantello Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, absque licentia in scriptis Superiorum prædictæ Religionis: & præterea nemini licitum faciant, ut Habitum hujusmodi cum Caputio vel Tunicæ seu Mantello consuto deferat, etiamsi accesserit scripta Superiorum dicti Ordinis licentia. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 254. qua incipit* Cùm sicut, *& refert etiam* 2738

etiam Peyrin. *de Privil. Regul. tom.3.Conſtit.23. ejud. Pontific. in addit. pag. mihi* 432.

1638. 8. Nov. —— Nonnulla Statuta pro felici gubernio & directione univerſi Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum in Capitulo Generali Beatæ MARIÆ de Aracœli edita confirmat & approbat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 257. qua incipit* In ſupremo Apoſtolatus ſolio, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. hiſtorico-leg. Seraph. de Ordin. pag. mihi 7.* 2739

1638. 13. Nov. —— Prælati Nullius veniunt ſub nomine Ordinariorum, non autem ſub nomine Epiſcoporum, unde eorum juriſdictio non dicitur Epiſcopalis, ſed quaſi, ut reſcripſit *Congregat. Concil. in una Nullius Guaſtall. apud* Nicol. *in Floſcul. verb.* Nullius, *num.1. ubi num.3. ait, quod* Prælati nullius poſſunt Parochis ſibi ſubditis concedere licentiam abſentiæ ad præſcriptum *cap. 1. ſeſſ.23.* 2740

1638. 17. Nov. —— Decretum Sacræ Rituum Congregationis ſupra poſitum & editum anno 1602.10. Junii quoad Monachos Congregationis Caſſinenſis non cogendos ad intereſſendum niſi Proceſſioni Ss. SACRAMENTI approbat & confirmat *Urb.VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. in Conſtit. 255. qua incipit* Nuper, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Conſtitut. 25. ejuſdem Pontific. pagin. mihi* 433. 2741

1638. 27. Nov. —— Officium ſuper Cadaveribus in Eccleſiis Regularium ſpectat & pertinet ad ipſos Regulares, non autem ad Curatos Defunctorum, prout juxta alia reſoluta & non obſtante contraria conſuetudine, ita in poſterum ſervari mandavit *Congregatio Rituum, apud* Lantuſca *in Theatro Regular. verb.* Exequiæ, *ſub nu.4. pag. mihi* 240. 2742

1638 2. Dec. —— Quotieſcunque de cœtero Feſtum S. Franciſci Xaverii in primam Dominicam Adventus inciderit, celebratio hujuſmodi Feſti transferatur in unum ex diebus infra Octavam Feſti præfati: 2743

fati: Cum Festo quoque translato etiam Indulgentiam Plenariam (quam Gregorius Decimusquintus omnibus & singulis Presbyteris & Clericis Societatis JESU, ac aliis utriusque sexus Christi fidelibus aliquam ex Ecclesijs dictæ Societatis in dicto Festo Visitantibus concessit) transfert *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. in Constitut. 256. quæ incipit* Aliàs. ¶ Hanc Indulgentiam, prædicto casu eveniente, ad feriam secundam post dictam primam Dominicam Adventus perpetuò transfert Innocentius X. anno 1651. 27. Oct. *ibidem Constitut. 48. quæ itidem incipit* Aliàs ¶ Vide supra 1622. 8. Jun.

1638. 10. Dec. —— Correctori Generali Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula conceditur facultas dispensandi super Statuto edito in Capitulo Generali Massilienſi ejusdem Ordinis, in quo dicitur quod Clerici assignati in Studentes nullo modo ad Ordinem Presbyteratus mittantur, antequam sex annos in Studiis consumpserint: Hæc tamen dispensatio ad prædictum Presbyteratus Ordinem suscipiendum cum illis tantùm Clericis studentibus fiat, qui triennium in dictis Studiis absolverint, & dummodo in eis cętera requisita concurrant ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini & Ordinis prædicti Constitutionum, ut concedit *Congregat. Episcopor. & Regular. apud* Peyrin. *de Privileg. Regular. in fine Operis, Decreto III.* 2744

1639. 14. Ian. —— Consanguinei Defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium sepeliuntur, illis parentare in Parochialibus & aliis Presbyterorum Ecclesiis etiam Cathedralibus compelli nullo modo possint: Si quæ verò immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur, legitimè probetur, & interim præsens Decretum ad unguem servetur, prout servari mandavit *Congregatio Episcopor. & Regular. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Exequiæ, *sub num.* 11. *pag. mihi* 241. 2745

1639. 15. Feb. —— Omnes & singuli Ordinis Sancti 2746

cti Hieronymi de Congregatione Fesulana, qui pro assequendis ejusdem Ordinis & Congregationis Prælaturis & Dignitatibus ac Administrationibus ad Personas de gremio dictæ Congregationis non existentes recurrerint vel obtinere quæsiverint aut spontè oblatis usi fuerint, illorumque complices & fautores, perpetuò inhabiles declarantur ad dictos gradus & honores, obtentis eo ipso privantur, ac sic privati careant voce tam activà quàm passivà: ideo in virtute sanctæ obedientiæ ac sub Excommunicationis latæ sententiæ pœna præcipitur omnibus dicti Ordinis & Congregationis Fratribus & Superioribus ac Prælatis etiam Priori Generali, ne quemquam hujusmodi precibus adducti ad dictas Prælaturas & Dignitates ac Administrationes promovere vel pœnas aliquas remittere audeant. *Urbanus VIII. in Bullar. Roman. tom. 5. Constitut. 258. qua incipit* Quoniam.

1639. 11. Mar. —— Priori Generali atque illius 274
Assistentibus & Procuratori Generali Ordinis S. Augustini prohibetur sub gravissimis pœnis etiam Excommunicationis, ne quis illorum audeat aliquem ex Fratribus dicti Ordinis commendare Officialibus & Vocalibus alicujus Provinciæ pro assequendo Officium Provincialatus vel aliud quodcunque, nisi re proposita atque discussa in Congregatione bis habenda in hebdomada per dictum Priorem Generalem cum interventu duorum Assistentium ac Procuratoris Generalis: Hoc autem Decretum à Sacra Episcoporum & Regularium Congregatione, Sanctissimo annuente, jam antea emanatum, ob multas rationes denuò allatas revocari mandavit *Urbanus VIII. apud* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Commendationes, *sub numer.* 1. *pagina mihi* 564. *in Supplement.*

1639. 10. Maii —— Conventus Mendicantium sunt 274
exempti, etiam quoad solutionem subsidii triennalis,

nalis, prout declaravit *Congregatio Immunitatis Ecclesiastica in Spoletana*, *apud* Riccium *in Synopsi Decretor. d. Congreg. sub verb.* Mendicantes, *n.* 3.

1639. 12. Maii —— Majoris & Minoris Poloniæ ac omnes aliæ Cismontanæ Custodiæ Fratrum 2749
Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum, quæ duodecim saltem Conventus habent, in Provincias Reformatas Ordinis hujusmodi proprium nomen retenturas, addito solummodò quod sint Reformatæ, eriguntur: Dictæ Provinciæ habeant Procuratorem Generalem à pro tempore existente dicti Ordinis Protectore eligendum, qui in Capitulis & Congregationibus ac Diffinitoriis Generalibus sedeat immediatè post Procuratorem & Commissarium Generalem dicti Ordinis, & in eis votum habeat ut Procurator Ordinis & Commissarius Curiæ, sed finito officio remaneat Pater Ordinis perpetuus cum Privilegiis Procuratori de Observantia & Commissario Curiæ concessis: Quando Minister Generalis erit ex Ultramontana Familia, Commissarius Generalis eligatur ex Familia Cismontana: idem servetur in electione Vicarii Generalis, quando Minister Generalis ex Cismontana Familia discessurus est ultra montes: Diffinitores Generales ex diversis Provinciis eligantur, quorum tamen quatuor ex Familia, & duo ex Reformatis esse debeant: Dicti Reformati & eorum Conventus nisi per Patres alicujus ex Provinciis reformatis hujusmodi visitari minimè possint, & gubernari debeant cum solis Statutis Reformationum nec à Capitulo nec à Ministro Generali immutandis, sed à Reformatis tantùm: Minister Generalis condere non possit Constitutiones ullas obligantes dictos Reformatos vel contra illos, aliter ipsi Reformati ad illius mandata non teneantur: Ad Visitationes & negotia Reformatorum non deputentur Fratres de Familia, sed ipsimet Reformati: Transitus ab Observantia ad Reformationem concedatur, & è converso ex

causis

causis in Constitutione Pauli Quinti expressis. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 263. quæ incipit* Injuncti, *& refert etiam* Julius de Venetiis *in Chronolog. historico-leg. Seraph. Ordin. pagina mihi* 13. 163

1639. 17. Maii —— Magistris acceptatis Ordinis Fratrum Prædicatorum in Provincia Romana numerum vicenarium, qui non nisi per eos qui in Studio Generali dictæ Provinciæ Regentis munere functi fuerint, præscribit & præfinit *Urbanus VIII. apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 261. quæ incipit* In his. 275

1639. 28. Maii —— Priores Provinciales de Provincia Romana Ordinis Fratrum Prædicatorum perpetuis futuris temporibus biennales sint & esse debeant, nec ultra biennium in hujsmodi Provinciatus officio perdurare possint, prout decernit & ordinat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 262. quæ incipit* Nuper. ¶ Ad instar dictæ Provinciæ & Lombardiæ etiam Priorem Provincialem de Provincia Poloniæ ejusdem Ordinis Prædicatorum biennalem esse dumtaxat, alternis vicibus eligendum ex quinque Nationibus perpetuò statuit idem Pontifex anno 1640. 6. Novembr. *ibidem Constitut. 282. quæ incipit* Domini Nostri JESU Christi. 275 163 16

1639. 30. Maii —— Assignationes & concessiones Domorum Regularium à Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia factæ Fratribus Reformatis ejusdem Ordinis confirmantur & approbantur: & in virtute sanctæ obedientiæ ac sub privationis vocis activæ & passivæ eo ipso incurrendis atque aliis arbitrio Papæ pœnis mandatur quibusvis dicti Ordinis de Observantia Superioribus & Fratribus, ne super dictis assignationibus & concessionibus Reformatos hujusmodi quomodolibet molestent. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constitut. 260. quæ incipit* Ex injuncti, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Conventus, 275 16

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tus, *sub num.* 9. ac Julius de Venetiis *in Chronolog. Historicor-leg. pag. mihi* 14.

1639. 12. Jun. —— Ille seu illi ex Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, qui pro tempore existentis Ministri Generalis ejusdem Ordinis Secretarius seu Secretarii fuerint, in Ministrum seu Commissarium Generalem Ordinis hujusmodi immediatè & per sexennium post illum Ministrum Generalem, cui in officio Secretarii inservierint, ac pariter durante dicto sexennio, si novi Ministri Generalis immediatè quocumque modo officium vacare contingat, in Vicarium Generalem nullo modo eligi possint & valeant. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 265. quæ incipit* Prospero, *& refert etiam* Julius de Venetiis *in Cronolog. Historico-leg. pag. mihi* 15. 2753

1639. 15. Jun. —— Litteras pro bono regimine Provinciæ S. Joannis Baptistæ Fratrum Minorum Discalceatorum de Observantia S. Francisci in Hispania à Clemente Octavo editas confirmat & declarat ac etiam alia de novo concedit *Urbanus Octavus apud* Cherubin. *in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 266. quæ incipit* Cùm ea, quæ, *& refert etiam* Peyrin. *de Privileg. Regular. tom. 3. Constit. 26. ejusd. Pontific. in addit. pag. mihi* 434. 2754

1639. 22. Jun. —— Omnia Privilegia & Indulta Personalia per Religiosos Congregationis Clericorum Regularium Minorum nuncupatorum quomodolibet obtenta, quæ quoquo modo Constitutionibus & Ordinationibus dictæ Congregationis adversantur, perpetuò irritat & annullat, & ne de cœtero cuiquam ullatenus concedantur nec à quoquam absque Capituli Generalis Congregationis præfatæ licentia impetrentur, statuit *Urbanus Octavus in Bullar. Roman. tom. 5. Constit. 267. quæ incipit* Romanus. 2755

1639. 27. Jun. —— Confessio Prælati contra Monasterium non valet voluntaria, sed debet esse coacta, Abb. *in cap. ultim. num. 44. de præscript.* Meno- 2756

ch. *consil* 31. *num.* 35. & 36. coacta autem non dicitur confessio, quæ in judicio quidem, sed nullo præcedente jussu & mandato Judicis emissa est, Alex. *consil.* 222. *num.* 16. *lib.* 2. Paris. *cons.* 115. *num.* 21. *lib.* 1. & ex eis dixit *Rot. in Augustana Decimarum coram* Bichio, *dec. recent. par.* 8. *decis.* 161. *n.* 18. & 19.

1639. 10. Jul. —— In Monasteriis S. Basilii del Tardon & S. Antonii de Gualliguillos Ordinis S. Basilii Magni inter Choristas & Sacerdotes non possint esse nisi unus ex quibuslibet quatuor, ita ut quarta pars Monachorum cujuslibet ex dictis duobus Monasteriis sit ex Choristis & Sacerdotibus, & reliquæ tres partes sint Laici: & nihilominus Litteras Clementis Octavi etiam quoad capitulum septimum prohibens studium Philosophiæ & Theologiæ & alia in eo expressa, sub Excommunicationis ac privationis vocis activæ & passivæ pœnis omnino observari præcipit & mandat *Urbanus Oct. in Bull. Rom. tom.* 5. *Constit.* 268. *quæ incipit* In his.

1639. 16. Jul. —— Omnia & quæcunque Privilegia personalia quomodocunque nuncupata, quibusvis Ordinis Min. S. Francisci Fratribus (Regum Prædicatoribus & Confessariis dumtaxat exceptis) quocunque titulo tam à Romanis Pontificibus quàm ab ejusdem Ordinis Protectoribus & quibuslibet Ordinis hujusmodi Superioribus hactenus concessa contra Regularia præfati Ordinis Instituta & Constitutiones Apostolicas, perpetuò revocantur & annullantur: & propterea in virtute sanctæ obedientiæ ac sub Excommunicationis & privationis vocis activæ & passivæ pœnis eo ipso incurrendis mandatur Ministro ac Vicario seu Commissario Generalibus & Ministris Provincialibus atque Ordinis ejusdem Superioribus, ut præsentes litteras exequantur. *Urbanus Octav. in Bullar. Roman. tom.* 5. *Constit.* 270. *quæ incipit* inter cœteras & *refert etiam* Julius de Venet. *in Cronolog. Historico-leg. pag.* mihi 10. Vide supra, 1625. 1. Oct. & infra 1655. 30. Apr. ac 1672. 7. Oct.

23. Jul.

1639. 23. Jul. —— Patres Provinciarum pro Ultramontana Familia Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci, quos Gregorius Decimusquintus abſtulit, reſtituuntur: ita tamen ut duo tantùm Patres Provinciæ in ſingularum Provinciarum dictæ Familiæ Ultramontanæ Diffinitorio introducantur, unus ſcilicet qui in Provincia reliquis dignior ſit, ille nimirùm qui inter Patres Provinciæ primum locum ſibi vendicat, qui quidem ſemper in Diffinitorio aſſiſtat: alter verò qui immediatè Miniſtri Provincialis Officium abſolverit, ut ſequenti etiam immediatè triennio dumtaxat eam obtineat dignitatem & in Diffinitorio aſſiſtat, ea tamen lege ut ſi iſte ex qualibet cauſa deficiat, in ejus locum ſubrogatus eo ipſo ſit qui ante ipſum Miniſter Provincialis immediatè extiterit: triennio autem hujuſmodi tranſacto, alius qui Miniſtri Provincialis officio etiam immediatè functus fuerit, ſubſequatur, & ſic deinceps de triennio in triennium dumtaxat ſervetur, ita quod nunquam hi duo Patres in dictarum Provinciarum Diffinitorio deſiderentur: Quod ſi contingat, ut qui erit dignior & perpetuus in Diffinitorio hujuſmodi vigore hujus Conſtitutionis aſſiſtens, alio titulo de eodem Diffinitorio exiſtat & ſibi jus in illud ingrediendi competat, tunc in ejus locum ipſo facto ſubrogatus ſit ille Pater Provinciæ qui eidem dignitate proximus fuerit. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Conſtit. 272. qua incipit* Onerosa *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog. Hiſtorico-leg. pag. mihi* 16. 2759

1631. 29. Jul. —— Miniſtro Generali & Commiſſario Generali ac Provincialibus & reliquis Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia & Reformatorum Prælatis pro tempore exiſtentibus præcipitur in virtute ſanctæ obedientiæ ac ſub Excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ne ad inſtantiam Perſonarum extra dictum Ordinem conſtitutarum audeant cuivis prædicti Ordinis Religioſo ullam gratiam ſeu Prælaturas & Dignitates ac 2760

Administrationes concedere vel pœnas aliquas remittere: Quinimo dicti Ordinis Fratres Religiosi, qui his mediis aliquid sibi procuraverint, ad talia & similia ac etiam majora in eodem Ordine consequenda perpetuò inhabiles sint: Et insuper dictis Fratribus quibuscunque sub eisdem pœnis interdicitur, ut non solùm favores non procurent, sed nec etiam spontè oblatos recipiant, & similiter nec ad hunc effectum munera aliqua prædictis Personis exhibere præsumant. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 271. quæ incipit* Admonemur, *& refert etiam* Lantusca *in Theatro Regular. verb.* Ambitio, *sub num.* 3. ac Julius de Venet. *in Chronolog. Historico-leg. pag. mihi* 15.

1639. 6. Aug. — Ministris Provincialibus Indiarum de Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia pro tempore existentibus conceditur, quod ad Capitulum Generale dicti Ordinis mittere possint Commissarios qui eorum nomine suffragium ferant, ea tamen lege ut tam Commissarii mittendi quàm etiam Custodes sint Filii respectivè Provinciarum pro quibus mittentur, vel in eis incorporati sive in Indiis sive in aliis Europæ partibus existant, dummodo ad electionis effectum non incorporentur, ac ut tam Commissarii quàm Custodes prædicti à suis Provinciis non aliter quàm juxta Constitutiones generales Segobienses eligantur: Quod si Commissarii & Custodes hujusmodi in itinere decedant, suffragium suum nemini etiam tanquàm Procuratori absenti vel præsenti committere possint: ac idem in aliis etiam Prælatis & Vocalibus servetur: Constitutio denique Clementina (de qua supra, 1600. 4. Mar.) approbatur & innovatur, cum declaratione quod sub illis verbis *seu quodlibet aliud dignitatis officium* in dicta Constitutione expressis, comprehendantur & comprehensa intelligantur officia Ministri Provincialis tam pro regenda Provincia quàm pro ferendo suffragio in Capitulo Generali designati, Vicarii Provincialis, Custodis, Diffinito-

nitorum, Guardianorum Conventuum, & Vicariorum. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit.* 274. *quæ incipit* Circumspecta, *& refert etiam* Julius de Venet. *in Chronolog Historico-leg. pag. mihi* 7. ¶ Vide infra, 1640. 27. Sept.

1639. 9. Sept. —— Habitus Fratrum Tertii Ordinis S. Francisci sit Tunica talaris cum Scapulari, veste, sive Cucullo utrinque angulari, posteriori tamen angulo funiculum attingenti: Pallium verò instar impluviæ, nullâ vel coloris vel formæ differentia, ut eodem modo & colore, quàm vulgò beretinum appellatur, omnes vestiantur: Quod Decretum inter generalia dicti Ordinis Statuta insertum approbat & confirmat *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit.* 275. *quæ incipit* Nobis pro parte. 2762

1639. 9. Sept. —— In materia Reformationis non est minus necessaria lenitas quàm rigor, ut rescripsit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una SS. TRINITATIS, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Reformatio, *num.* 1. *ubi nu.* 2. *ait, quod* nova Reformatio permitti non debet sine licentia Sedis Apostolicæ, ut dixit *ead. Congregat.* 1650. 1. *Sept.* juxta *cap. fin. de Relig. Domib. in 6.* 2763

1639. 10. Sept. —— Episcopus in electione Abbatissæ Monasterii Monialium Regularibus subjectarum non potest exquirere seu recipere vota Monialium, sed illa exquiri & recipi debent à Superiore Regulari, sciente tamen & audiente eodem Episcopo, ut censuit *Congregat. Concil. apud* Peyrin. *de Privileg. Regul. in fine Operis, Decreto XVI.* & ex eo refert Margarin. *in Bullar. Casinen. tom.* 1. *Constit.* 321. *quæ incipit* Die decima. 2764

1639. 24. Sept. —— Dum Regulares non consentiunt, Missas à Testatore relictas per Sæculares in Regularium Ecclesia celebrandas, ibidem celebrari, possunt alibi dici de licentia Ordinarii, prout declaravit *Congreg. Concil. in una Venetiarum, apud* Matthæucc. *in Offic. Cur. Regul. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 8. *pag. mihi* 110. 2765

1639. 22. Oct. —— Religiosi Congregationis Pauperum 2766

perum MATRIS DEI Scholarum Piarum reclamantes circa nullitatem Professionum, sub prætextu non servatæ formæ Constitutionum dictæ Congregationis, non sunt audiendi & maximè post quinquennium: ac insuper omnes Religiosi reclamantes hujusmodi, qui miserunt Professionem ante vigesimum primum annum elapsum, sunt veri Clerici, & si infra tempus ab hujusmodi Congregationis Protectore assignandum fuerint idonei reperti, possint ad omnes etiam Sacros Ordines promoveri: Quandocunque verò aliqui ex istis Professiones suas ratas habere voluerint, eas ex tunc Papa acceptat & validat, atque ad omnes gradus & dignitates restituit, & nondum promoti, ad omnes etiam Sacros & Presbyteratus Ordines (servatis aliàs servandis) promoveri valeant. *Urbanus VIII. in Bullar. Rom. tom. 5. Constit. 276 quæ incipit* Religiosos.

1639. 9. Nov. —— Syndici Apostolici Minorum Observantium conveniri non possunt in aliqua Causâ tam Civili quàm Criminali apud alium, quàm Conservatorem Conventus cui serviunt, ut respondit *Congregat. Episcopor. & Regular. in una Observantium, apud* Nicol. *in Floscul. verb.* Observantes, *nu.* 11. juxta Constit. Clem. VII. quæ incipit *Cùm consideramus* 278

1639. 1. Dec. —— Provinciam S. Antonii de Regno Portugalliæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum, ad instar Provinciæ S. Joannis Baptistæ ejusdem Ordinis in Hispania, cum nonnullis pro ejus bono regimine Ordinationibus ac cũ Privilegiorum aliis dicti Ordinis Provinciis concessorum communicatione, erigit *Urbanus VIII. in Bull. Rom. tom. 5. Constit. 277. quæ incipit* Cùm sicut. 279

1639. 2. Dec. —— Cùm benè sufficiat ad Observantiam Anni Novitiatus, nunquam Fratrem reliquisse Habitum Religiosum, & mansionem & vitam duxisse in Monasterio, ideo in Terris ac parvis Conventibus licèt Novitius inde egrediatur vel recreationis gratia, annuente Superiore, non tamen Novitiatus est irritus, Navar. *cons.* 32. qui refert ita cen- 280

censuisse Sacram Congregationem, Sanchez *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 27. & ex eis dixit *Rota in Firmana Professionis coram* Rojas, *apud* Bordon. *de Profess. Regul. in fine Operis, decis.* 34. *num.* 11.

1639. 3. Dec. —— Regularis professus incapax Bonorum, ad Episcopatum assumptus recuperat jus succedendi ad hæreditates post adeptum Episcopatum ad utilitatem suæ Ecclesiæ sibi delatas quoad proprietatem, & ad proprium commodum quoad usumfructum: nec eidem obstat cessio & renunciatio quoad hæreditates, quæ non sint alteri ante adeptum Episcopatum acquisitæ, ut declaravit *Congregat. Concil. in Neapolitana, apud* Monacel. *in Formular. leg. pract. par.* 2. *tit.* 14. *form.* 3. *num.* 18. & refert etiam Petra *in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom.* 3. *circa Constit.* 11. *Clem. IV. num.* 27. & 34. *pag.* 441. & 442. 2770

L. D. M. D. A. P. ac S. I. L.